This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Copy 2

~~1179 a~~
B

BIBLIOTHECA
HISTORICA

INSTRUCTA

A

B. BURCARDO GOTTHELF STRUVIO

AUCTA

A

B. CHRISTI. GOTTLIEB BUDERO

NUNC VERO

A

IOANNE GEORGIO MEUSELIO

ITA DIGESTA, AMPLIFICATA ET EMENDATA,

UT PAENE NOVUM OPUS

VIDERI POSSIT.

Voluminis II Pars I.

LIPSIAE,

APUD HEREDES WEIDMANNI ET REICHIUM.

M DCC LXXXV.

NEW YORK PUBLIC LIBRARY

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX
TILDEN FOUNDATIONS

VIRO PERILLUSTRI

CHRISTIANO CONRADO GUILIELMO DOHM

REGI BORUSSIAE A CONSILIIS INTIMIS
SINGULARIBUS MERITIS
CLARISSIMO

RERUM TAM VETERUM QUAM PRAESENTIUM
AD PATRIAE CUM SALUTEM TUM GLORIAM
QUOCUNQUE MODO SPECTANTIUM UT PE-
RITISSIMO SIC AMANTISSIMO

AMICO AESTUMATISSIMO

HANC BIBLIOTHECAE HISTO-
RICAE PARTEM

D. D. D.

IOANNES GEORGIUS MEUSEL.

INDEX

CAPITUM ET SECTIONUM.

CAPUT V.

Scriptores de rebus Phoeniciis pag. 1
Sanchoniathon.

Sectio I.

Scriptores de geographia Phoeniciae 7
De Sidone. De Tyro.

Sectio II.

Scriptores de antiquitatibus et hiſtoria Phoenicum 8
De ſtatu Phoenicum religioſo 10
De commerciis et navigationibus Phoenicum 11
De inſcriptionibus, nummis, aliisque monimentis Phoeniciis 12

CAPUT VI.

Scriptores de rebus Moabitarum, Ammonitarum, Edomitarum, Philiſtaeorum etc. 16

CAPUT VII.

Scriptores de rebus Syriacis 19

Sectio I.

Scriptores de geographia Syriae 19
Scriptores de montibus Libano et Antilibano 22
Scriptores de urbe Baalbek ſ. Heliopoli 23
Scriptores de Palmyra imperioque Palmyreno 24

Sectio II.

Scriptores de Diis Syris 30

Sectio III.

Scriptores de hiſtoria Syriae civili 32
Scriptores de Batinaeis ſ. Bataniis, ſive, ut ab aliis appellantur, Iſmaelianis, Aſſaſſinis ſ. Aſſiſinis, Syriae medio, quod dicunt, aevo inhabitantibus 41
Scriptores de Maronitis ſ. Mardaitis 42
Scriptores de Druſis 44

CAPUT VIII.

Scriptores de rebus Armeniacis 47

CAPUT IX.

Scriptores de rebus Colchicis, Ponticis, Cappadociis, Ibericis, Boſporanis, de Caucaſo et mari Caſpio, et de fabuloſa Amazonum hiſtoria 53
De regionibus et populis inter Pontum Euxinum et mare Caſpium 58
De mari Caſpio 61
De Amazonum hiſtoria fabuloſa 62

CAPUT X.

Scriptores de hiſtoria variorum in Aſia minore regnorum et populorum 64

Sectio I.

Scriptores generales 64

Sectio II.

Scriptores de rebus Galaticis 70

Sectio III.

Scriptores de rebus Bithynicis 73

Sectio IV.
Scriptores de rebus Myſicis et Pergamicis pag. 74
Sectio V.
Scriptores de rebus Phrygiae minoris atque Troiae 74
Sectio VI.
Scriptores de rebus Lydiis 86
Sectio VII.
Scriptores de rebus Ionicis 86
Sectio VIII.
Scriptores de rebus Caricis 89
Sectio IX.
Scriptores de rebus Lyciis, Lycaonicis et Ciliciis 90
CAPUT XI.
Scriptores de inſulis citerioris Aſiae 92
Sectio I.
Scriptores de rebus Tenediis, Chiis, Samiis et Rhodiis 93
Sectio II.
Scriptores de rebus Cypriis 97
CAPUT XII.
Scriptores de rebus Arabicis 107
Ioannis Iacobi Reiskii Prodidagmata ad Hagji Chalifae librum memorialem rerum a Muhammedanis geſtarum, exhibentia introductionem generalem in hiſtoriam ſic dictam orientalem. Cum notis Meuſelii 107
Sectio I.
Scriptores de Arabia 205
Sectio II.
Scriptores de hiſtoria Arabum 213
I. Scriptores univerſales 213
II. Scriptores ſpeciales 225
1. De Muhammede 225
2. De variis ad hiſtoriam Arabum pertinentibus rebus, v. c. de eorum expeditionibus bellicis, imperio in Africa et in Hiſpania 232
3. De numis, gemmis et menſuris Arabicis 236
CAPUT XIII.
Scriptores de rebus Osmanicis ſive Turcicis 243
Sectio I.
Itineraria et topographiae 243
Sectio II.
Scriptores de hiſtoria Osmanorum eorumque imperio 274
1. Scriptores univerſales 274
2. Scriptores ſpeciales 299
Sectio III.
Scriptores de imperii Osmanici ſtatu politico, religioſo et domeſtico 307
CAPUT XIV.
Scriptores de rebus Indiae orientalis 331
Sectio I.
Scriptores geographici et hodoeporici univerſales 331

Reliquae huius capitis ſectiones proxima huius bibliothecae parte ſequentur.

BIBLIO-

BIBLIOTHECA HISTORICA.

CAPVT V.

SCRIPTORES DE REBVS PHOENICIIS.

SANCHUNIATHON ſ. SANCHONIATHON antiquiſſimae hiſtoriae Phoeniciae ſcriptor vulgo perhibetur. Dicitur enim novem libros de theologia et hiſtoria Phoenicum ſcripſiſſe, eosdem ex annalibus antiquis in templis exſtantibus, ex libris Thoti, denique etiam e ſermonibus ſacerdotis cuiusdam hauſiſſe, illosque poſt temporis longiſſimum intervallum a *Philone Byblio*, temporibus Adriani Caeſaris vivente, e Phoenicia, ſive, ut alii putant ex Arabica lingua in Graecam translatos fuiſſe. At narratio nimis eſt incerta atque vaga. Nam quum non niſi fragmentum reſtet Graecae iſtius verſionis, ab *Euſebio* in praeparatione Evangelica L. I. cap. 10. ſervatum, Philoque, ſi non omnia, tamen multa, finxiſſe, ſuasque interdum Sanchuniathoni ſubieciſſe opiniones arguatur; lubricam ipſius fragmenti eſſe fidem apparet. Sunt etiam, qui plane perſuaſum ſibi habeant, Sanchuniathonem nil niſi nudum nomen, ſive fictam eſſe perſonam, quam Sanchuniathon.

Philo, totius quaſi fabulae inventor, primus in ſcenam induxerit, ideoque opus illud, cuius fragmentum philoſophici ac mythologici potius quam hiſtorici argumenti eſt, inter fictos et commentitios libros, quorum priora poſt Chriſtum natum ſaecula non ſine ingenti litterarum detrimento nimis felices proventus tulerunt, referendum eſſe. Alii contra ſupereſſe utique putant reliquias annalium Sanchuniathonis, etſi valde a Philone, forte etiam Euſebio, interpolatas. Diutius huic ſcriptori incerto immorari, non abs re foret: excitabimus tamen virorum doctorum nomina, qui de fide illius certarunt, et quidem, primo loco eos, qui Sanchuniathonis antiquitatem et fidem defendere conati ſunt:

SAMUEL BOCHARTUS in Geographia ſacr. P. II. L. II. cap. 17. p. 855 ſeqq.

PET. DAN. HUETIUS in Demonſtratione Evangelica Pr. IV. p. 50 et p. 70 ſq.

EDUARDUS STILLINGFLEET in Origg. ſacr. L. I. cap. 2. p. 50 ſeqq.

RENATUS IOSEPHUS TOURNEMINE auctor fuiſſe dicitur diſſertationis, quae exſtat in *Mémoires de Trevoux* a. 1714. *Ianv.* p. 68 - 97; ubi *Ric. Simon* mox laudandus impugnatur.

RICHARDUS CUMBERLAND, cuius alio loco (Vol. I. P. I. p. 372) meminimus, ſingulari, ſed infelici ſtudio, quoad maximam certe partem, fragmenti Sanchuniathici fidem corroborare ſtuduit libro ſequenti: SANCHONIATHO'S *Phoenician History, translated from the firſt Book of* EUSEBIUS de praeparatione Evangelica, *with a continuation of* SANCHONIATHO'S *hiſtory by* ERATOSTHENES Cyrenaeus's *canon*, *with* DICAEARCHUS *connects with the firſt Olympiad. With hiſtorical and chronological remarks* etc. *by* RICHARD CUMBERLAND

BERLAND, *and with a preface giving a brief account of the life, character and writings of the Author by* S. PAYNE. London 1720. 8. *Caſſelii* interpretatio Theotiſca l. c. commemorata.

Cf. *Act. Erud.* a. 1722. p. 524 ſeqq.

GEORGII CHRISTOPH. KUSTERI, *Lycei Tangermundenſis Rectoris*, de Sanchoniathone, Philoſopho Phoenicio, exercitatio; in *Bibliotheca hiſtorico - philologico - theologica* (Bremae 1722. 8.) Claſſ. VI. Faſc. IV. p. 660 - 687. Fragmenta iſta non eſſe ſuppoſititia, interpolata tamen videri, contenditur.

STEPH. FOURMONT in opere ſupra Vol. I. P. II. 26 a nobis laudato, et quidem libro I.

SUEN BRING (*Prof. Hiſtor. Lundinenſis in Scania*) Diſſ. de Sanchuniathone. Lund. 1745. 4.

IAKSON etiam cauſam Sanchuniathonis egit in *Chronological Antiquities* (Lond. 1752. 4.) Vol. III. p. 2 - 45. Verſ. Theot. p. 701 - 730.

ANTONIUS YVES GOGUET in Diſſertatione de Sanchuniathone, adjuncta Tomo primo operis notiſſimi: *de l'origine des loix, des arts et des ſciences* etc. à Paris 1758. 12. Theotiſce a *G. C. Hambergero*, Lemgov. 1760. 4.

MIGNOT *Premier Mémoire ſur les Phéniciens*; dans les Mém. de l'Acad. des Inſcriptt. T. XXXIV. p. 65 ſeqq.

COURT DE GEBELIN (*de la Société économique de Berne et de l'Académie de la Rochelle* † 1784) *Allégories orientales, ou le Fragment de Sanchoniathon, qui contient l'hiſtoire de Saturne, ſuivie de celles de Mercure, et d'Hercule, et de ſes douze travaux avec leur explication pour ſervir a l'intelligence du genie ſymbolique de l'antiquité*. à Paris 1773. 4. Luxuriante paene eruditionis et ingenii apparatu rem

egit vir doctiſſimus, novamque et plane ſingularem fragmentis iſtis lucem afferre conatus eſt; irrito tamen, ut videtur, auſu.

Authentiam contra et fidem fragmentorum infringere ſtuduerunt ſequentes:

IOH. HENRICUS URSINUS in Exercitationibus familiaribus de Zoroaſtre Bactriano, Hermete Triſmegiſto, Sanchuniathone Phoenicio etc. *Norimb.* 1661. 8. — Urſinus, quicquid de Sanchuniathone narratur, pro ſuppoſititio habet, eo praeſertim argumento ductus, quod Suidas nullam hiſtoriae Phoenicum ab ipſo editae mentionem iniecerit, multasque praeterea fabulas Sanchuniathoni fictitius exhibuerit.

HENRICUS DODWELL in *Diſcourſe concerning Sanchoniathon*, adiect. eiusd. *Two Letters of Advice* quarum prior ſacrorum ordinum ſuſceptionem poſterior ſtudii theologici rationem expendit. *Lond.* 1680. 8. Tertia vice *ibid.* 1691. 8. Et in eiusd. Operibus Anglice editis *ibid.* 1723. 8. p. 84 ſeqq. — Primo Anglus acutiſſimus obſervat, omne pro Sanchuniathonis auctoritate argumentum maxime in *Porphyrium*, qui in libro de abſtinentia ab eſu carnis ante Euſebium illius iam meminerit fragmentaque exhibuerit, revolvi, vafrum hominem atque ob id ipſum haud immerito ſuſpectum. Deinde probat, neminem Patrum eccleſiae, ſive ante, ſive poſt Porphyrium vixerint, ne Tatianum quidem, quamlibet Aſſyrium, rerumque in Phoenicia geſtarum minime expertem, vel verbulo Sanchuniathonis facere mentionem. Mirandum porro docet, quod, cum multi adeo veterum ſcriptorum in conquirendis, Graece vertendis atque evulgandis Phoenicum monimentis occupatiſſimi fuerint, immo, cum Ioſephus in ipſa uſque archivorum Phoenicum abdita penetrarit, unus tamen iſt

San

Sanchuniathon ſummam et exquiſitam tot virorum diligentiam effugerit; quod item tantus philoſophus viris doctis per tot ſaecula eſſe potuerit ignotus, licet Plato et Pythagoras recondita quaeque Phoenicum ſint ſcrutati, et hic praecipue cum Mochi Phoenicis poſteris familiariter converſatus ſcribatur; quod poſt expugnatam a Macedonibus Phoeniciam, cum ipſe Mochus, tum Theodotus et Hypſicrates, ex abſtruſis archivorum iam patentium latibulis protracti, Graece loqui ab Anito ſeu Chaeto edocti fuerint, unum Sanchuniathonis nomen et memoria, tenebris plus quam Cimmeriis obvoluta, latere tamen uſque potuerint. His aliisque argumentis explicatis ad interna e Sanchuniathone argumenta progreſſus, multa eorundem conquirit, quibus fraudis convinci ſcriptor ille pſeudepigraphus queat; ſcatere illum fictionibus comprobat. Paullo copioſius expoſuimus Dodwelli ſententiam et argumenta, quia ſcriptores ſequentes eius veſtigia preſſerunt, nihilque paene novi contra fidem fragmentorum iſtorum attulerunt.

ANTONIUS VAN DALE in Diſſ. ſuper Sanchoniathone; annexa *eiusd.* Diſſertatione ſuper Ariſtea. *Amſtelod.* 1708. 4.

DE SAINJORE ſ. potius RICHARDUS SIMON in *Bibliotheque ou Recueil de diverſes pieces critiques* (Amſt. 1708. 8.) cap. 9. Rationibus non contemnendis conjicit, hiſtoriam Sanchuniathonis fuiſſe librum ſubditicium, circa tempus Porphyrii a quopiam confectum ad Ethniciſmum contra invaleſcentem Chriſtianam religionem ſtabiliendum.

GISBERTUS CUPERUS in Epiſtolis Francogallice editis *Amſt.* 1742. 4. p. 171 ſeqq.

PAULLUS FOUCHER in diſſertatione ſeptima de religione priſcorum Graecorum, ubi de idolo-

~~1179 a~~
B

BIBLIOTHECA
HISTORICA

INSTRUCTA

A

B. BURCARDO GOTTHELF STRUVIO

AUCTA

A

B. CHRISTI. GOTTLIEB BUDERO

NUNC VERO

A

IOANNE GEORGIO MEUSELIO

ITA DIGESTA, AMPLIFICATA ET EMENDATA,

UT PAENE NOVUM OPUS

VIDERI POSSIT.

Voluminis II Pars I.

LIPSIAE,

APUD HEREDES WEIDMANNI ET REICHIUM.

M DCC LXXXV.

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX
TILDEN FOUNDATIONS

VIRO PERILLUSTRI

CHRISTIANO CONRADO GUILIELMO DOHM

REGI BORUSSIAE A CONSILIIS INTIMIS
SINGULARIBUS MERITIS
CLARISSIMO

RERUM TAM VETERUM QUAM PRAESENTIUM
AD PATRIAE CUM SALUTEM TUM GLORIAM
QUOCUNQUE MODO SPECTANTIUM UT PERITISSIMO SIC AMANTISSIMO

AMICO AESTUMATISSIMO

HANC BIBLIOTHECAE HISTORICAE PARTEM

D. D. D.

IOANNES GEORGIUS MEUSEL.

forte, quamdiu floruerint, extra columnas Herculis, idque primo dextrorſum, ut dextra haberent littora Hiſpaniae. Deinde eandem rem ex reditu Argonautarum, ut ille in Orphico carmine deſcriptus eſt, confirmare ſtudet et oſtendere, illius carminis auctorem in iſto reditu deſcribendo non ſimpliciter ac monſtroſe mendacem fuiſſe, ſed, quae fieri per rerum, quae tum cognitae eſſent, naturam poſſent, ſive ex traditione antiqua facta eſſent, venuſto carmine et multum probabilitatis habente, admixtis tamen fabulis, ſeu mythis, expoſuiſſe. Qua re perfecta oſtendit, ſiniſtram circa Africam navigationem, vel illi contrariam ab Erythraeo mari ad columnas, nec ipſam improbabilem eſſe, nec fabulam de Argonautis totam confictam, ſed fundamentis quibusdam niti.

Schloezer. AUGUST LUDWIG SCHLOEZERS *Förſök til en allmän om Handel och Sjöfart uti the äldſte tider.* Stockholm 1758. 8. Theotiſce a *Thoma Henr. Gadebuſch*, Roſtoch. 1760. 8. — Omnem veterum rem mercatoriam cum auctor enarrare et illuſtrare vellet, ſubſtitit tantum in Phoenicum navigationibus ac commerciis, quae cum latiſſime paterent, univerſalis fere inde enata eſt hiſtoria commerciorum apud veteres usque ad tempora Alexandri M. Praemiſſa eſt introductio, tribus capitibus diſtincta, in quibus auctor primas lineas omnis rei mercatoriae a temporibus vetuſtiſſimis ad recentiora usque duxit. Teſtimonia veterum, quibus narratio nititur, omiſſa ſunt. Optandum ſane, ut Schloezerus telam ante viginti et ſex annos egregie coeptam retexere atque abſolvere vellet.

Hiſce ſcriptoribus addere liceat, qui libris libellisque variis inſcriptiones, numismata, aliaque monimen-

INDEX
CAPITUM ET SECTIONUM.

CAPUT V.

Scriptores de rebus Phoeniciis pag. 1
Sanchuniathon.

Sectio I.

Scriptores de geographia Phoeniciae 7
De Sidone. De Tyro.

Sectio II.

Scriptores de antiquitatibus et hiſtoria Phoenicum 8
De ſtatu Phoenicum religioſo 10
De commerciis et navigationibus Phoenicum 11
De inſcriptionibus, nummis, aliisque monimentis Phoeniciis 12

CAPUT VI.

Scriptores de rebus Moabitarum, Ammonitarum, Edomitarum, Philiſtaeorum etc. 16

CAPUT VII.

Scriptores de rebus Syriacis 19

Sectio I.

Scriptores de geographia Syriae 19
Scriptores de montibus Libano et Antilibano 22
Scriptores de urbe Baalbek ſ. Heliopoli 23
Scriptores de Palmyra imperiante Palmyrenis 24

Sectio II.

Scriptores de Diis Syris 30

Sectio III.

Scriptores de hiſtoria Syriae civili 32
Scriptores de Batinaeis ſ. Batanitis, ſive, ut ab aliis appellantur, Iſmaëlianis, Aſſaſſiniis ſ. Aſſiſſinis, Syriae, ut medio, quod dicunt, aevo inhabitantibus 41
Scriptores de Maronitis ſ. Mardaitis 42
Scriptores de Druſis 44

CAPUT VIII.

Scriptores de rebus Armeniacis 47

CAPUT IX.

Scriptores de rebus Colchicis, Ponticis, Cappadociis, Ibericis, Boſporanis, de Caucaſo et mari Caſpio, et de fabuloſa Amazonum hiſtoria 53
De regionibus et populis inter Pontum Euxinum et mare Caſpium 58
De mari Caſpio 61
De Amazonum hiſtoria fabuloſa 62

CAPUT X.

Scriptores de hiſtoria variorum in Aſia minore regnorum et populorum 64

Sectio I.

Scriptores generales 64

Sectio II.

Scriptores de rebus Galaticis 70

Sectio III.

Scriptores de rebus Bithynicis 73

Sectio IV.

Scriptores de rebus Myſicis et Pergamicis pag. 74

Sectio V.

Scriptores de rebus Phrygiae minoris atque Troiae 74

Sectio VI.

Scriptores de rebus Lydiis 86

Sectio VII.

Scriptores de rebus Ionicis 86

Sectio VIII.

Scriptores de rebus Caricis 89

Sectio IX.

Scriptores de rebus Lyciis, Lycaonicis et Ciliciis 90

CAPUT XI.

Scriptores de inſulis citerioris Aſiae 92

Sectio I.

Scriptores de rebus Tenediis, Chiis, Samiis et Rhodiis 93

Sectio II.

Scriptores de rebus Cypriis 97

CAPUT XII.

Scriptores de rebus Arabicis 107

Ioannis Iacobi Reiskii Prodidagmata ad Hagji Chalifae librum memorialem rerum a Muhammedanis geſtarum, exhibentia introductionem generalem in hiſtoriam ſic dictam orientalem. Cum notis Meuſelii 107

Sectio I.

Scriptores de Arabia 205

Sectio II.

Scriptores de hiſtoria Arabum 213

I. Scriptores univerſales 213

II. Scriptores ſpeciales 225

1. De Muhammede 225

2. De variis ad hiſtoriam Arabum pertinentibus rebus, v. c. de eorum expeditionibus bellicis, imperio in Africa et in Hiſpania 232

3. De numis, gemmis et menſuris Arabicis 236

CAPUT XIII.

Scriptores de rebus Osmanicis ſive Turcicis 243

Sectio I.

Itineraria et topographiae 243

Sectio II.

Scriptores de hiſtoria Osmanorum eorumque imperio 274

1. Scriptores univerſales 274

2. Scriptores ſpeciales 299

Sectio III.

Scriptores de imperii Osmanici ſtatu politico, religioſo et domeſtico 307

CAPUT XIV.

Scriptores de rebus Indiae orientalis 331

Sectio I.

Scriptores geographici et hodoeporici univerſales 331

Reliquae huius capitis ſectiones proxima huius bibliothecae parte ſequentur.

BIBLIO-

BIBLIOTHECA HISTORICA.

CAPVT V.

SCRIPTORES DE REBVS PHOENICIIS.

SANCHUNIATHON ſ. SANCHONIATHON antiquiſſimae hiſtoriae Phoeniciae ſcriptor vulgo perhibetur. Dicitur enim novem libros de theologia et hiſtoria Phoenicum ſcripſiſſe, eosdem ex annalibus antiquis in templis exſtantibus, ex libris Thoti, denique etiam e ſermonibus ſacerdotis cuiusdam hauſiſſe, illosque poſt temporis longiſſimum intervallum a *Philone Byblio*, temporibus Adriani Caeſaris vivente, e Phoenicia, ſive, ut alii putant ex Arabica lingua in Graecam translatos fuiſſe. At narratio nimis eſt incerta atque vaga. Nam quum non niſi fragmentum reſtet Graecae iſtius verſionis, ab *Euſebio* in praeparatione Evangelica L. I. cap. 10. ſervatum, Philoque, ſi non omnia, tamen multa, finxiſſe, ſuasque interdum Sanchuniathoni ſubieciſſe opiniones arguatur; lubricam ipſius fragmenti eſſe fidem apparet. Sunt etiam, qui plane perſuaſum ſibi habeant, Sanchuniathonem nil niſi nudum nomen, ſive fictam eſſe perſonam, quam Sanchuniathon.

CAPVT VI.

SCRIPTORES DE REBUS MOABITARUM, AMMONITARUM, EDOMITARUM, PHILISTAEORUM etc.

Scharbau. HENRICI SCHARBAU Hiſtoria populi et regni Moabitici in compendio; in *eius* Parergorum philologico-theolog. P. III. (*Lubecae* 1723. 8.) p. 1—65, et P. IV. (*ibid.* 1724.) p. 1—109.

Kohlreif. GOTH. KOHLREIFS *Geſchichte der Philiſter und Moabiter.* Lübeck 1738. 8.

Vitringa. CAMPEGII VITRINGAE Protheoria ſ. notitia Moabitarum; in *eiusd.* Comment. in Ieſaiam.

Calmet. A. CALMET *Diſſertation ſur Beelphegor, Chamos, et autres Dieux Moabites;* in eius Comment. Hiſt. T. I. P. II. p. 173 ſqq. *Italice* in *Antichità per mezzo de Diſſertazioni* (Firenze 1743. 8.) T. I. p. 252 ſqq.

Schumacher. ALB. SCHUMACHERI Diſſ. de Cemoſcho Moabitarum idolo; *Bremae* 1730. 4.

Becmann. IOH. CHRISTOPH. BECMANNI Diſſ. de Baal Behor; *Francof. ad fiandr.* 1661 4. cf. Melhornii *Auszüge aus Diſput.* T. V. p. 1368 ſqq. et p. 1452 ſqq.

Wichmannshauſen. IOH. CHRISTOPH. WICHMANNSHAUSEN Diſſ. de abominando Moabi ſacrificio.....

* * *

Calmet. A. CALMET *Diſſ. ſur Moloch, Dieu des Ammonites;* in *Comment.* litter. T. I. P. II. p. 1 ſqq.

Witſius. HERM. WITSII Miſcellanea ſacra L. II. Diſſ. V. T. I. p. 608 ſqq.

Diezſch. DAN. DIEZSCHII cultus Molochi delineatus. *Miſnae* 1675. 4.

DAVID.

DAVID. LUNDII Diſſ. de Molocho. *Aboae* 1698. 8. Lund.

OLAI CELSII Diſſ. de eodem argumento. *Upſaliae* 1717. 8. Celſ.

Et quos de Molocho laudat IOAN. CHRISTOPH. WOLFIUS ad LUNDII *jüdiſche Heiligthümer* p. 638 ſqq.; et nos ipſi laudavimus Vol. I. P. II. p. 154.

I. C. WICHMANNSHAUSEN Diſſ. de corona Ammonitica.... Wichmannshauſen.

IOAN. ANDR. DANZII Diſſ. Davidis in Ammonitas devictos mitigata crudelitas etc. *Ienae* 1713. 4; et in *Ikenii* Theſ. T. I. p. 664 ſqq. Danz.

IOAN. CHRIST. NIMPTSCH de Ammonitis, a Davide absque crudelitate ſub iugum miſſis.... Nimptſch.

❖ ❖ ❖

DE VALOIS *Explication d'un endroit de la Geneſe (chap. 36.) où il eſt fait mention de quelques rois, qui ont régné dans l'Idumée, avant que les enfans d'Iſrael euſſent encore eu aucun roi;* dans l'Hiſt. de l'Acad. des Inſcriptt. T. I. p. 129—132. de Valois.

CHRIST. BENED. MICHAELIS Diſſert. in C. XXXVI. Geneſeos de antiquiſſima Idumaeorum hiſtoria. *Hal.* 1733. 4. Michaelis.

IOAN. ERN. GUNNERI Diſſ. de Edomitarum regibus; in ſcriptis Acad. Dronthemienſis Danice compoſitis, Theotiſce vero etiam verſis, T. I. Gunnerus.

IOSUAE VAN IPEREN Hiſtoria critica Edomaeorum et Amalekitarum. *Leovardiae* 1768. 4. van Iperen.

CHRISTI. GOTTFR. HEINRICH D. de Idumaea eiusque vaſtatione ad locum Ierem. XLIX, 17. Lipſ. 1782. 4. Heinrich.

❖ ❖ ❖

DAVIDIS MILLII Diſſ. de terra Canaan; in *Miltius* Diſſ. selectis p. 127 ſqq. Mill.

Calmet. A. CALMET *Diſſ. ſur le pays où ſe ſauvèrent les Cananéens chaſſés par Joſué;* in eius *Comment. litt.* T. II. p. 17 ſqq.

✽ ✽ ✽

Eiusd. *Diſſ. ſur l'origine et ſur les divinités des Philiſtins;* ibid. p. 321 ſqq.

Vitringa. CAMPEGII VITRINGAE Notitia Philiſtaeorum; in *eiusd.* Comment. in Ieſaiam ad cap. XIV, 28. T. I. p. 584 ſqq.

Siber. URBANI GODEFR. SIBERI Progr. de Gaza, Palaeſtinae oppido eiusque epiſcopis....

De Dagone, Philiſtaeorum idolo, v. Diſſertationes THEOPHILI ROESERI, (*Ienae* 1664. 4.) HENRICI AHLERS, (*Bremae* 1671. 4.) AUG. ESMARCHII, quae prima eſt inter *eiusd.* quatuor disquiſitiones, *Hamb.* 1713. 4. editas. Quibus addantur: IAC. SCHUDTIUS p. 39. compendii hiſtoriae Iudaicae, et IOAN. CHRISTOPH. WOLFIUS ad LUNDII *jüd. Heiligth.* p. 93, ubi plures de Dagone ſcriptores excitati ſunt.

Wolf. IOAN. CHRISTOPH. WOLFII Diſſ. de apparatu Philiſtaeorum bellico ad 1 Sam. XIII, 5; in *Ikenii* Theſ. T. III. p. 599 ſqq.

✽ ✽ ✽

Eichhorn. IOAN. GODOFR. EICHHORNII Progr. de Cuſchaeis veroſimilia. *Arnſtadii* 1774. 4. Appendicis haud contemnendi loco eſſe poteſt haec ſcriptio ad Bocharti Phaleg. L. IV. cap. 2.

CAPUT

CAPVT VII.

SCRIPTORES DE REBUS SYRIACIS

SECTIO I.

Scriptores de geographia Syriae.

ABULFEDAE (*Reguli ſ. Principis Hamae in Syria, Geographi et Hiſtorici Arabis* † 743.) Tabula Syriae, cum Excerpto Geographico ex IBN OL WARDII (*ſaeculi XIV ſcriptoris*) Geographia et hiſtoria naturali. Arabice nunc primum edidit, Latine vertit, notisque explanavit IO. BERNARDUS KOEHLER, Prof. Publ. Extr. Philoſ. et Hiſtoriarum in Academia Kilonienſi (*nunc Prof. ord. Graecae et orientalis litteraturae Regiomontanus*). Acceſſere IO. IACOBI REISKII V. C. Animadverſiones ad Abulfedam, et prodidagmata ad Hiſtoriam et Geographiam orientalem. *Lipſiae* 1766. (1 Alph. 15 plagg.) in 4 mai. — Reiskius, qui Koehlero Geographiae Abulfedinae, a ſe e codice Lugdunenſi deſcriptae, copiam fecerat, primus et Auctor fuit, ut, quam exſcripſerat Syriae tabulam, Latina interpretatione, notisque illuſtratam, in lucem ederet. A tanto viro excitatus, Koehlerus, plauſu omnium, qui hiſtoriam Orientis colunt, exhibuit: 1) Notas miſcellaneas, a p. 1—36. 2) ſextum clima geographicum, quae eſt terra Syriae, a p. 37—74. 3) deſcriptiones et narrationes generales, a p. 75—144. 4) Supplementum tabulae, a p. 145—166. 5) de terra Syriae ex Ibn ol Wardi, a p. 167—192. 6) Reiskii animadverſiones ad Abulfedae tabulam Syriae, a p. 193—214. 7) eiusdem Prodidagmenta ad Hagii Abulfeda.

 Chalifae

Chaliſae librum memorialem rerum a Mahumedanis geſtarum, exhibentia introductionem generalem in hiſtoriam ſic dictam orientalem, a p. 215 — 240. Notae miſcellaneae continent expoſitionem Syriae ipſam. Nominantur fines et termini Syriam cingentes. Adducuntur cauſſae, ob quas Syria nomen, quod iam gerit, ſcil. *Scham* accepiſſe, dicitur. Exhibetur Syriae diviſio, urbiumque, fluviorum et lacuum deſcriptio brevis. Sequuntur ſecundo loco gradus et minutae tam longitudinis, quam latitudinis, clima naturale et geographicum; tunc deſcriptiones et narrationes generales memoratae. Supplementum tabulae, ex prolegomenis Geographiae Abulfedinae petitum, tribus abſolvitur capitibus, ſed brevibus. Primum agit de fluviis Syriae, ſecundum de lacubus eius, tertium de illius montibus. — Argumenta reliquarum huius libri utiliſſimi partium ex inſcriptione cognoſcuntur partim, partim huius loci non ſunt.

Cf. *Nova Acta Erud.* a. 1766. Nov. et Dec. p. 233 — 240. et a. 1767. Iul. et Aug. p. 377 — 388. Reperies ibi additamenta nonnulla, a Reiskio communicata.

GATTERERS *Allgem. hiſt. Bibl.* T. V. p. 133 — 159. Auctor huius cenſurae, *Ioan. Ern. Faber*, monita quaedam adſperſit utilia.

Goetting. Anzeigen a. 1768. p. 1002 — 1008.

Allgem. teutſche Bibl. Anhang zu dem 1ſten bis 12ten Bande. P. II. p. 822 — 827.

Poſtellus. GUIL. POSTELLI Deſcriptio Syriae; in *Tempe Helvet.* T. II. Sect. III. p. 349 — 378.

Haſe. IOAN. MATTHIAE HASII (*Profeſſoris Matheſeos Vitebergenſis* † 1742.) Regni Davidici et Salomonaei deſcriptio geographica et hiſtorica, una cum delineatione *Syriae* et Aegypti, pro ſtatu temporum ſub Seleucidis et Lagidis regibus, mappis luculentis exhibita, et probationibus idoneis inſtructa.

ſtructa. Iuncta eſt huic operi conſideratio urbium maximarum veterum et recentiorum, ac operum quorundam apud antiquos celebrium. *Norimbergae* 1739. fol. Secunda editio, forte novo ſolummodo titulo ornata, *ibid.* 1754. fol. Cum figuris aeneis tabulisque geographicis coloribus diſtinctis. — Neſcimus, quo caſu ſupra in Vol. I. P. II. p. 106, ubi ſcriptores de Palaeſtina recenſentur, huius operis praeſtantiſſimi, nobis caeterum notiſſimi, obliti ſimus. Hos igitur loco eius notitiam ſubiungere liceat. Princeps operis inſtitutum fuit, regni Davidici et Salomonaei, vel Iſraëlitici, quando florentiſſimum fuit, delineationem, potiſſimum geographicam, et deſcriptionem in mappa aliqua exhibendi. Quoniam vero, ſuſcepto eo, veterum inprimis auctorum monimenta excutienti auctori multa ſe offerebant, quae ad illuſtrationem vicinarum regionum, Syriae praeſertim et Aegypti, facerent, harumque etiam comparatio cum Iſraëlitico regno ad huius conſtitutionem noſcendam non parum factura videbatur; quin et ipſae illuſtrationem peculiarem et exactiorem, quam vulgo haberetur, merebantur, has etiam mappa eadem comprehendere placuit. Subſidia, quibus ſcitiſſime uſus eſt, fuere partim mathematica et geometrica ſtrictius dicta, partim hiſtorica et geographica ex auctoribus promenda. Qua ratione opus ortum eſt, quo Germani iure meritoque gloriari poſſunt.

Huc etiam pertinet DAPPERI opus, Vol. I. P. II. p. 101 excitatum, aliique ſcriptores de Palaeſtina, ibid. p. 94 ſqq. indicati, in primis plura itineraria ibid. p. 70 ſqq. laudata. Cf. etiam BRUNS l. c.

Scriptores de montibus Libano et Antilibano.

Magri. DOMENICO MAGRI, Malteſe, *Breve racconto del viaggio al Monte Libano.* Roma 1655. 4.

Dandini. *Miſſione Apoſtolica al Patriarca e Maroniti del Monte Libano,* ... 1656... Verſio Francogallica hanc habet epigraphen: *Voyage du Mont Liban, traduit de l'Italien du P.* JEROME DANDINI, *Nonce du Pape, où il eſt traité tant de la créance des coutumes de Maronites, que de pluſieurs particularités touchant les Turcs etc. Avec des Remarques ſur la Theologie des Chrétiens du Levant et ſur celle des Mahometans.* Par R. S. P. (i. e. Richard Simon, Présbyter) à Paris 1685. 356 pagg. in 12. Verſio Anglica prodiit *Lond.* 1698. 8. — Auctor, Ieſuita Italus, nobili familia, quae etiam hodie apud Caeſenates in Pontificia ditione Comitum titulo nobilitata eſt, natus, floruit ſub finem ſaeculi decimi ſexti, in Orientem profectus eſt a. 1599, atque ſupremum obiit diem a. 1634. Ipſe regiones iſtas viſit montoſas, quibus tamen in deſcriptione ſua minus tribuit, quam rebus Maroniticis, quippe quarum expoſitio a capite XV usque ad XXXV extenditur. Reliqua ad cap. XLII reditum in Italiam exponunt. *Simon* in verſione ſua multa, quae ſibi otioſa ac vitioſa viderentur, omiſit.

Deſcription abrégée de la ſainte Montagne du Liban et des Maronites qui l'habitent. à Paris 1671. 12. — Auctor nobis ignotus deſiderio lectorum montem iſtum regionesque adiacentes cognoſcendi, non ſatisfacit. Maronitarum inſtitutis deſcribendis maiorem impendit operam.

de la Roque. DE LA ROQUE *Voyage de Syrie et du Mont Liban, contenant la deſcription de tous les païs compris ſous le nom de Liban et d'Anti-Liban*

Keſroan

Keſroam etc. ce qui concerne la créance, l'origine et les moeurs des peuples qui habitent ce païs; la deſcription des mines d'Heliopolis, aujourd'hui Balbek; et une Diſſertation hiſtorique ſur cette ville; avec un abrégé de la vie de M. de Chateuil, Gentilhomme de Provence, Solitaire du Mont-Liban; et l'hiſtoire du Prince Junés, Maronite, mort pour la religion dans ces derniers tems. à Paris 1722. II Voll. in 12. à Amſterd. 1723. II Vol. in 12. c. figg. aen. — Auctor iter inſtituit a. 1689. Diligenter, quae vidit, narravit, admixtis tamen multis, quae non ad rem pertinent.

Relation d'un voyage à Cannobin dans le Mont-Liban, fait par le P. PETITQUEUX *en* 1721; in *Nouveaux Mémoires des Miſſions* (à Paris 1724. 8.) T. IV. p. 252—276. Petitqueux.

Scriptores de urbe Baalbek ſ. Helipoli.

DE LA ROQUE l. c. T. I. p. 128—153. varia de antiquitate huius urbis, cuius ruinae adhuc ſuperſtites magnificentiam et pulchritudinem mirabilem ſpirant, collegit ac narravit.

MAUNDRELL, Vol. I. P. II. p. 90. huius bibliothecae laudatus, amplam ruderum iſtorum deſcriptionem exhibuit p. 135 ſqq. editionis autographi, *Oxonii* 1699: in 8. typis impreſſi. (Notetur haec editio l. c. ubi eam neſciveramus.) Maundrell.

RENAUDOT *Eclairciſſement ſur les explications, que les Anglois ont données de quelques inſcriptions de Palmyre, et des remarques ſur une qui ſe trouve à Héliopolis, appellée communément Baalbek;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcript.* T. II. p. 474—494. Renaudot.

ROBERT WOOD'S *Ruins of Balbec, otherwiſe Heliopolis in Coelo-Syria with a Journey from Palmyra to Balbec.* London 1757. fol. mai. Fran- Wood.

cogallice a Doctore *Maty*. ibid. eod. fol. mai. — *Woodius* cum popularibus, *Bouverie* (qui tamen in itinere verſus Palmyram diem ſupremum obiit) et *Dawkins*, atque *Borra*, architecto Italo, iter iſtud a. 1750 ſuſcepit, omniaque viſu et memoratu digna diligenter deſcripſit, tabulisque aeneis XLVI, rudera illa ſcitiſſime ſiſtentibus, illuſtravit et quaſi ante oculos poſuit. — Cf. *Bibliotheque de Sciences* T. VIII. p. 249 ſqq.

Scriptores de Palmyra imperioque Palmyreno.

Huntington. ROBERTUS HUNTINGTON, Anglorum Halebi in Aſia Turcica rem mercatoriam agentium olim antiſtes ſacrorum, cuius iam meminimus, cum de Samaritanis ſermo eſſet (Vol. I. P. II. p. 300 ſq.) primus conſilium, antiquitates Palmyrenas perſcrutandi, cepit, nonnullisque ex popularibus Halebi degentibus perſuaſit, ut illud perficerent. Primum iter, a. 1678 inſtitutum, irritum quidem factum vexationibus Arabum principis, regionem iſtam tenentis: ſed a. 1690 felicius coepta evenere. Primi, qui de expeditione iſta referrent, Halifax et Halley. erant GUIL. HALIFAX et HALLEY. Primus quidem relationem de itinere ſuſcepto obtulit regiae ſocietati litterariae Londinenſi, qui eam in Actis (*Transactions*) Philoſophicis (Num. 217. p. 85.) cum huiusmodi rerum amatoribus communicavit. Ibidem (Num. 218. p. 160 — 175.) Hallejus de veteri Palmyrae ſtatu diſſeruit. Halifax quoque collegit Syllogen titulorum e columnis Palmyrenis conſcriptorum, quam *Eduardus Bernhardus*, quondam Aſtronomiae Profeſſor Savilianus in Academia Oxononienſi, cum Doctore *Thoma Smith* communicavit, qui iſtam cum ſuis et Bernhardi notis

notis in lucem edidit, *Trajecti ad Rhen.* 1698. 8. et recuſ. *Roterod.* 1716. 8. Quae omnia, cum diario duorum itinerum modo commemoratorum, exſtant etiam in collectione ſic inſcripta: *Miſcellanea curioſa, containing a Collection of curious Travels, Voyages and natural hiſtories of Countries.* Lond. 1708. III Voll. in 8. — Cf. etiam: THOMAE SMITHII Epiſtolae Rob. Huntingtoni cum vitis ipſius et Bernardi p. 16 ſqq. BADDAM's *Memoirs of the royal Society or new abridgment of the philoſ. transactions* Vol. III. p. 140—165. CORN. LE BRUYN *Voyages au Levant* T. II. chap. 68; ubi *Halifaxii* relatio cum *Halleji* annotationibus reperitur.

ABRAHAMI SELLERI *Antiquities of Palmyra, containing the hiſtory of the City, and its Emperors, from its foundation to the preſent time. With an appendix of critical obſervations on the names, religion and government of the Country, and a Commentary on the Inſcriptions lately found there.* London 1696. XXV plagg. in 8. cum figg. aen. *ibid.* 1705. 8. *Theotiſce* a *Philippo Georgio Hübner.* Francof. ad Moen. 1716. 8. — Hiſtoriam nobiliſſimae urbis ab ipſis Salomonis temporibus Sellerus auſpicatur. Illum enim Tadmorem, quod antiquiſſimum urbis nomen fuit, hodie quoque ab incolis tractus iſtius retentum, condidiſſe, probat: licet in eam ſententiam proclivis eſſe videatur, quae inſtauratorem potius, quam primum conditorem Tadmoris Salomonem fuiſſe cenſet. Agit deinde de eius ſitu, ſolique ſalubritatem deſcribit. Mercatura eam praecipue efflornuiſſe docet. Imperii formam pro temporum diverſitate variam fuiſſe putat. Religionem quod attinet, Iudaicam ſ Salomonis aevo obtinuiſſe non dubitat, Iudaicaque nomina ſuperioribus etiam temporibus com- Sellerus.

plura ibi obvia fuiſſe obſervat. Quantum ad gentiles, quae poſtea ibi invaluerunt, ſuperſtitiones, nomina idolorum quorundam ex monimentis Palmyrenis commemorat. Chriſtianiſmum tamen primis ſtatim temporibus radices ibi egiſſe, perſuaſum habet, et Epiſcopos quosdam urbis ex ſubſcriptionibus Conciliorum excitat. Iam porro ad varia fata Palmyrenae urbis deſcribenda pergit, Odenati inprimis ac Zenobiae tempora pingens, atque viciſſitudines et interitum urbis ſub Muhamedanis narrans. Appendix criticas ſiſtit obſervationes, v. c. ſuper utroque urbis nomine, Tadmor nimirum et Palmyra; ſuper nominibus Palmyrenorum, quorum in inſcriptionibus fit mentio; ſuper magiſtratibus et publicis Palmyrenorum officiis, ibidem memoratis; ſuper idololatricis eorum ſuperſtitionibus; ſuper Vaballatho, in numis aliisque Palmyrenorum monimentis commemorato; ſuper Longino etc. In Commentario, cuius titulus meminit, id praeſertim agit auctor, ut tam vitia, quae in inſcriptiones Palmyrenas, ſive veterum ſtatuariorum, ſive exſcriptorum culpa irrepſerunt diligenter emendet, tum lacunas ſuppleat, et ſ quae ad hiſtoriam ritusque veteres pertinentia in iis occurrunt, ſtudioſe annotet. — Cf. *Acta Erud.* Suppl. T. III. p. 89 — 102. ubi etiam ruderum Palmyrae conſpectus in tabula aenea exhibetur.

Rhenferd. IACOBI RHENFERDII Litteraturae veteri Palmyrenae indagandae et eruendae ratio et ſpecimen. *Franequerae* 1704. 4; et in *eiusd.* Opp philol. (*Ultraj.* 1722. 4.) p. 639 — 685. — Mul tam operam inanem huic argumento impendi Belga eruditiſſimus.

Renaudot. RENAUDOTI Diſſertatio paullo ante laudata.

Pulleyn. OCTAVIAN. PULLEYN *of an Inſcription foun in the Language Palmyrene, and another in th*

Etru

Etruſcan Language, found on an old Urn; in *Philoſ. Transact.* N. 228.

(ROBERT WOOD) *The Ruins of Palmyra otherwiſe Tedmor in the Deſart.* London 1753. 50 pagg. et 59 tabb. aen. in fol. max. — Iidem Angli paullo ante memorati, qui monimenta Heliopolitana oculis ſuis uſurparunt atque delinearunt, rudera quoque Palmyrena eodem modo exhibuere, et quidem longe accuratius, quam ab aliis Anglis paullo ante nominatis rerumque mercatoriarum peritioribus, quam litterariarum, ſaeculo ſuperiore factum erat. In deſcribendis viciſſitudinibus urbis Palmyrenae Woodius nil novi praeſtitiſſe videtur, cum Selleius omnia praeripuerit. Eo diligentius Woodius, quae circa rem architectonicam memorabilia viderentur, deſcripſit atque explicuit. — Cf. *Zuverläſſ. Nachr. von dem gegenwärtigen Zuſtande der Wiſſ.* P. CXCVII. p. 315 — 345. *Goetting. gel. Anz.* a. 1754. p. 897 - 903. *Gentl. Magaz.* a. 1754. Febr. p. 78 ſqq. *Bremiſch. Magaz.* T. V. p. 84 — 106. Wood.

IOAN. SWINTONI *Explication of all the inſcriptions in the Palmyrene Language and Character hitherto publiſhed;* in Philoſ. Transact. a. 1754. ſ. Vol. XLVIII. P. II. p. 690 — 756. cf. *Goetting. gel. Anzeigen* a. 1754. p. 1066 ſqq. p. 1074 ſqq. inprimis a. 1756. p. 586 ſqq. Swinton.

Eiusd. *Diſſertation upon a Parthian Coin with Characters on the Reverſe reſembling thoſe of the Palmyrenes;* ibid. a. 1756.

BARTHELEMY *Reflexions ſur l'Alphabet et ſur la langue dont on ſe ſervoit autrefois à Palmyre;* in *Mémoires de l'Acad. des Inſcript.* T. XXVI. p. 577 - 597. Separatim edita eſt haec diſſertatio Pariſ. 1754. in fol. max. et in 4. c. figg. aen. In alphabeto Palmyreno enucleando et explicando Swintonus Barthelemy.

tonus et Bartholomaeus, pauca ſi excipias, conſpirant: prioris tamen explicatio operoſior et accuratior videtur. — Cf. *Zuverläſſ. Nachr. von dem gegenwärtigen Zuſtande der Wiſſenſchaften* P. CXCVI. p. 270 ſqq. *Goetting. gelehrte Anzeigen* a. 1755. p. 588 ſqq.

d'Anville. Conſuli etiam cum fructu de Palmyra poteſt d'ANVILLE in libro praeſtantiſſimo, alibi a nobis laudato: *L'Euphrate et le Tigre* (à Paris 1781. 4.) p. 31—42.

Georgi. AUGUSTINIANUS GEORGI de Inſcriptionibus Palmyrenis, quae in Muſeo Capitolino adſervantur. *Romae* 1782. 176 pagg. in 8.

* * *

Cellarius. CHRISTOPH. CELLARII Diſſ. hiſtorica de imperio Palmyreno. *Halae* 1693. 4. Recuſa *ibid.* 1708. 4. Repetita in *eiusd.* Diſſertt. acadd. a I. G. Walchio collectis p. 1—35. — Digna ſane diſſertatio, quae cum Selleri Hiſtoria, poſtea demum in lucem edita, conferatur.

Paullini. CHRISTI. FRANC. PAULLINI *Anmerkung vom Anfang und Ende des merkwürdigen palmyreniſchen Reichs;* in eius *zeitverkürzenden erbaul. Luſt* (Frankf. 1697. 8.) p. 204—212.

* * *

Hiſt. de Zenobie. *Hiſtoire de Zenobie, Reine de Palmyre;* in *Continuat. des Mémoires de Litterat. de Mr. de Sallengre* (par Mr. Desmolets) T. IX. p. 312—426.

Vaillant. *Diſſertation ſur la Medaille de la Reine Zénobie, trouvée dans les ruines de la Ville de Palmyre; par M.* VAILLANT le Pere; in *Mém. de l'Acad. des Inſcript.* T. II. p. 523—527. Ineſt breve Zenobiae vitae curriculum. Supplementi loco huic diſſertationi eſſe poteſt:

Eclair-

Eclairciſſement ſur le nom de Septimia, qui eſt joint à celuy de Zenobia, ſur les Médailles de cette Princeſſe; *par M. l'Abbé* RENAUDOT; ibid. p. 528—534. Renaudot.

ERNESTI FRID. WERNSDORFII Diſſertatio de Septimia Zenobia. Lipſ. 1742. 4. Wernsdorf.

EUVOI DE HAUTEVILLE *Hiſtoire de Zénobie, imperatrice Reine de Palmyre.* à la Haye 1758. 8. — Compilata eſt haec hiſtoria e Selleri et Woodii operibus; ſtilum ſolummodo accommodavit Francogallus. de Hauteville.

✥ ✥ ✥

Diſſertation ſur les Médailles de Vabalathus; *par* M. VAILLANT le Pere; in *Mém. de l'Acad. des Inſcript.* T. II. p. 534—542. Valliant.

Lettre de Mr. le P. B. (*le Préſident* JEAN BOUHIER) *à M. Bimard de la Baſtie au ſujet de la fameuſe Médaille de* Vabalathus, *avec la réponſe de Mr. de Bimard à cette lettre; in Continuat. des Mémoires de Letter. de Mr. de Sallengre* T. IV. p. 427—458. Bouhier.

JEAN MASSON *Lettre à Mr. Des Maizeaux, contenant de nouvelles reflexions ſur les Médailles* de Vabalathus; in *Bibl. raiſonnée* T. XIII. p. 150-172. Maſſon.

JEAN BOUHIER *Lettre aux auteurs de la Bibliotheque raiſonnée contenant des Remarques ſur celle de Jean Maſſon*; ibid. Tom XVIII. p. 476-893. — Eadem epiſtola Latine reddita in Miſcellan. obſervatt. crit. (*Amſt.* 1737. 8.) Vol. VIII. Tom. I. p. 141—147. Bouhier.

STANISLAO SANTINELLI *Lettera Sopra la ſpiegazione della medaglia di* Vaballato; in *Raccolta d' Opuſcoli ſcientif. e filol.* (Venez. 1733. 12.) Tom. IX. p. 59—188. Santinelli.

IOAN. IAC. BREITINGERI et IOAN. BOUHIERII Diſſertatio epiſtolica mutua de Phabalatho; Breitinger et Bouhier.

latho; in *Muſeo Helvet.* (*Tiguri* 1747. 8.) P. V. p. 139—160.

Corſini. EDUARDI CORSINI Epiſtolae tres, quibus Sulpiciae Dryantillae, Aureliani, ac *Vaballathi* Auguſtorum numi explicantur et illuſtrantur. *Liburni* 1761. 4. — Omnes numi ſummo acumine, eaque cum diligentia tum eruditione explicantur, quae omnium doctiſſimi Corſini librorum propria fere eſt.

Froelich. ERASMI FROELICH e S. I. de familia Vaballathi numis illuſtrata opusculum poſtumum. Accedunt eiusdem adpendiculae duae ad numismata antiqua a Cl. Vaillantio olim edita, editione altera reſtitutae, curante IOSEPHO KHELL e S. I. rei antiqu. in coll. Reg. Thereſ. Prof. *Vindobonae* 1762. 4. c. IV tabb. aen. — In hoc opusculo, quae Triſtanus, Harduinus, Spanhemius, Sellerus, Tillemontius et Bandurius de hiſtoria et numis familiae Odenathi ſcripſerunt, ita examinantur, ut, quae ſint in hac re certa, quae ambigua, quomodo cum numis ſcriptorum teſtimonia concilianda, offendatur.

SECTIO II.

Scriptores de Diis Syris.

Seldenus. IOANNIS SELDENI de Diis Syris ſyntagmata II. Londini 1617. 8. Deinde ab auctore recognita inſcriptaque Dan. Heinſio *Lugd. Bat.* 1629. 8. Recuſa *Lipſ.* 1662. 8. cum indicibus duobus a M. A. B. (ſine dubio M. ANDR. BEYERO Eccleſiaſte Freybergenſi) qui etiam ſequentibus editionibus addidit obſervationes et additamenta maximam partem minuta et ad rem haud pertinentia, *ibid.* 1668. *ibid.* 1672. 8. His additamentis aucta

aucta quoque eſt editio *Amſtelod.* 1680. 8. *) Denique in *Seldeni* operibus (*Lond.* 1726. fol.) Vol. II, T. I. p. 202 ſqq., ubi varia ex auctoris autographo antea non edita exhibentur. — Inſunt huic libro eruditiſſimo paſſimque obſcure ſcripto, ut editionis Amſtaelodamenſis titulus profitetur, adverſaria de numinibus commentitiis in veteri ſacri codicis inſtrumento memoratis; accedunt fere, quae ſunt reliqua Syrorum, priſca porro Arabum, Aegyptiorum, Perſarum, Afrorum, Europaeorum; item theologia ſubinde illuſtratur.

Remarques ſur le livre de Jean Selden, intitulé des Dieux des Syriens; in (CLERICI) Bibliotheque choiſie T. VII. p. 80—146. — Clericus demonſtrat, Seldenum auctorum teſtimoniis ſine ullo diſcrimine uſum eſſe; illum porro Graeçorum Deos ſaepe cum iis, quos gentes ſic dictae barbarae coluerunt, confudiſſe; denique Seldenum paſſim fabularum explicationes allegoricas ineptas feciſſe. Clericus.

IAQUES SPON *Diſſertation ſur un marbre ancien repréſentant deux Divinitez Syriennes*; in eiusd. *Recherches curieuſes d'Antiquité* (Lyon 1683. 4.) p. 59—74. Spon.

IOAN. PETRI BELLORII Expoſitio ſymbolici Deae Syriae ſimulacri; in *Gronovii* Theſ. Antiqu. Graec. Tom VII. p. 425 ſqq. Bellorius.

Varia etiam de Syrorum Diis diſputat STEPH. FOURMONTIUS in libro alibi a nobis laudato: *Reflexions critiques ſur les hiſtoires des anciens peuples.* T. I. p. 294 ſqq. Fourmont.

Sigilla-

*) Lengletus laudat etiam editionem Amſtelodamenſem anni 1684: nullibi autem talem reperire potuimus; quapropter errore typographico, ut multa alia apud Lengletum, ortam eſſe putamus.

Sigillatim de Syrorum Diis egerunt, qui excitantur in Bibliographia antiquaria Fabricio — Schaffshauſeniana (p. 330.) nimirum: De *Rimmon* AUG. CALMET in Lex. Biblic. T. III. p. 798. De *Gad* et *Meni* DAVID MILLIUS in Diſſ. ſelect. p. 229 ſqq. IOAN. GEORG. KOCH et GUST. GEORG. ZELTNERUS diſſertationibus de hoc argumento, *Ienae* 1687 et Altorfii 1715 evulgatis, ac I. G. LAKEMACHERUS Obſſ. philol. T. IV. p. 19. De *Adar* ſive *Achad* MILLIUS l. c. p. 265 ſqq. VITRINGA Comm. in Ieſaiam cap. 66. v. 17, et IONAS CONR. SCHRAMMIUS diſſertatione Helmſtad. 1734 edita. De *Aſtarte* ſive *Aſtaroth*, a Phoeniciis et Philiſtaeis quoque culta, EBERH. MULLERUS peculiari diſſertatione egit *Lipſ.* 1685. 4. Cui iungi poſſunt SALMASIUS ad Solinum p. 574, et AUG. PFEIFFERUS in Dub. Vexator. Scripturae S. Centur. II. p. 339 ſqq.

Interprett. ad Lucian. de Syria Dea.

SECTIO III.

Scriptores de hiſtoria Syriae civili.

De Syris Damaſcenis antiquioris aevi agunt: AUG. CALMET in Hiſtoria gentium Iudaeis finitimarum, Artic. V. De Syris Damaſcenis Tom. I. p. 651. edit. Manſ. CAMPEG. VITRINGA in Comment. in Ieſaiam et quidem in Protheoria ad Cap. XV, ubi Notitia Damaſci et regni Damaſceni (T. I. p. 650 ſqq.). LAURENT. MULLERUS in diſſ. de origine regni Damaſceni tempore Iſraelitarum in *Ikenii* Theſ. T. I. p. 721 ſqq.

Calmet. Vitringa. Müller.

De hiſtoria Syriae poſt mortem Alexandri M. ſive de imperio Seleucidarum conſulendi libri ſequentes:

REINE-

REINERI REINECCII Familia Seleucidarum, quae ab Olympiade CXVII, hoc eſt, tertia ab Alexandri M. obitu, usque ad pulſum a Pompeio Antiochum Aſiaticum, regnavit in Aſia et Syria annos CCLI. Additis propter argumenti vicinitatem, atque ad uſum uberiorem in lectione Graecae et Romanae hiſtoriae Regibus Comagenae et Bithyniae. *Witebergae* 1571. 8; et in *eiusd.* ſyntagmate de familiis, quae in monarchiis tribus prioribus rerum potitae ſunt. (Baſil. 1574. fol.) T. I. p. 190—199. et p. 315—317. Multum quidem Reineccius pro temporum ratione praeſtitit libello hodie valde raro: at longe ſuperatus a ſcriptoribus recentioribus. Reineccius.

AEGIDII LACARRY Series et Numiſmata Regum Syriae; cum *eiusd.* hiſtoria Romana a Iulio Caeſare ad Conſtantinum M. per numismata et marmora antiqua illuſtrata. (*Claromonti* 1671. 4.) p. 163—181. Lacarry.

I. FOY VAILLANT, Bellov. D. Med. et Regis (Galliarum) Antiquarii, *Seleucidarum imperium* ſive Hiſtoria Regum Syriae ad fidem numiſmatum accommodata. *Lutet. Pariſ.* 1681. 4. *Hagae Comit.* 1732. fol. — Magni aeſtimanda eſt doctiſſimi auctoris induſtria, quam in colligendis regum iſtorum numiſmatibus maximam partem rariſſimis adhibuit, ut eorum ope integram regum Syriae a Seleuco, primo regni poſt Alexandri M. obitum conditore, ad Antiochum usque XIII, quo pulſo in provinciae formam Syria a populo Romano Pompeii M. auſpiciis redacta eſt, ſeriem exhiberet; tot praeterea reges cognomines, quos hiſtorici ludicris ſaepe et ad ignominiam compoſitis, in numis vero nuſpiam conſpicuis appellationibus notarunt, accurate diſtinguere; chronologiam denique in Syriaca alioquin hiſtoria maxime confuſam re- Vaillant.

ſtituere poſſet atque illuſtrare. Praemittitur operi primum *Index regum Syriae*, quorum fuere viginti ſeptem; poſt *tabula genealogica*, Seleucidarum ſtemma exhibens; denique *canon chronologicus*, quo praecipuarum rerum geſtarum, iuxta annos Olympiadum, ante Chriſtum natum, Seleucidarum, et ſingulorum Syriae regum conſpectus ſiſtitur. In opere ipſo illi plerumque viae inſiſtit auctor, ut regum geſta ex ſcriptoribus antiquiſſimis recenſeat, ac deinde ſubiungat eorum numiſmata, aeri eleganter inciſa, ac erudite dilucidata; notatis etiam quibusdam auctorum recentiorum, *Huberti Goltzii* in primis, erroribus. Quae in Maccabaeorum libris de rebus Syriacis traduntur, ex aliis ſcriptoribus numisque ſupplentur ac egregie explicantur. Subiiciuntur denique operi tres indices, primus geographicus, nominum alter ac rerum, tertius in numiſmata, ſingulari induſtria compoſiti. Non omnia tamen Vaillantius plana exhibuit atque explicata. „Non item, inquit *Froelichius* in libro mox „recenſendo, in *Vaillantii* regum Syriae hiſtoria „eadem ἀκρίβεια indicata omnia habentur. In „cuius praeclari operis editione multa, qua typo„thetarum ſocordia peccavit, qua manus artificum, „qui regum vultus non exacte ad numiſmatum „fidem aeri inciderunt; ut nihil hic dicam de *Vail„lantio* ipſo, qui plurium, certiorumque numorum „ſubſidio nondum adiutus etc."

Noris. F. HENRICI NORISII, *Veronenſis Auguſtiniani, Sereniſſ. M. Ducis Etruriae Coſmi III theologi, et in academia Piſana S. Scripturae et eccleſ. hiſtoriae Profeſſoris*, Annus et Epochae Syro-Macedonum in vetuſtis urbium Syriae numis, praeſertim Mediceis, expoſitae; additis faſtis conſularibus Anonymi omnium optimis, e Codice MS. Bibliothecae Caeſareae. *Florentiae* 1689. 4. Auctior

deinde

deinde paſſimque emendatior prodiit *ibid.* 1692. 4. *Lipſiae* 1696. 4. Et in Norisii opp. (*Veronae* 1729. fol.) Tom II. p. 1 ſqq. — Quinque inſunt diſſertationes, quarum *prima* annum et menſes Macedonum generatim contemplatur. *Secunda* epocham Seleucidarum excutit. Calculum ſuum probat Noriſius ex Ulug Begho, Albategnio aliisque Orientis ſcriptoribus, quod et ante eum alii viri docti fecerant. At ex numis id ante ſe praeſtitiſſe neminem afferit; eaque via feliciter indagat origines aerae, qua omnes Seleucidarum provinciae, ac Syri ſigillatim uſi ſunt, donec ſub Romanorum poteſtatem venirent. Poſtea enim multae eorum urbes, ob αὐτονομιας ius impetratum, ob victoriam vel adventum alicuius Auguſti, ob tributa remiſſa, aliave de cauſſa Romanis adulaturae, aeram veterem abdicarunt, et novam ſibique peculiarem eo abhinc tempore exorſi ſunt. Non pauci tamen Syrorum haudquaquam novam ſibi epocham in Romanorum Imperatorum gratiam obtrudi paſſi ſunt. Hos inter familiam ducunt Apamenſes, Damaſceni, Emeſeni, Tripolitae. Sequuntur Edeſſeni, Palmyreni, Cyrrhenſes, Comageni, quemadmodum Noriſius hiſtoricorum ſacrorum profanorumque et cum primis numorum auctoritate fuſe demonſtrat. Diſſertatione *tertia* acceſſus fit ad epochas urbium Syriae a Seleucidarum epocha diverſas. Cumque Syria in *ſuperiorem* et *Coelen* diviſa eſſet, utriusque terminos — non ſemper ſane eosdem — ante omnia figit Noriſius. Occaſione data idem commentatur de gente Durmia, ex qua Quadratus, Syriae praeſes, ortum trahebat, quem vulgo Numidii praenomen geſſiſſe ferunt. Syriae utriusque urbibus Rheſaenam, in Meſopotamia ad Aboram fluvium ſitam, ſub calcem diſſertationis addidit, quod regio illa inter-

amna priſcis temporibus Syriae pars fuerit. Diſſertatio *quarta* inſcribitur: De epochis urbium Phoenices; et *quinta*: De epochis urbium Palaeſtinae. — Cf. *Acta Erud.* a. 1690. p. 425 — 439.

Eiusd. Paraeneſis ad Ioh. Harduinum, opus poſthumum (continens defenſionem operis praecedentis); in *eiusd.* Opp. T. III. p. 1265 ſqq.

Schurzfleiſch. CONR. SAM. SCHURZFLEISCHII Diſſ. de regibus Seleucidis. *Vitemb.* 1701. 4.

Cobius. ERN. FRID. COBII Diſſ. de Syria Zoba. *Vitemb.* 1723. 4.

Froelich. ERASMI FROELICH, *Soc. Ieſu Sacerdotis*, Annales compendiarii regum et rerum Syriae, numis veteribus illuſtrati, deducti ab obitu Alexandri M. ad Cn. Pompeii in Syriam adventum, cum amplis prolegomenis. *Viennae Auſtr.* 1744. fol. *Editio altera*, cui acceſſere notae compendiariae et monogrammata numiſmatum Graecorum. *Viennae* 1754. fol. Utraque editio XX ſuperbit tabulis aeneis, quibus numi conſpiciuntur in libro memorati et deſcripti, mappaque geographica. Vaillantii modeſtia in opere modo laudato ſcribere non dubitavit: *Ex iſto quaſi ſpeciminis incitabuntur aliqui ad alia in ſingulos annos numismata conquirenda.* Quae verba Froelichio doctiſſimo, cupienti aliquid ad illuſtrandam propugnandamque Maccabaeorum hiſtoriam conferre, maiores addebant ſtimulos, ut ad conſcribendos regum Syriae annales, numisque comprobandos, animum induceret. Haeſitantem poſtea tandem perpulit bene magnus Syriacorum numiſmatum numerus, quae, poſt Vaillantii curas, tum in libris, tum in cimeliis offenderat, annorum characteribus, raris ſymbolis, et regum conſignatis titulis omnino pretioſa. His igitur ſubſidiis factus audentior, compendiarios regum iſtorum annales contexuit, eorumque praecipuas res

geſtas

geſtas continuo, quoad licebat, annorum ordine paucis recenſere, atque numis, quam poſſet, plurimis illuſtrare firmareque inſtituit. Uberiores variorum eventuum narrationes qui quaerit, ablegat ad Scaligerum, Torniellum, Uſſerium, Vaillantium, aliosque. Fontes ipſos, e quibus neceſſario quaeque diligenter hauſit, ſi quis adire voluerit, fideliter in annalibus indicatos reperiet. Prolegomena (p. 1—92) quinque abſolvuntur partibus: prima operis ſuſcepti rationem ſiſtit; altera parte dubia in libris Maccabaeorum occurrentia diſcutiuntur. Et haec quidem pars anſam dedit liti, a Wernsdorffiis excitatae et continuatae, de qua ſupra Vol. I. P. II. p. 276 ſq. egimus. Scripta ibi laudata, opus praecipue Michaëlis doctiſſimi, quoque ad hiſtoriam Syriae, temporibus Seleucidarum, penitius cognoſcendam faciunt. Parte tertia, quod in veteribus regum Syriae numis difficile atque utile occurrit, expenditur. Quarta Chronologo-Hiſtoricorum controverſiae quaedam novae in examen vocantur; in primis *Harduini* ſyſtema seriei regum Syriae, in chronologia veteris teſtamenti propoſitum, refellitur. Pars quinta agit de numis Hebraeorum. Accedit appendix, numiſmata Hebraica adulterina, et recentioris fabricae exhibens. Annales ipſi, cum deſcriptione numiſmatum chronologica, e regione paginarum, quibus tabulae chronologicae conſpiciuntur, poſita, paginis CXXIII continentur. Sequitur tabula Seleucidarum genealogica; et a p. 125—137 inſcriptiones antiquae, ad annales regum Syriae illuſtrandos facientes; p. 138 vero notitia raritatis numiſmatum iſtorum; denique in editione altera a p. 139—158 notae compendiariae Graecae, quae in numis antiquis occurrunt, adiectis paucis aliis ordine alphabeti Graeci propoſitae, ex optimis auctoribus et

numis ipſis collectae. Indices, geographicus et hiſtoricus, finiunt opus praeſtantiſſimum.

Semler. D. IOH. SALOMON SEMLERS *zweite Fortſetzung der Erläuterung aller Münzen zum achten Theil der allgemeinen Welthiſtorie;* in *Sammlung von Erläuterungsſchriften und Zuſätzen zur allgemeinen Welthiſtorie herausgegeben von* S. I. Baumgarten P. IV. (Halae 1756. 4.) p. 107—135, ubi de numismatibus Syriacis ſ. Seleucidum doctiſſime agitur, et quidem ſecundum Vaillantium, Noriſium, praecipueque Froelichium, qui tamen ſaepe inter ſe conferuntur et refelluntur, propriis adſperſis coniecturis acutiſſimis.

✣ ✣ ✣

de la Nauze. DE LA NAUZE *ſur la durée du régne de Seleucus Nicator;* in *Memoires de l'Acad. des Inſcript.* T. VII.

Belley. BELLEY *Diſſertation ſur les ères des villes d'Epiphanée, de Syrie et de Cilicie. Premier Supplément aux Diſſertations du Cardinal Noris;* ibid. T. XXVI. — Quatuor alia ibidem ſequuntur ſupplementa, quibus aerae urbium Ciliciae et Palaeſtinae diſcutiuntur. Sextum T. XXVIII exhibetur atque inſcribitur: *Diſſertation ſur l'ère de la ville d'Abila en Céléſyrie.* Septimum ibidem: *Obſervations ſur l'ère de Pella, de Dium et de Canatha, villes de Céléſyrie; et ſur la prétendue ère de Ramatha, ville de Paleſtine.*

Eiusd. *Obſervations ſur les médailles des rois de Syrie, qui ont pris le nom de Nicéphore;* ibidem T. XXIX.

Eiusdem *Obſervation ſur les médailles de Demetrius III, roi de Syrie;* ibid.

Eiusd. *Diſſertation ſur les éres de la ville de Rhoſos ou Rhoſus en Syrie;* ibid. T. XXX.

Eiusdem

Eiusdem *Obſervations ſur une médaille frappée par les habitans d'Antioche, ſous le gouvernement de Trajan, pere de l'Empereur Trajan;* ibid.

Eiusd. *Diſſertation ſur l'ére de Balanée en Syrie;* ibidem.

Eiusd. *Diſſertation ſur les éres de la ville de Leucas en Céléſyrie;* ibid. T. XXXII.

* * *

De praeſidibus Syriae Romanis, poſt RICARDUM MONTACUTIUM, qui in originibus eccleſiaſticis (*Oxon.* 1635. fol.) non ſatis felici auſu rem geſſit, fuſe diſputat HENR. NORISIUS in Cenotaphiis Piſanis (*Venet.* 1681. fol.) Diſp. II. cap. XVI. Enumerantur ibi anteceſſores Sulpicii Quirini, Syriae praeſidis tempore Auguſti, omnes, nec hi tantum, ſed et ſucceſſores, ſcil. ab A. U. 707 usque ad A. U. 822, quo Syria omnis, ut ait Tacitus, a Veſpaſiani ſacramento fuit. Addatur: Noris.

IOH. DAN. SCHOEPFLINI Diſſert. hiſtorica, qua ſiſtitur chronologia Romanorum Syriae praefectorum; in *eiusd.* Commentatt. hiſt. et crit. (*Baſil.* 1741. 4.) p. 465 ſqq. Schoepflin.

* * *

Non modo hiſtoriae Syriae, verum etiam aliarum Aſiae regionum, in primis Meſopotamiae, lux inſignis affuſa eſt opere ſequenti praeſtantiſſimo: THEOPHILI SIGEFRIDI BAYERI, *Regiomontani* (*Academiae ſcientiarum Petropolitanae ſocii*) Hiſtoria Oſrhoëna et Edeſſena ex numis illuſtrata: in qua Edeſſae urbis, Oſrhoëni regni, Abgarorum regum, praefectorum Graecorum, Arabum, Perſarum, Comitum Francorum, ſucceſſiones, fata, res aliae memorabiles, a prima origine urbis ad Bayer.

extrema fere tempora explicantur. *Petropoli* 1734. 362 pagg. in 4 mai. — Res Edeſſenas ideo ſibi explicandas ſumſit Bayerus, quia easdem, magnas Meſopotamiae converſiones complexas, ad maiorum in Aſia ſuperiore populorum memoriam reſuſcitandam facere, quia hac opera multa in ſcriptoribus emendari, nonnulla in legibus Imperatorum illuſtrari, nec pauca in locorum temporumque doctrina accuratius exponi poſſe iudicabat. Praeterea in ſcriptoribus expeditionum cruciatarum multa occurrunt corrupta et falſa de his Edeſſenorum rebus, ob ignorantiam Aſiaticarum rerum linguarumque. Quarum cum eſſet in Bayero ſcientia ſumma, alia emendavit, alia explicuit ſolerter. Ipſius vero de operis praeſtantia nemo recte iudicabit, niſi qui monimentorum, quae Bayerum iuvare poſſent deberentque, paucitatem conſideraverit, quotque omnibus aevi ſubſidiis, quot linguarum Orientis cognitione, illi ad rem feliciter perficiendam opus fuerit, perpenderit. Quicquid aut ex ſcriptoribus afferri, aut e numis antiquis colligi poſſet, id attulit omne, explicitis in primis ſummo ingenii acumine Edeſſenorum rationibus chronologicis compoſitisque iisdem cum aliorum populorum rationibus. Hiſtoriam Edeſſae regnique Oſrhoëni non ſolum ad Heraclii usque tempora, annumque Chriſti DCLXXXIII, quo Arabes, primum Meſopotamiam ingreſſi, Edeſſam ceperunt, deduxit, ſed res Edeſſenas quoque ſub Arabibus, Francis, Perſis, Tataris, Turcisque enarravit, deſiitque in clade, quam a Timure ſub finem ſaeculi XIV expugnata Edeſſa accepit. Ubi licet omnia ſubtiliſſime examinata ſint, tamen, ſi quis luculento exemplo perſpicere velit, quantum valuerit mentis acie Bayerus, quam diligenter omnium rerum momenta perpenderit, ille, quaeſo, legat

legat ea, quae de rege decimo quarto, Abgaro Nigro, diſputavit.

Chronicon etiam habemus *Edeſſenum* Anonymi ab a. 129 ante Chriſtum natum usque ad a. 540 poſt eiusdem nativitatem, cum verſione Latina et notis IOS. SIM. ASSEMANI; in huius Bibl. Orient. T. I. p. 387—417. Chron. Edeſſ.

✤ ✤ ✤

De ſtatu et viciſſitudinibus Syriae medio ſic dicto aevo prae caeteris conſulendus eſt DEGUIGNESIUS in opere celeberrimo: *Hiſtoire des Huns et Turcs etc.* paſſim, in primis T. II. Deguignes.

✤ ✤ ✤

Scriptores de Batinaeis ſ. Batanitis, ſive, ut ab aliis appellantur, Iſmaëlianis, Aſſaſſiniis ſ. Aſſiſſiniis, Syriam medio, quod dicunt, aevo inhabitantibus.

Multa de Aſſaſſiniis, in primis de eorum religione, ſimili fere religioni Druſorum, de quibus ſtatim agetur, narrantur in *Nouveaux Mémoires des Miſſions de la Compagnie de Jeſus* T. VI. (à Paris 1727. 12.)

L'EVEQUE DE LA RAVALIERE *Eclairciſſemens ſur quelques circonſtances de l'hiſtoire du Vieux de la Montagne, Prince des Aſſaſſins; in Hiſt. de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XVI. p. 155—164. — Diſcutiuntur narrationes de caedibus, quas Aſſaſſinii regibus Galliarum, Philippo Auguſto ac Ludovico Sancto, intendiſſe dicebantur. Quae diſſertatio, die V menſis Iulii a. 1743 praelecta, anſam dedit ampliori et doctiori, lectae partim die III, partim XX m. Decembris eiusdem anni, qua omnia fere, quae ſcriptores cum Orientis, tum Occidentis de Ravalière.

populo iſto tradidere, diligenter collecta ſunt atque ſubtiliter diiudicata. En titulum!

Falconet. FALCONET *Diſſertation ſur les Aſſaſſins d'Aſie;* ibid. T. XVII. p. 127—170.

Deguignes. DEGUIGNESIUS in hiſtoria Hunnorum, Osmanorum etc. multa quoque de Aſſaſſiniis tradit, e ſcriptoribus orientalibus maximam partem eruta, v. c. in operis introductione p. 410 ſqq. T. II. p. 23 ſqq. T. III. p. 135 ſqq. alibique.

Withof. IOH. PHILIPP. LORENZ WITHOF (D. Med. et Prof. eloquentiae Duisburgenſis) *das meuchelmörderiſche Reich der Aſſaſſinen.* Cleve 1765. 12 plagg. in 8. — Falconeti diſſertatio huic ſcriptori ignota fuiſſe videtur. Ex auctoribus ſolum Occidentis ſua collegit, arte critica non ſatis caute adhibita. Maxima libelli pars in eo verſatur, ut demonſtretur, Aſſaſſinios ducibus ſuis obedientia ſervili adſtrictos fuiſſe, ſimulque variae caedes temerariae ac fraudulentae ab iis perpetratae narrentur.

Büſching. Cf. BUESCHINGII *neue Erdbeſchreibung* P. V. Sectio I. p. 328 ſqq. ed. tertiae.

* * *

Scriptores de Maronitis, ſ. Mardaitis.

Praeter ſcriptores de montibus Libanon et Antilibanon paullo ante recenſitis etiam conſulendi ſunt libri ſequentes:

Gerhard. IOH. ERNEST. GERHARDI Exercitatio de eccleſia Maronitarum. *Ienae* 1668. 4.

Naironus. FAUSTI NAIRONI, *Banenſis Maronitae, Chaldaicae ſeu Syriacae linguae in almae urbis* (Romae) *Archigymnaſio Profeſſoris*, Diſſertatio de origine, nomine ac religione Maronitarum. *Romae* 1679. 8.

Eiusd.

Eiusd. Euoplia fidei catholicae Romanae hiſtorico - dogmatica, ex vetuſtiſſimis Syrorum ſeu Chaldaeorum monumentis eruta. *Romae* 1694. 8. — Naironus praecipue demonſtrare ſtudet, Maronitas nunquam ſectis Monotheletarum et Monophyſitarum addictos fuiſſe, eosque a fidei catholicae tramite nunquam deſciviſſe. Neminem tamen in partes ſuas trahere potuit, praeter ANTONIUM PAGIUM in Critica Baroniana ad a. 635 et 676; et ROQUIUM ante laudatum, qui itinerarii ſui tomo ſecundo p. 28 — 128 inſeruit diſſertationem *ſur l'origine des Maronites et abrégé de leur hiſtoire.* Sententiam contrariam tuentur: IOH. RICH. SIMON in *Hiſtoire critique des Chretiens orientaux p. 146. ſqq.* EUSEB. RENAUDOT in Hiſtoria Patriarch. Alexandr. p. 149 ſequentibus. PETRUS LE BRUN in *Explication de la Meſſe* (à Paris 1726. 8.) T. II. p. 626 ſqq. IOS. SIMON ASSEMANUS, ipſe Maronita, in Biblioth. Orient. Vatic. T. *I.* p. 496 media paene via incedit. Cf. omnino MICH. LE QUIEN in Oriente Chriſt. T. III. p. 1 ſqq.

ABRAHAM ECHELLENSIS (*Syro - Maronita* † *Pariſiis* 1654.) in II Epiſtolis ad Io. Morinum, in Antiquitatt. Eccleſ. Orientalis, clariſſimorum virorum diſſertatt. epiſtolicis enucleatis. Londini 1682. p. 326 ſqq. et 449 ſqq. Abraham Echellenſis.

Etat préſent des Nations et Egliſes Grecque, Armenienne et Maronite en Turquie, par Mr. LA CROIX. à Paris 1715. in 12. la Croix.

Cf. BUESCHINGII opus modo laudatum p. 341 ſqq. Büſching.

Scriptores de Druſis.

Ricaut. PAULLUS RICAUT in *Hiſtoire de l'Empire Ottomane* T. I. p. 313 ſqq.

Hyde. THOMAS HYDE in Hiſtoria religionis veterum Perſarum p. 491 et 554 ſqq.

Adrianus. ADRIANI (Monachi Capucini, qui apud Druſos diu comoratus eſt) *Relation ſur la Religion des Druſes, et principalement ſur un endroit de l'Antiliban, nommé Solyma, où un Prince Druſe fait batir à ſes frais un nouvel Hoſpice aux R. P. Capucins Miſſionaires de la Province de Bretagne;* in PAULI LUCAE *Voyage dans la Grece, l'Aſie mineure* etc. p. 36—43.

Notitiam admodum brevem de Druſis legimus in *Bremiſchen Magazin* (Bremen und Leipz. 1762. 8.) T. V. p. 107—112, translatam e *New univerſal Magazine* A. 1759. Jul. p. 209 ſqq.

Puget de St. Pierre. PUGET DE S. PIERRE *Hiſtoire des Druſes, peuple du Liban, formé par une colonie de François avec des notes politiques et géographiques.* à Paris 1763. 12 mai. — Compilatio, negligentiſſime et ſine fontium, e quibus auctor hauſerit, mentione eorumve recto uſu corraſa. Mappa adiecta eſt geographica.

Niebuhr. CARSTEN NIEBUHR in *Reiſebeſchreibung nach Arabien* T. II. p. 428—455 recentiſſima et certiſſima de Druſis tradidit.

Büſching. Cf. BUESCHING l. c. p. 351 ſqq.

De *religione Druſorum*, olim valde ignota et obſcura, aetate noſtra plura divulgata atque narrata ſunt, praeter *Niebuhrium* modo laudatum a ſcriptoribus ſequentibus:

Adler. IACOBI GEORGII CHRISTIANI ADLER Muſeum Cuficum Borgianum Velitris. *Romae*

1782

1782. 4 mai. cum 12 figg. aen. — Auctor, Altonanus, nunc Profeſſor linguae Syriacae Havnienſis, Romae a. 1782 commoratus, librum huncce elaboravit, excitatus collectione numorum Arabicorum, litteris Cuficis ſignatorum, ampliſſima Borgiae doctiſſimi. Huc pertinet ſolum pars libri altera, ubi de Druſorum religione, occaſione idoli, in muſeo iſto obſervati, copioſe agitur. Quo in negotio auctorem multum iuvabat codex manuſcriptus ſermone Italico compoſitus et a Borgia illi traditus; in quo e Druſorum libris origo, mores ac religio huius populi latius enarrantur. — Cf. *Allgem. teutſche Bibl.* T. LIII. p. 315—331. *Götting. gel. Anzeigen* a. 1783. p. 177—188.

Ex hoc libro, in Germania noſtra raro obuio, EICHHORNIUS, Profeſſor linguarum orientalium Ienenſis, non ſolum omnia Druſorum religionem illuſtrantia momenta excerpſit, ſed etiam multa nova addidit, ex Codice Arabice ſcripto, in bibliotheca regia Goettingenſi cuſtodito, cui Druſorum confeſſio religionis, ſive Catechismus, quem vocant, ineſt. Factum hoc in opere, ſaepius a nobis laudato, ab *Eichhornio* inſtructo et in hunc diem continuato; cui titulus: *Repertorium für bibliſche und morgenländiſche Litteratur* T. XI. p. 105-224. Catechismus Druſorum ex codice iſto Goettingenſi et ex Muſeo Cufico Borgiano, Arabice et Theotiſce, additus. — Cf. MEUSELS *hiſtor. Litteratur* a. 1783. Vol. II. p. 114—126, ubi diſſertationis Eichhornianae epitome ab HUFNAGELIO aptiſſime conſtructa exhibetur. Eichhorn.

PAULLUS IAC. BRUNS *von Hakem, Caliphen in Egypten, aus* ABULFARADSCH *Syriſcher Chronick;* in Repert. laud. T. XIV. p. 1—30. — Hakem iſte, ſaeculo poſt Chr. nat. XI princeps Aegypti, Bruns.

gypti, Druſorum numen eſt; quod religioſe colunt; cuius cognitioni curatiori omnino inſervit fragmentum iſtud antea ineditum, nunc vero Brunſii cura laudabili Syriacis typis impreſſum, adiecta interpretatione Theotiſca, notulisque nonnullis.

Adler. Alia quaedam de principe, ſeu, ſi mavis, Deo iſto Hakem ex codicibus manu exaratis Arabicis, in bibliotheca regia Havnienſi aſſervatis, ADLERUS laudatus Arabice, cum verſione Theotiſca, protulit in eodem Repertorio T. XV. p. 265 — 298.

v. Breitenbauch. (GEORG AUGUST VON BREITENBAUCH) *Ergänzungen der Geſchichte von Aſia und Africa* (Deſſau 1783. 8.), ubi P. I. p. 136 — 159 Druſorum hiſtoria narratur.

Eichhorn. Ineſt parti quintae collectionis hiſtoricae, a Meuſelio editae atque inſcriptae: *Der Geſchichtforſcher* (Halae 1777. 8 mai.) p. 117 — 147 commentatio hiſtorico - critica praeſtantiſſima: *Geſchichte der Syrer; ein Fragment.* Qua inſcriptione auctor — eſt is vero EICHHORNIUS modo memoratus — minime Syrorum ipſorum hiſtoriam civilem innuere voluit, ſed eorum hominum, quibus eccleſia orthodoxo - chriſtiana nomen *Neſtorianorum* haereticum inuſſit, quique, non per Syriam tantummodo, ſed per omnem fere Aſiam diſperſi, cum religione ſua litterarum ſtudia propagarunt. Acumine critico minime vulgari res maximam partem ante ignotae expoſitae ſunt.

CAPUT

CAPVT VIII.

SCRIPTORES DE REBUS ARMENIACIS.

MOSES, *Chorenenſis*, Hiſtoricus et Geographus gentis ſuae ſaeculo p. C. n. quinto florens, nonnullis Armeniace ſcriptis libris inclaruit. Ab Epiſcopo Iacobo M. Alexandriam ad litteras Graecas addiſcendas miſſus, Edeſſam viſit, ibique bibliotheca publica uſus eſt; in Palaeſtinam quoque iter fecit. Alexandriae valedicens Graeciamque petens, tempeſtate ad Italiae littora appulſus, Romam perluſtravit, poſteaque per Athenas ac Byzantium in patriam rediit. Senio paene confectus, hiſtoriam Armeniae ſcribere aggreſſus eſt, eamque tribus abſolvit libris circa annum CCCCLXII. Moſes ipſe affirmat, ſe non ſolum aliorum ſcriptorum ope, ſed et tabulis publicis adiutum opus ſuum perfeciſſe. Ne tamen credas, Armenum huncce arte critica inſtructum fuiſſe, materiemque libri iudicio ſubacto tractaviſſe: credulitate potius laboraſſe videtur. Moſes Choren.

Geographia eius primum e tenebris in lucem publicam protracta eſt ab *Uſcano*, Epiſcopo Armeno, editaque hac epigraphe: *Synopſis geographiae univerſalis* MOSIS CHORENENSIS. *Amſtelod.* 1668. 12. Repetita in editione hiſtoriae Moſis Choren. Whiſtoniana, mox recenſenda. Opuſculum ex *Pappi* Alexandrini commentariis deſumtum, ieiunum ac inconditum, atque ab librariis praeterea mendoſiſſime depravatum.

Hiſtoria *Moſis* noſtri primum edita eſt a *Thoma Vanandenſi*, Epiſcopo Armeno, hac quidem inſcriptione: Genealogia proſapiae Iaphеticae ſ. Hiſtoria Armenae nationis adornata a ter magno doctore

doctore MOYSE CHORENENSI, libris III *Armeniace. Amſtelod.* 1695. 8. Unico tantum codice manu ſcripto, eoque manco, uſus eſt editor. Cf. *Schroederi* Theſ. ling. Armen. p. 62. Facillime quoque carere poſſumus hac editione, adiuti multo pleniore ac perfectiore, cuius titulum huc transſcribamus:

MOSIS CHORENENSIS Hiſtoriae Armeniacae Libri III. Accedit eiusdem ſcriptoris Epitome Geographiae. Praemittitur praefatio, quae de litteratura ac verſione ſacra Armeniaca agit; et ſubiicitur appendix, quae continet duas epiſtolas Armeniacas, primam, Corinthiorum ad Paulum Apoſtolum, alteram, Pauli Apoſtoli ad Corinthios, nunc primum ex codice MS. integre divulgatas. Armeniace ediderunt, latine verterunt, notisque illuſtrarunt *Guilielmus* et *Georgius*, *Guil. Whiſtoni filii*, Aulae Clarenſis in Academia Cantabrigienſi aliquamdiu Alumni. *Londini* 1736. 4 mai. — Quae in hoc volumine continentur, eius titulus ſat clare indicat. Hiſtoria ipſa offert praecipue principum regumque Armeniacorum ac epiſcoporum vitas. Et liber quidem primus capitibus XXXI enarrat Armenorum hiſtoriam, maximam partem fabuloſam, ab origine telluris usque ad tempora Alexandri M. Secundo libro, a capite XXXII usque ad LXXXIX, hiſtoria ad regem Tiridatem, Conſtantini M. Imp. tempore florentem, deducitur. Liber tertius, capita LXVIII comprehendens, abſolvit hiſtoriam morte Meſrobis Epiſcopi, primis ſaeculi quinti annis; qua occaſione de Armenorum ſtudiis et eruditione fuſe differitur. In fine voluminis, praeter appendices titulo memoratas, adiicitur: Series principum, regum atque epiſcoporum ex Moſis Choren. hiſtoriis decerpta, ordine ſynchroniſtico-chronologico. Nec ſilentio praetereunda

cunda eſt charta veteris Armeniae geographica, a *Whiſtonis* ſummo ſtudio delineata. Opus caeterum, in Germania noſtra raro obvium, ſplendide typis impreſſum.

Epitome huius libri, a IOAN. BARTHOL. a S. HYACINTHO, Monacho Dominicano, confecta, in lucem edita eſt hac inſcriptione: Epitome commentariorum *Moyſis Armeni* de origine et ritibus Armenorum et Parthorum; item Series Principum Iberiae et Georgiae; cum notis et obſervationibus *Henrici Brenneri* (Bibliothecarii Regii Holmienſis). Acceſſit eiusdem epiſtola ad D. Ericum Benzelium, de praeſenti ſtatu quarundam gentium orientalium. Stockholmiae 1723. XIV plagg. in 4. — Defendit quidem Brennerus paſſim Moſem, enumerationem tamen regum Parthorum minus accuratam eſſe, quam Armenorum, condendit.

TILEMANNI BREDENBACH (*D. Theol. Colonienſis* † 1587.) liber de Armeniorum ritibus, moribus et erroribus. *Baſil.* 1577. 8. Bredenbach.

CLEMENTIS GALANI, *Surrentini*, *Clerici regularis*, *Theologi et S. Sedis Apoſtolicae ad Armenos Miſſionarii*, Conciliationis eccleſiae Armenae cum Romana, ex ipſis Armenorum Patrum et Doctorum teſtimoniis, in duas partes, hiſtorialem et controverſialem, diviſae, *pars prima*. *Romae*, typis ſacrae congregationis de propaganda fide 1650. — *Pars altera, tomus primus. ibid.* 1658. — *Pars altera*, *tomus ſecundus*, *ibid.* 1661. III Vol. in fol. Prima pars typis repetita. *ibid.* 1690. fol. Et haec quidem prima pars operis rari et ſumtuoſi ſolummodo huc pertinet: altera theologico-polemici argumenti eſt, eaque conciliationem eccleſiae Romano-Catholicae cum Armeniaca efficere auctor ſtuduit. Prima autem pars ſiſtit ſeriem brevem patriarcharum ac regum Armeniacorum; Galanus.

deinde varia de Miſſionariorum Romano-Catholicorum negotiis inter Armenios, quibus auctor ipſe duodecim per annos interfuit; poſtea ſequuntur narrationes de conciliis politicis et eccleſiaſticis gentis iſtius. Agitur etiam de Iberis et Colchis ſive Georgianis, de ipſorum odio, quo adverſus Armenos flagrant etc. Scriptores apud Armenos primarios ſecutum ſe fuiſſe, auctor affirmat, laudans praecipue antiquiſſimum et immenſum librum narrationum, *Giarrentir* Armenis vocatum, qui Romae excuſus ab aliis dicitur, ab aliis negatur. In fine operis ſubnectitur index rerum memorabilium, quas in annotationibus praecipue perſequitur Galanus, ubi quidem multa commemorantur, quae ſive antiquae hiſtoriae fidem pulſant, ſive coniunctionem Armenorum cum Latinis nimium extollunt. Prudenter igitur actum, quod miſſis tomis partis ſecundae, prima tantum typis repetita fuit in Germania, hoc quidem titulo:

CLEMENTIS GALANI — Hiſtoria Armena, eccleſiaſtica et politica, nunc primum in Germania excuſa. *Coloniae* 1686. 8. *Francof. et Lipſ.* 1701. 8. Quae poſterior editio novum ſolummodo titulum prae ſe ferre videtur.

Cf. (BAUMGARTENS) *Nachr. von einer Halliſchen Bibl.* T. III. p. 197—202.

Gerhard. IOH. ERN. GERHARDI Diſſert. de Armeniae ſtatu eccleſiaſtico, tam priſtino, quam hodierno. *Ienae* 1665. 4.

Petraeus. THEOD. PETRAEI Doctrina Chriſtiana, Armenice et Latine. *Amſtelod.* 1667. 8.

Wartabiet. ARAKHEL WARTABIETI Hiſtoria orientalis, Vol. I. P. II. p. 56 recenſita.

Noris. HENR. NORISIUS in Cenotaphiis Piſanis Caii et Lucii Caeſarum (*Venet.* 1681. fol.) Diſſ. II. cap. 9, ubi

ubi de Lucii Caeſ. expeditione ad reprimendum tumultum Armeniae et Arabiae agit, docte, ut ſolet, diſſerit de regibus Armeniae.

TOURNEFORT in *Relation d'un voyage du Levant* T. II. p. 185 ſqq. agit de moribus, religione et commerciis Armenorum. — Cf. etiam CHARDIN in *Journal du Voyage en Perſe* T. II. p. 109 ſqq. et OTTER in *Voyage en Turquie* etc. paſſim. Tournefort. Chardin.

Etat préſent de l'Armenie, tant pour le ſpirituel, que pour le temporel, par un Miſſionnaire. à Paris 1694. 12. Etat préſent etc.

MONIER, Ieſuita, copioſe de veteri et recentiore ſtatu Armeniae agit in *Nouveaux Mémoires des Miſſions de la Compagnie des Jeſus dans le Levant* (à Paris 1723. 12.) T. III. p. 1—226. Monier.

Add. praeter ſupra laudatum LA CROIX, PAUL RICAUT *Hiſtoire de l'état préſent de l'Egliſe Grecque et de l'Egliſe Armenienne.* Amſterd. 1710. 8. Ricaut.

CYRILL. LUCARIS, in Epiſtolis eccleſiaſt. et theolog. Remonſtrantium (*Amſtelod.* 1704.) p. 363 ſqq. Lucaris.

OLAI CELSII Diſſ. de hodierno ſtatu eccleſiae Armenorum. *Upſal.* 1726. 8. Celſius.

Voyage d'un Miſſionaire de la Compagnie de Jeſus, en Turquie, en Armenie, en Arabie, et en Barbarie. à Paris 1730. 12 mai. — Itinera haecce ab a. 1688 uſque ad a. 1709 facta dicuntur.

MATHURIN VEYSSIERE LA CROZE, ancien Profeſſeur en Philoſophie et Bibliothecaire et Antiquaire du Roi de Pruſſe, *Hiſtoire du Chriſtianiſme d'Ethiopie et d'Armenie.* à la Haye 1739. 8. Theotiſce, *Gedani* 1740. 8. — Liber operis quartus huc pertinet, quippe qui ſtudia Romano-Catholicorum circa Armenorum religionem ſiſtit. Opus mox ante auctoris ſenio paene confecti mortem La Croze.

excuſum, ideoque forte nec ſatis comtum nec perfectum evaſit.

Freret. FRERET *de l'année Arménienne, ou ſuite des obſervations ſur l'année vague des Perſes;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XIX. p. 85 ſqq.

Barthelemy. BARTHELEMY *Reflexions ſur une Medaille de Xerxes, Roi d'Arſamoſate* (urbs Armeniae) ibid. T. XXXI. p. 404 ſqq.

Maius. Parte huius operis ſuperiore, ubi ſcriptores de rebus Aſſyriacis recenſuimus, obliti ſumus libelli ſingularis, in quo IO. HENR. MAIUS, Acad. Gieſſenſis Prof. ordinarius, Notitiam *Imperii Adiabeni*, beatiſſimae Aſſiſſiae regionis, ex antiquis idoneisque monimentis, tradidit, *Marburgi Cattorum* 1726. 8. Liceat igitur hoc loco brevem eius recenſum inſerere. Agit nimirum auctor de ſitu ac potioribus oppidis imperii Adiabeni; de nominis *Adiabena* derivatione; de incolis regni; de rege illiusque ornatu regio, de varia regni fortuna et de rege Monobazo primo (cuius memoriam ſolus fere Fl. Ioſephus nobis aſſervavit); de eius coniuge Helena, quae ex pagana facta eſt Iudaica, multisque Iudaeos beneficiis cumulavit; de tabula ipſius aurea; de palatio, quod Hieroſolymis habuit, denique de monimento eius ſepulcrali; de Monobazi primo ſucceſſore in imperio, Izate, eiusque rebus geſtis; Monobazo ſecundo; de Mebarſape, quem Trajanus Imp. vicit et Adiabenen cepit, de Septimio Severo, Adiabenos delente, indeque Adiabenico cognominato; de Chriſtianiſmi propagatione in Adiabene; denique de lingua Adiabenorum.

CAPVT

CAPVT IX.

SCRIPTORES DE REBUS COLCHICIS, PONTICIS, CAPPADOCIIS, IBERICIS, BOSPORANIS, DE CAUCASO ET MARI CASPIO, ET DE FABULOSA AMAZONUM HISTORIA.

FLAVII ARRIANI, NIÇOMEDIENSIS, (flor. ab a. poſt C. n. 137—161.) Επιϛολὴ πρὸς Ἀδριανὸν, ἐν ᾗ καὶ Περίπλους Εὐξείνου Πόντου. Quae epiſtola Graece prima vice typis impreſſa cura *Sigism. Gelenii* prodiit cum aliis, hoc titulo: Hannonis Periplus, ARRIANI Periplus Ponti Euxini et maris Erythraei, una cum Plutarcho de fluminibus, et montibus et Strabonis epitome. *Baſil.* ap. Froben. 1533. 4. *Italice* reddidit *Ioan. Bapt. Ramuſius* in ſua *Raccolta delle navigazioni viaggi* etc. *Venet.* 1563. fol. In huius collectionis editione altera (Venet. 1583. fol.) reperitur Tomo II, hac inſcriptione: ARRIANO *Lettera intorno al mar maggiore.* — Secuta eſt editio autographi comtior ſic inſcripta: ARRIANI, Hiſtorici et Philoſophi, *Ponti Euxini et maris Erythraei Periplus ad Adrianum Caeſarem.* Nunc primum ex Graeco ſermone in Latinum verſus, plurimisque mendis repurgatus. Acceſſerunt et Scholia, quae luculentam regionum, gentium, inſularum, oppidorum, fluminum, mercium ceterarumque rerum memorabilium utriusque Peripli deſcriptionem continent, ex accurata veterum ac recentiorum auctorum collatione, quorum nomina poſt praefationem addita pagina indicabit. Addita eſt, praeter loca, quae ſolers Luſitanorum penetravit navigatio, omnium cum oppidorum, quae Danubius irrigat, tum fluviorum, qui in eum devolvuntur, diligens et iucunda obſer- Arrianus.

obſervatio; praeterea ipſius Ponti chorographica tabula. *Io. Guil. Stuckio*, Tigurino, auctore, cum genuino indice rerum ſcitu dignarum, quae in utroque Periplo explicantur. *Genevae*, ap. Euſtathium Vignon 1577. fol. (Alia libri exempla *Lugdunum* prae ſe ferunt.) Editio rara, propter Stuckii obſervationes doctiſſimas et iucundas digna ſane, quae typis repetatur. — *Latine*, *Adriano Turnebo* interprete, in huius Opp. (*Argent.* 1600. fol.) T. II. p. 146 ſqq. — *Nic. Blancardus* Periplos Arriani edidit cum eius arte tactica, adiecta interpretatione Latina Stuckii et notis, *Amſt.* 1683. 8; et *Ioan. Hudſon* in Scriptoribus vet. Geogr. Graec. minoribus, *Oxon.* 1698. 8. Vol. I. p. 1—25. Notae adiectae ſunt Stuckii et Blancardi.

HENRICUS DODWELL in Diſſ. V et VIII. additis collectioni Hudſonianae contra *Iſaacum Voſſium* authentiam Peripli Ponti Euxini demonſtravit. Aſſertio autem eiusdem, ſcriptum fuiſſe ab Arriano circa annum poſt Chriſt. nat. 137, confutata eſt a *Caryo* in libro modo laudato, et quidem in diſſ. praelim. quippe qui demonſtrat, Periplum iſtum paullo antiquiorem, ſcriptumque fuiſſe circa 132 ſive anno XV imperii Hadriani Caeſ. qui eo iam tempore Arrianum Proconſulem Cappadociae conſtituerit. Arrianum omnia littora locaque, in prima peripli parte deſcripta, ipſum vidiſſe, recte creditur: numne vero etiam loca, parte ſecunda et tertia memorata, non liquet.

Alius Periplus Ponti Euxini et Maeotidis paludis etiam Arriano olim adſcribebatur: ſed Dodwellus l. c. comprobavit, eius auctorem poſt Arriani tempora vixiſſe, ſuaque ex *Scymno Chio* et *Marciano Heracleota* depromſiſſe.

Cf. IOAN. GEORGII HAGERI Progr. de Flavio Arriano, Geographo antiquo illiusque Periplis. *Chem-*

Chemnicii 1766. 4. Theotiſce in *eiusd. Geogr. Bücherſaal* (ibid. 1774. 8.) T. II. p. 185 ſqq.

Le Périple de l'Euxin, tel qu'on peut préſumer que Salluſte l'avoit décrit, vers le fin du III. livre de ſon Hiſtoire: retabli ſur les fragmens qui nous en reſtent, à l'aide des anciens écrivains que Salluſte a pu conſulter, et de ceux qui ont eu ſon ouvrage entre les mains. Par M. le Préſident DE BROSSES; *in Mém. de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XXXII. p. 627—649. T. XXXV. p. 475—538. Quae deſcriptio poſtea inſerta eſt tomo ſecundo operis maioris, quo *de Broſſes*, ope fragmentorum Salluſtianorum aliorumque ſubſidiorum, hiſtoriam reipublicae Romanae ſaeculi VII a Salluſtio compoſitam reſtituere conatus eſt. (*Hiſtoire de la Republique Romaine dans le cours du VII. Siecle par Salluſte.* à Dijon 1777. III Voll. in 4 mai.) Excurſum iſtum de Ponto Euxino Salluſtius ſine dubio occaſione belli Romanorum cum Mithridate inſtituerat. Scriptores veteres magni aeſtimabant operam, a Salluſtio huic deſcriptioni impenſam, ſaepiusque eius teſtimonio utebantur. Quae igitur a Strabone, Mela, Plinio, Arriano, Dionyſio geographo eiusque commentatore Euſtathio, Ammiano Marcellino, Priſciano, Avieno Feſto, aliisque ſervata ſunt fragmenta vel maiora, vel minora, ſummo ſtudio collegit Francogallus doctiſſimus, diſpoſuit ingenioſe, lacunas dexterrime explevit, omniaque, quantum fieri poterat, ad Salluſtii ingenium compoſuit. Scriptorum veterum loca, quibus fragmenta ſingula continentur, in margine diligenter notata ſunt. Nos loca ipſa, vel Graeca, vel Latina, adſcripſiſſemus. Salluſtius et de Broſſes.

FRERET *de l'année vague Cappadocienne I Partie. — II Partie de l'origine et des antiquités des Royaumes de Cappadoce et de Pont; in Mém. de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XIX. p. 56 ſqq. Freret.

Reineccius. REINERI REINECCII Familiae regum Ponticorum et Boſphoranorum, ex ſtirpe Achaemenidarum, a Darii Hyſtaſpis temporibus usque ad imperium Claudii. *Lipſ.* 1570. 4.

Vaillant. I. FOY VAILLANT Achemenidarum imperium, ſive regum Ponti, Boſphori, Traciae et Bithyniae hiſtoria; quae tomum ſecundum operis conſtituit, cuius primum tomum ſupra, ubi de ſcriptoribus rerum Perſo-Parthicarum ſermo erat, (Vol. I. P. II. p. 48 ſqq.) recenſuimus. Achaemenidarum, qui ad Achaemenem Heroëm, Perſei filium, originem referebant, hiſtoriam Vaillantius eodem modo, quo Arſacidarum hiſtoriam, ſcilicet numorum ope inprimis, contexuit. Orditur auctor a Ponti regibus, quorum hiſtoriam perſequitur ab Artabaze, regni Pontici conditore, ad mortem usque Mithridatis VI, cognomine Eupatoris, qui ultimus Ponti regum fuit. Undecim duntaxat numero reges Ponti recenſentur. Regum autem Boſpori et Thraciae octodecim numerantur, quorum primus Pharnaces III a Pompeio M. rex Boſpori renunciatus, ultimus vero anonymus, filius, ut putatur, Rheſcuporis III. Tertium obtinent locum Bithyniae reges, numero tantummodo decem. Horum primus Daedalſus, Bithynici regni conditor: poſtremus vero Nicomedes III, cognomine Epiphanes, qui, absque liberis moriens, populo Romano regnum teſtamento reliquit. Agmen claudit Bithyniae-Romanorum provinciae hiſtoria.

Semler. IOH. SALOM. SEMLERS *zweyte Fortſetzung der Erläuterung alter Münzen zum achten Theil der allgemeinen Welthiſtorie* (Hal. 1756. 4.) T. IV. p. 163—174, ubi de nonnullis numis Ponticis doctiſſime diſputatur.

Reineccius. De Geographia et hiſtoria Colchidis agit REINECCIUS in Hiſt. Iul. P. III. p. 307—316.

EZECH.

EZECH. SPANHEMIUS de uſu et praeſtantia numiſmatum T. I. p. 490 ſqq. ubi de aera Boſporana in numis ſubtiliter diſſerit. Spanhemius.

DE BOZE *des Rois du Boſpore Cimmerien;* in *Hiſt. de l' Acad. des Inſcriptt.* T. VI. p. 549 ſqq. Cf. *Mercure de France* a. 1725. Juin p. 1306 ſqq. De Boze.

ETIENNE SOUCIET, Ieſuite, *Diſſertations contenant* 1) *l'hiſtoire chronologique de Pythodoris, reine du Pont, de Polémon I, ſon mari, et de Polémon, ſon fils; ou diſſertations ſur les medailles de Pythodoris etc.* 2) *l' hiſtoire chronologique des rois du Boſphore Cimmerien, ou diſſertation ſur une medaille du Cabinet de M. l' Abbé Rothelin etc.* à Paris 1736. 4. — Contra Vaillantium diſputat Soucietus, novas circa reges iſtos eorumque numos tradens coniecturas. Souciet.

(CARY, *de l' Academie de Marſeille et de celle de Cortone*) *Diſſertations ſur la fondation de la ville de Marſeille, ſur l' hiſtoire des Rois du Boſphore Cimmerien, et ſur Leſbonactes, philoſophe de Mitylene.* à Paris 1744. 12. — Altera huc pertinens commentatio, tribus diſtincta membris, ſiſtit obſervationes criticas in Vaillantianam Boſphoranorum regum hiſtoriam, et in Soucieti diſſertationes laudatas. Ampliore eruditionis numorumque apparatu poſtea rem egit Caryus in libro ſingulari, cui etiam nomen ſuum praefixit: Cary.

Hiſtoire des Rois de Thrace et de ceux du Boſphore Cimmerien, eclaircie par les Medailles. à Paris 1752. 4. c. figg. aen. *Theotiſce*, additis etiam numis aeri inciſis, in *Sammlung von Erläuterungsſchriften zur allgem. Welthiſt.* (Hal. 1756. 4. —) T. IV. Sect. II. p. 1—112. Addita eſt ibid. p. 415—428 recenſio operis Caryani critica e *Mémoires de Trevoux* a. 1754. Ian. ubi a cenſore anonymo nova nonnulla additamenta et illuſtrationes in hiſtoriam iſtam, difficultatum plenam, exhibentur.

bentur. Cary ipſe ambas regum Thraciae et Boſpori familias antea plerumque a viris doctis confuſas ſedulo diſcernit; quicquid de iis aut annales vetuſti, aut numi ſuperſtites teſtantur, collegit et in ordinem digeſſit, aeraeque, quae communis ambabus fuit, natales indagavit atque definivit. Id quod egit in praemiſſa diſſertatione de aera Boſporica, cuius initium in anno U. C. 457 fixit aeramque iſtam gentium Ponticarum communem fuiſſe probat. Huic diſſertationi rationes chronologicae totius operis ſuperſtructae ſunt. De unoquoque rege obſcurae famae auctor congeſſit, quicquid in vetuſtis monimentis cum auctorum, tum numorum, reperire potuit. Illuſtrium in hiſtoriis ſummas res geſtas delibat, quantum nempe ſatis continuando temporum filo. Numos ipſos in aere ſculptos explicat, et, unde eos nactus fuerit, indicat. Caeterum Caryo in texenda ſerie Boſporicorum regum numi potiſſimum, ſcriptores minus, profuere, ut qui parum norint, aut curaverint, eorum res: diligentiores autem ii contra fuerunt in rebus regum Thracum enarrandis, quorum numi perquam pauci ſuperſunt.

Cf. *Nova Acta Erud.* a. 1753. p. 294—301.

* * *

De regionibus et populis inter Pontum Euxinum et Mare Caſpium agunt ſequentes:

Tavernier. TAVERNIER in *Voyages* L. III. cap. 9—12, ubi de Georgia, Mingrelia, Cumania et Tſchircaſſia agitur.

Chardin. CHARDIN in *Voyages* T. I. Georgiam, Mingreliam et Tſchircaſſiam deſcribit.

Lambertus. ARCHANGELO LAMBERTI, *Chierico regolare* (et Miſſionarius e congregatione de propaganda fide) *Relatione della Colchide, hoggi detta Mengrellia; nella*

nella quale ſi tratta dell' origine, coſtumi, e coſe naturale di quei paeſi. Napoli 1654. 4; et in *Recueil de Voyages au Nord* T. VII. p. 136 ſqq.

NIC. WITSEN in *Noord - en Ooſt - Tartarye* p. 503 ſqq. varia tradit de geographia et hiſtoria Georgiae, Mingreliae et Tſchircaſſiae. Witſen.

JOH. GUSTAV GAERBER (Directoris olim rei tormentariae imperii Ruſſici) *Courte deſcription des peuples et des provinces ſituées à l' Occident de la Mer Caſpienne, depuis Aſtracan, juſqu' au fleuve Kura, telles qu'elles ſe trouvoient en* 1728; in *Mém. de l'Acad. des Sciences de Berlin* a. 1756 (à Berlin 1758. 4). — *Vockerodtius*, ſocius huius Academiae, auctor relationis olim dicebatur: ſed *Gerardus Frid. Müller*, ſocius academiae Petropolitanae, Gaerbero illam vindicavit, eiusque relationem Theotiſce ſcriptam inſeruit collectioni praeſtantiſſimae, cui titulus: *Sammlung Ruſſiſcher Geſchichte* T. IV. p. 1 ſqq. Müllerus adiecit annotationes, animadverſiones, et appendicem, *Gaerberi* notas in *Bayeri* Geographiam Ruſſiae e Conſtantino Porphyrogenneta, quibus hiſtoria gentium Caucaſearum illuſtratur, comprehendentem. Gaerber.

JACOB VON STAEHLINS, *Ruſſiſch - kaiſerl. Staatsraths, kurzer Entwurf der zwiſchen dem ſchwarzen Meer und der Caſpiſchen See gelegenen Länder und Völker; für den St. Petersburger Kalender auf das Jahr 1770.* Repetita brevis, at ſat curioſa deſcriptio in *Haigoldi* (ſeu potius *Schloezeri*) *Beylagen zum neuveränderten Rußland* T. II. p. 450-464. Chartula geographica adiecta eſt, regiones Ponti Euxini et maris Caſpii adiacentes exhibens. von Staehlin.

Eiusdem *Nachrichten von Tſchirkaſſien oder von den Cabardiniſchen Landen für den St. Petersburger geographiſchen Kalender auf das Jahr* 1772. et in *Büſchings Magazin* T. VI. p. 453 — 472. Multa antea

anteá Geographis ignota tradit auctor, cuius deſcriptioni aeque utili ac iucundae addita eſt mappula geographica, qua Tereki fluvii curſus, Cabarda maior minorque et Caucaſo adiacentes regiones repraeſentantur.

Gülden-ſtaedt. JOH. ANTON GUELDENSTAEDT (D. et Profeſſoris Petropolitani † 1781.) *von den Ländern und Völkern zwiſchen dem ſchwarzen und Caſpiſchen Meer;* in Büſchingii *wöch. Nachr.* a. 1773. p. 169–175. et 373 ſqq. Auctor ipſe regiones iſtas ſedulo perluſtravit, multaque plura hactenus inedita, easdem ſpectantia, reliquit, quae ut mox in lucem publicam prodeant, vehementer optatur.

* * *

Bayer. THEOPHILI SIGEFRIDI BAYERI Diff. de muro Caucaſeo; *in Commentariis Acad. Petropol.* Vol. I; et in *eiusd.* Opuſculis a Klotzio editis p. 94—125. Cum chartula geographica, qua tractus orientalis Caucaſi cum veſtigiis muri veteris in eo ducti deſcriptus a Principe Demetrio Cantimiro, qui bello Perſico, a Petro I, Ruſſiae Imp. geſto, inacceſſa Caucaſi iuga, communita caſtellis et muro, inſpexit et delineavit. Quae Bayero doctiſſimo anſam praebuere, in antiquitates montis murique iſtius atque portarum Caucaſiarum, quarum Plinius aliique ſcriptores veteres meminerunt, inquirendi.

Büſching. ANTON. FRID. BUESCHING, geographus aetatis noſtrae celeberrimus, in ephemeridibus ſaepe a nobis laudatis (*Wöchentliche Nachrichten* etc. a. 1781. p. 313—319.) initium deſcriptionis Caucaſi populorumque illum fineſque eius inhabitantium exhibuit, quo deſiderium haud exiguum, continuationem nanciſcendi, excitatur: ſed huc usque illa fruſtra exſpectatur.

(VON

(VON BREITENBAUCHS) *Ergänzungen der Geſch. von Aſia und Africa* l. c. P. I. et II. v. Breitenbauch.

✱ ✱ ✱

De mari Caſpio ipſo agunt ſequentes:.

GUIL. DELISLE *Remarques ſur la Carte de la Mer Caſpienne, envoyée à l'Academie* (*des Sciences de Paris*) *par ſa Maj. Czarienne;* in *Mém. de l'Acad. des ſcienc.* a. 1721. Deliſle.

Neueſte hiſtoriſche und geographiſche Beſchreibung des Caſpiſchen Meeres, Daria-Stroms und der übrigen daherum liegenden Länder, Städte und Völker. Danzig 1723. 8. Beſchreib. des Caſp. Meeres.

PAULI PATER Diſſ. de Mari Caſpio, nec non populis adiacentibus et fluviis eo decurrentibus. *Gedani* 1723. 4. Pater.

SAMUEL GOTTLIEB GMELINS, *Mitglieds der kaiſerl. Academie der Wiſſenſchaften zu St. Petersburg,* († 1774) *Reiſe durch Rußland, zu Unterſuchung der drey Naturreiche* (St. Petersburg 1774. III Voll. in 4 mai.) T. III. p. 230—267. — Hoc in libro, ut et in ſequenti, varia invenies, antea ignota. Gmelin.

PETER SIMON PALLAS, *Mitglieds der kaiſerl. Academie der Wiſſenſchaften zu St. Petersburg, Reiſe durch verſchiedene Provinzen des Ruſſiſchen Reichs* (ibid. 1771 — 1776. III Voll. in 4 mai.) T. III. p. 560—580. Mare Caſpium olim iuſto latius extenſum fuiſſe, praecipue demonſtratur. Pallas.

J. A. GUELDENSTAEDT *von den Häfen am Caſpiſchen Meere;* in *St. Petersburgiſchen Journal* a. 1777. April; et in *Teutſchen Muſeum* a. 1777. Dec. Adiecta eſt charta geographica, ſecundum obſervationes a. 1776 inſtitutas, delineata. Güldenſtaedt.

Scripto-

Scriptores de Amazonum hiſtoria fabuloſa.

Goropius Becanus. IOH. GOROPII BECANI Amazonica; in *eiusd.* Origg. Antverp. L. VIII. p. 799—918. — Cf. Bibl. huius Vol. I. P. I. p. 362.

Clericus. STEPH. CLERICI Quaeſtio de Amazonibus; inter eiusd. Quaeſtion. Academ. p. 318—325, poſt *Dav. Clerici* Oratt. *Amſt.* 1687. 8.

Columbus. IOH. COLUMBI Diſſertatio de imperio Amazonum. *Holm.* 1678. 8.

Chaſſipol. (DE CHASSIPOL) *Hiſtoire nouvelle des Amazones* T. I et II. à Paris 1678. 12.

Petitus. PETRI PETITI de Amazonibus diſſertatio: qua, an vere extiterint nec ne, variis ultro citroque coniecturis et argumentis diſputatur; multa etiam ad eam gentem pertinentia ex antiquis monumentis eruuntur atque illuſtrantur. *Pariſiis* 1685. 12. *Amſtelod.* 1687. 8. (quae editio amplior melíorque dicitur). Francogallice *Lugd. Bat.* 1718. 12. — Contra Strabonem, Palaephatum, aliosque, Amazones et exiſtere potuiſſe, et re vera exſtitiſſe, Petitus viginti prioribus huius diſſertationis capitibus demonſtrare ſtudet, nequaquam abſurdum eſſe aut naturae adverſari oſtendens feminarum imperium. Multa poſtea ad gentem iſtam, vel veram, vel fabuloſam, pertinentia haud vulgaria ſubiungit, et ex omni antiquitate ac priſcis rarioribus monimentis, v. c. numis, ea affert, quae alibi non reperire licet; qualia ſunt: de Amazonum cultu, ad quem mos ille pertinet, quo obtinuiſſe apud eas fertur dextrae in virginibus teneris mammae exuſtio, de quo quid ſtatuendum ſit, diſquirit; de earum armis et cumprimis pelta; de earum expeditionibus praecipuis; de inſtrumentis, quibus ſignum pugnae dederint ac Martem accenderint,

derint. Sedes deinde et urbes ab iis habitatas cultasve memorat; monimenta item et templa et ſepulcra earum exponit; tum in nomina iſtarum inquirit; ac tandem temporis rationem, quo incepe-rit ac deſierit Amazonum potentia ac regnum inveſtigat; hoc loco de Thaleſtridis, Amazonum reginae, profectione ad Alexandrum M. cum in Hyrcania verſaretur, generoſae ſobolis ex eo ſuſcipiendae cauſa fuſe et erudite diſſerens.

CASP. SAGITTARII Antiquitates Amazoniae. *Ienae* 1685. 4. Sagittarius.

DAN. GUIL. MOLLERI Diſſ. de Amazonibus. *Altorf.* 1692. 4. Moller.

(PHILIB. BERN.) MOREAU DE MAUTOUR Moreau. *Diſcours préliminaire ſur ſa Diſſertation hiſtorique des Amazones;* in *Mém. de Trevoux*, Sept. 1703. p. 225—232. edit. Amſt.

NICOL. HIERON. GUNDLING *von dem teutſchen Urſprung der Amazoninnen;* in Gundlingianis *III Stück* (*Halle und Magdeb.* 1715. 8.) p. 273-284. Gundling.

FRANC. STRAPHAE (nomen fictum) *Gedanken vom Urſprung des Namens der Amazoninnen;* in *Neuen Bibliothek* XLIX Theil. p. 772—780.

N. H. GUNDLINGS *Beantwortung der Einwürfe* Fr. Straphae *wider den Urſprung der Amazoninnen;* in Gundlingianis *VII Stück.* p. 122-142.

GUYON *Hiſtoire des Amazones anciennes et modernes, enrichie des Medailles.* à Paris 1740. II Tomi in 12. à Bruxelles 1741. 8. — Liber ſat mediocris, e Goropii Becani et Petiti operibus ante memoratis compilatus. Guyon.

PETRI CINERII Hiſtoria Amazonum in ſeriem redacta; inter *eiusd.* Diſſertatt. litterar. (*Florent.* 1742. 8.) p. 17—31. Cinerius.

FRERET *Obſervations ſur l'hiſtoire des Amazones;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XXI. Freret.

CAPVT

CAPVT X.

SCRIPTORES DE HISTORIA VARIORUM IN ASIA MINORE REGNORUM ET POPULORUM.

SECTIO I.

Scriptores generales.

Odoricus. BEATI ODORICI, Monachi Minoritae, Pordenono-Forojulienſis, itinerarium, rectius ſupra, ubi ſcriptores de Aſia in genere excitavimus (Vol. I. P. II. p. 11.) commemorandum, hoc loco breviter deſcribamus. Circa a. 1314 iter per omnes paene Aſiae partes ingreſſus, rediit in Europam a. 1330, diemque ſupremum Udini obiit a. 1331. Superiorum iuſſu iter feliciter abſolutum deſcribendum erat: Odoricus autem brevem ſolum illius delineationem exhibuit, quam confrater eius, GUILIELMUS DE SOLAGNA, uberius elaboravit, ſermone Latino uſus. Typis demum a. 1588 itinerarium expreſſum fuit, et quidem Italice, in collectione Ramuſiana (*Viaggi* etc. T. II. p. 245 ſqq.); poſtea Latine in collectione Hakluytiana (*Principal navigations*, *voyages* etc. Vol. II. P. I.). Denique IOSEPHUS VENNI, Minorita, autographum latinum, e codice a. 1401 ſcripto, in lucem edidit. . . BOLLANDUS in Actis SS. (Ianuar. Vol. I. ad diem XIV.) ea ſolum, quae Odorici ardorem, religionem Chriſtianam propagandi, probant, tradidit. Itinerarium ipſum multa quidem continet, quae credulitatem craſſam ſapiunt: multa tamen inſunt, veritati conſentanea. Plura etiam loca a librariis corrupta mirabiliaque ab iis exaggerata ſunt.

Cf. IOH.

Cf. JOH. JOS. LIRUTI *Notizie de Letterati del Friuli* T. I. p. 274 ſqq.

JOS. VENNI *Elogio iſtorico del Beato Odorico.* Venez. 1761. 4.

C. J. JAGEMANN (f. potius TIRABOSCHI) *Geſchichte der Wiſſ. in Italien.* Vol. III. P. II. p. 66 ſqq.

Huc quoque pertinent itineraria varia, ſupra Vol. I. P. II. a nobis laudata, v. c. BRUYNII, LUCAE, EGMONDI, POCOKII, alibique in poſterum laudanda.

LAURENTII D'ARVIEUX *Mémoires, contenant ſes voyages à Conſtantinople, dans l'Aſie, la Syrie, la Paleſtine, l'Egypte et la Barbarie, recueillis de ſes originaux* par (J. B.) LABAT. à Paris 1735. VI Voll. in 12 mai. Theotiſce et quidem male, *Kopenhagen und Leipz.* 1753—1756. VI Voll. in 8. Et in collectione itinerariorum Berolinenſi T. III et IV. — Eques *d'Arvieux* Legatus fuerat regis Galliarum Conſtantinopoli extraordinarius et nationis Gallicae Conſul Aleppenſis, Algeritanus et Tripolitanus, mortuus a. 1702. Ex ſchedis ipſius itinera ab eo ſuſcepta deſcripſit Labatus. Praeſtantiſſimis huius generis libris itinerarium hocce adſcribitur. Varia tamen atro carbone notata ſunt ab auctore pſeudonymo libri ſequentis: d'Arvieux.

*Lettres critiques de Hadgi Mehemed Effendi à Madame la Marquiſe de G*** au ſujet des Mémoires d'Arvieux. Avec des eclairciſſemens curieux, ſur les moeurs, les uſages, les religions, et les differentes formes des gouvernemens des Orientaux traduites du Turc en François, par Hamet Frangui,* Renegat Flamand. à Paris 1735. 220 pagg. in 12. — Verus auctor PETIT DE LA CROIX fertur.

RICHARD CHANDLER'S, *Fellow of Magdalen College and of the Society of Antiquaries, Travels in Aſia minor.* Oxford 1775. 285 pagg. in 4 mai. Chandler.

Theotiſce, (ab *Henr. Chriſti. Boje*) Lipſ. 1776. 8 mai. — Chandlerus ſumtibus ſocietatis Anglicae, cuius membra *Dilettanti* audiunt, a. 1764 iter verſus Aſiam et Graeciam inſtituit. Poſt reditum in Angliam opere hocce diarium typis mandavit, in quo memorabilia geographiam et antiquitates inprimis, veteris Joniae, Cariae et Phrygiae, ſatis, ut videtur, accurate conſignavit. Adiecta eſt charta geographica magni aeſtimanda, a *Thoma Kitchin* reviſa et emendata, qua mare Aegaeum, littora Europae et Aſiae cum parte Aſiae minoris repraeſentantur. — Cf. *Allgemeine teutſche Bibl.* T. XXXV. p. 512—537.

* * *

Chishull. EDMUNDI CHISHULL Antiquitates Aſiaticae, Chriſtianam aeram antecedentes, ex primariis monumentis Graecis deſcriptae, Latine verſae, notisque et commentariis illuſtratae; accedit Monumentum Latinum Ancyranum. *Londini* 1728. 2 Alph. 2 plagg. in fol. cum tabb. aen. figurisque et numis paſſim inſertis. — Primo loco apparet famoſa illa inſcriptio Sigea antiquiſſima βȣςϱοφηδὸν exarata, quam anteá iam auctor ſeparatim ediderat, cum commentario hiſtorico, grammatico, critico. (*Londini* 1721. fol.) Cui addenda auctoris appendicula notarum ad hanc inſcriptionem. (*ibid.* 1727. fol. et *Lugd. Bat.* 1727. 8 mai.) In hoc vero opere a nobis recenſendo omnia, quae ad illuſtrationem eiusdem inſcriptionis commentatus erat, auctiora et comtiora prodiere. Spectatiſſimum illud totius Aſiae monimentum in Troade, inter promontorium Sigeum et amnis Scamandri campum, viſendum iacet; ipſo nempe illo in loco, ubi Mitylenaei, lapidibus ab everſa Troia comportatis, Sigeum urbem condidere. Chishullius

exiſti-

exiſtimat, lapidem illum ingentem fuiſſe ſtatuam mercurialem, cui nunc caput avulſum, caput ſcilicet Phanodici cuiusdam, in cuius honorem inſcriptio poſita. Appendiculae memoratae adiecit aliud Sigei ſuperſtes monimentum, honori Antiochi, ſecundi Syriae regis, dicatum, itidemque notis explicatum. Sequitur in Antiquitatibus Chishulli Aſiaticis inde a p. 59 ſtatua Jovis Urii Boſpotani, cum titulo, a Philone Antipatri filio, celebri ſtatuario, circa Alexandri M. aetatem inſculpto. Sequuntur a p. 66 inſignia duo monimenta infenſiſſimorum olim ſibi hoſtium, Seleuci ſcilicet Callinici et Ptolemaei Evergetae, hic coniunctim poſita, quorum unum Mileſium inſcribitur, alterum vero Adulitanum, a locis ſcilicet, in quibus quodvis fuit repertum. In priore Seleucus catalogum exhibet variorum vaſorum aureorum figuris atque pondere inſignium, quae ceu donaria ad Appollinis Didymei templum deſtinantur: in altero vero, Adulitano, ipſe Ptolemaeus Evergetes varias gentes ditioni ſuae a ſe ſubiectas late ac ſuperbe recenſet. Iſti monimento, de quo nos alio loco uberius dicemus, ſubiungitur inſcriptio Cypria Ptolemaei ſexti et Cleopatrae uxoris ſororisque, Deorum Philometorum, apud Citium olim urbem, oppidum nunc Larnaka, exſcripta. Tres inde a p. 90 ſuccedunt inſcriptiones in lapide Mileſio, quem regis Seleuci monimentum ante laudatum in fronte ornat, obviae. Poſt varia coniunctim leguntur monimenta Teja, in quibus primum merito locum occupat lapis, in quo Tejorum dirae, quotannis contra nefarios, vetita aliorſum exportantes, magna cum religione decantari ſolitae, continentur, ſtela poſt Sigeum marmor mira et aetate et raritate. Reliqua monimenta, quanquam aliorum fuerint, Romanorum puta, Aetolorum, variarum-

que Cretae inſulae civitatum, Teja tamen non improprie vocari poſſe, ideo cenſet auctor, quod unum omnibus ſit negotium, Tejorum nempe in Deum Bacchum pietas laudata, urbique ius aſyli eo nomine conceſſum. In notis ad haec monimenta Teja praeter ea, quae ad accuratiorem nominum iſtarum civitatum orthographiam et Stephani Byzantini emendationem potiſſimum faciunt, docte diſſeritur de Coſmis ſ. Coſmiis, ſummis Cretenſium magiſtratibus, de urbibus ſacris ac aſylis, de Creticae linguae varietate etc. Praeter haec diverſa monimenta antiqua inſeruntur, ab aliis quidem iam maximam partem publicata, ſed hic longe emendatius exhibita et felicius explicata ac illuſtrata. Inde a p. 139 poſita ſunt monimenta Attalica, ita ab editore denominata, quod Attalorum aetatem, annos nempe ante Chr. nat. 152 et 158 attingant, iſtorumque, ut et Cratonis, Demetrii etc. merita et beneficia in Dionyſiacorum ſeu ſcenicorum artificum ſodalitia uberius enarrent; complectuntur igitur pſephiſma ſodalitii Attaliſtarum, et alterum pſephiſma ſodalitii ab Echino dicti, porro Cratonis ad Attaliſtas illos epiſtolam, et decretum denique honorarium, quae omnia eruditis notis illuſtrantur. Quibus demum ſuccedunt monimentum Aphrodiſienſe et Stratonienſe. Abſolvitur tandem univerſum opus celeberrimo monimento Ancyrano Latino, quod poſt tot eruditorum vigilias denuo explicare et ſupplere non dubitavit editor, quod a Tournefortio longe accuratius et locupletius ipſius apographum, ac Busbequianum et ipſum quoque Coſſonianum fuerat Smyrnae nactus eſſet, ipſius manu olim Ancyrae fideliter deſcriptum. Ipſi inſcriptioni adiectae ſun Caſauboni ac Iac. Gronovii notae. Sequitu deinde ipſius editoris commentarius copioſiſſimu optimae

optimaeque frugis pleniſſimus. Appendicis loco addita eſt diſſertatio de rariſſimo Epheſiorum numo CΚωΠΙ inſcripto, olim ſeorſim edita, et iter Aſiae poëticum, a. 1701 carmine heroico ab editore concinnatum.

Cf. *Acta Erud.* a. 1722. p. 58 ſqq. a. 1727. p. 506 ſqq. a. 1729. p. 145—150.

✣ ✣ ✣

IAC. USSERII geographica et hiſtorica diſquiſitio de Lydiana ſive proconſulari Aſia, et de ſeptem metropolicis urbibus in illa comprehenſis. *Londin.* 1641. 8. Editio multo auctior *ibid.* 1643. 8. et cum opuſculo de epiſcoporum et metropolitanum origine *ibid.* 1687. 8. Seorſim etiam *Bremae* 1701. 8. — Doctiſſime agitur de Romanorum variis Aſiae minoris diviſionibus ad illuſtranda novi foederis legumque Romanorum loca plura. Docetur praecipue, Romanos, cum poſſeſſionem caperent earum regionum, quae prius ad Pergamenos reges pertinebant, eas in provinciae formam redegiſſe; quam Magnae Continentis nomine vocarint Aſiam. Hanc a Cicerone in quatuor regiones, Phrygiam, Myſiam, Cariam et Lydiam diſtinctam monet auctor, ſingularumque terminos ſolicite inquirit: praeſertim vero de poſtrema, Lydia, agit, eamque Aſiae nomine veniſſe cum ex aliis ſcriptoribus probat, tum ex Novo Teſtamento, Act. XVI. Addit, ſeptem Aſiae eccleſias in Apocalypſi, Lydianae illius Aſiae limitibus contineri; putatque veriſimile, Veſpaſianum hanc Proconſularem Aſiam ab Aſia reliqua ſeparaſſe; monſtrat porro variis teſtimoniis, ab hoc tempore et deinceps, longe ante diſtributionem Imperii a Conſtantino factam, Proconſulis Aſiae nomen in ſcriptoribus occurrere; poſt Conſtantinum autem Officiorum Uſſerius.

ciorum Vicarii Dioeceſis Aſianae, et Proconſulis Aſiae, diſtinctionem evidentius occurrere. Subiicit, a Theodoſio ſeniore Conſularis Helleſponti provinciam Vicario Aſianae Dioeceſeos ademtam, Proconſuli Aſiae ſubiectam fuiſſe; atque aut ab ipſo, aut ab Arcadio eius filio, interiorem Lydiae provinciam contra Proconſuli Aſiae detractam, et Vicario Dioeceſis Aſianae additam. Porro obſervat, quanquam olim in Aſia Proconſulari Metropoles eſſent plures: tamen in diſpoſitione Imperii per Conſtantinum facta decretum fuiſſe, ut tam in hoc, quam in aliis omnibus ſigillatim provinciis, urbs una tantum primaria Metropolis haberetur, eamque dignitatem in Aſia iſta Epheſo collatam eſſe. Denique cum in Orientali praeſertim Imperio eccleſiaſtica adminiſtratio civili reſponderit, tum declarat, quomodo in Aſia Proconſulari Metropoliticarum eccleſiarum dignitas vel ſervata, vel immutata fuerit.

Smith. THOMAE SMITHII ſeptem Aſiae eccleſiarum et Conſtantinopoleos notitia. *Lond.* 1672. *ibid.* 1676. Multo vero auctior *Traiecti ad Rhen.* 1694. 8.

Haym. *Medaglie dei Re di Pergamo, Partia, Cappadocia, Bitinia, Paflagonia, Ponto et Sauromati;* in NIC. FRANC. HAYMII *Teſoro Britanico* (Londra 1720. 4.) P. I. Vol. II. p. 28—56.

SECTIO II.

Scriptores de rebus Galaticis.

1. CAROLI GOTTLOB HOFMANNI Diſſ. de Galatia antiqua. *Lipſ.* 1726. 4.

Eiusd. Diſſ. de profanis Galatarum conciliis. *ibid.* 1728. 4.

1. M. GOTT-

M. GOTTLIEB WERNSDORFII, *facultatis philoſophicae in Academia Wittebergenſi Aſſeſſoris,* (*poſtea Prof. lingg. orient. in Athenaeo Gedanenſi* † 1774.) de republica Galatarum liber ſingularis, in quo cum gentis origo, ſtatus regiminis, mores et res geſtae, fide ſcriptorum et numiſmatum antiquorum exponuntur, tum Galatiae regio deſcribitur, adiecta eiusdem tabula geographica, cum indice locupletiſſimo. *Norimbergae* 1743. 2 Alph. 2 plagg. in 4. — Liber multo cum labore, neque infelici ſucceſſu, compoſitus complectitur, ut videtur, omnia, quaecunque in vetuſtis monimentis, beneficio temporum conſervatis, de gentis Galaticae origine, rebusque geſtis et fatis, ſparſim reperiuntur. Ubique adducuntur ſollicite ad probandas narrationes ſcriptorum loca, quorum fide quaelibet narratio ſtat, eaque vel transſcribuntur integra, vel indicantur, neque tamen conſcribuntur ſolum, ſed cum iudicio critico examinantur, ut tandem commemoratio eliciatur, quae ad veri ſimilitudinem maxime accedat. Inſperguntur quandoque obſervationes philologicae et criticae non inutiles, paſſim tamen non ad argumentum pertinentes, interdum etiam temerariae. Stilo utitur auctor perſpicuo, fluido, et ad tradendas hiſtorias aptiſſimo. Ornatur liber non modo nova tabula Galatiae geographica, ſed etiam numis quibusdam in aes inciſis, aliisque figuris, artificum manu venuſte ſculptis. Liber ipſe in ſex capita diſpeſcitur. Primum agit de expeditione Galatarum in Graeciam et Aſiam; cuius initio nominantur auctores vetuſti, qui ex inſtituto de hac gente ſcripſerint, nunc omnes deperditi. Capite ſecundo auctor inquirit, unde Galatae in Aſiam advenerint, et origines gentis indagare ſtudet. Capite tertio chronologico id agit ut ſingulis rebus, capite primo Werns- dorf.

commemoratis, verum annum aſſignet. Capite quarto narrat res geſtas Gallograecorum, inde ab eo tempore, quo Galatiam quiete incolere coepere ab Attalo compulſi, usque ad tempora Auguſti Caeſ. qui Galatiam in provinciae formam redegit. Capite quinto geographico Wernsdorfius deſcribit ſitum, fines, amplitudinem, urbes fluviosque Galatiae. Huc facit mappa geographica prorſus nova, quam auctor multo ſtudio adornatam ſuaque delineatam manu, eleganter in aes incidi et coloribus venuſte induci curavit. Ea continet non Galatiam modo, ſed vicinas quoque provincias, ac totam fere Aſiam cis Taurum; exhibet terminos cuiuslibet regionis non ſolum antiquos, ſed etiam quales dioeceſeon eccleſiaſticarum ſub imperatoribus Chriſtianis fuere. Deſcribuntur quoque fertilitas ſoli, foecunditas agrorum, annona, fructus, piſces, paſcua, et praecipue Ancyranae capellae, hodie totius Aſiae praeſtantiſſimae, mercatura, frutex cocci, quo paludamenta imperatorum tingebantur, aliaque regionis bona. Sequitur catalogus urbium et locorum ad litteras alphabeti redactus. Talem iam dederat, ſed mutilum, *Hofmannus* modo laudatus. Eum Wernsdorfius fundamenti loco ponit, illumque triplo auget, multisque locis emendat. Hunc excipit catalogus montium et collium, ac tandem index fluviorum, ſatis diligenter confectus. Ultimum ſeu ſextum caput de moribus Galatarum inſcribitur; quo partim de moribus civilibus, indole animorum ſtudiorumque huius populi agitur, partim de regimine politico et ſtatu reipublicae eorum, partim etiam de lingua Galatica, quae peculiaris fuit, cuius vero reliquiae exſtant paucae.

Cf. *Zuverläſſ. Nachr. von dem gegenwärt. Zuſtande der Wiſſ.* P. XIV. p. 381—410. Nova Acta Erud. a. 1748. p. 674—685.

SIMO-

SIMONIS PELLOUTIER *Diſſertation ſur les nations Gauloiſes qui s'établirent dans l'Aſie mineure, ſous le nom de Galates;* adiecta editioni novae eiusdem auctoris hiſtoriae Celtarum, a *Chiniaco* (Pariſ. 1770. 12.) curatae; de qua alibi agetur. Pelloutier.

(IOH. ANTONII HUBERTI ROUDIL DE BERRIN) Monumentorum Galaticorum Synopſis, ſive de inſcriptionibus et numiſmatibus, quae ad res Galatas ſpectant, breves coniecturae. *Liburni* 1772. 4. — Alia diſſertatione, nobis incognita, auctor hiſtoriam Galatarum usque ad ea tempora, quibus a Romanis pacem poſcebant, deſcripſerat. Libello indicato eandem usque ad Auguſtum Imp. continuat. Roudil.

SECTIO III.

Scriptores de rebus Bithynicis.

Praeter VAILLANTII opus paullo ante laudatum, Achaemenidarum imperium, cui ineſt hiſtoria regum Bithyniae, exſtant diſſertationes ſequentes: Vaillant.

FRANC. SEVIN *Recherches ſur les rois de Bithynie, I Partie; in Mém. de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XII. — *II Partie;* ibid. T. XV. — *III Partie;* ibid. T. XVI. Sevin.

FRERET *ſur la forme de l'année employée par les Bithyniens ſous la domination Romaine;* ibid. T. XVIII. Freret.

Varia etiam de Bithyniae regibus et de aera Bithyniaca tradit EZECH. SPANHEMIUS in opere celeberrimo de uſu et praeſtantia numiſmatum T. I. p. 515. 573. 599. 633. etc. Spanhemius.

SECTIO IV.

Scriptores de rebus Myſicis et Pergamicis.

Reineccius. REINERI REINECCII Hiſtoria Iulia P. III. cap. III. p. 98 — 108.

Roſallus. MICHAEL. ROSSALLI Diſputatio de regno Pergameno. *Groning.* 1706. 4.

Sevin. FRANC. SEVIN *Recherches ſur les Rois de Pergame;* in *Mém. de l'Acad. des inſcriptt.* T. XII.

Belley. BELLEY *Diſſ. ſur l'hiſtoire et les monumens de Pergame;* ibid. T. XXXVIII.

SECTIO V.

Scriptores de rebus Phrygiae minoris atque Troiae.

Dares Phrygius. Inter primos, qui res Troianas perſcripſerint, refertur DARES PHRYGIUS, ſacerdos Troianus ab Homero celebratus, cuius Phrygiam Iliada ad ſuam aetatem usque ſervatam fuiſſe, teſtatur Aelianus. Eius quoque mentionem facit Photius in excerptis ex Ptolemaei Hephaeſtionis hiſtoria nova, eumque ante Homerum ſcripſiſſe teſtatur. De Dictys Cretenſis. DICTY CRETENSI res eſt incertior. Tzetzes quidem ex auctoritate *Ioannis Malalae* res ad Troiam geſtas eum ſcripſiſſe docet, ex quibus poſtea ſua transtulerit Homerus: contrarius eſt *Suidas*, qui poſt Homerum vixiſſe Dictyn contendit; hiſtoricum autem dicit, qui ſcripſerit καταλογάδην in proſa, atque eius ſyntagma hiſtoricum, belli Troiani geſta continens, Claudio Imp. regnante, multis ſepulcris opertis, in horum quodam repertum teſtatur idem. Circumferuntur quidem hodienum ſcripta, quae Dictys Cretenſis et Daretis Phrygii nomen praeferunt: ſed, ſuppoſititia eſſe et recentiora,

tiora, iamdudum demonſtratum eſt. Quantum quidem ad Daretem, inducit auctor Cornelium Nepotem ad Criſpum Salluſtium in praefatione loquentem, quaſi ipſe Cornelius Daretis autographum nactus, idem ſtatim Latine reddiderit. Sed probatione haud anxie petita eget, cum ex collatione et vitarum Nepotis et huius, quam de Darete habemus, translationis, ſtili difformitas primo ſtatim intuitu appareat. Immo quoque ligato ſermone Latino conſcripta de bello Troiano narratio, perperam olim Cornelio Nepoti fuit adſcripta et ſub eius nomine edita (v. ç. in editione Baſileenſi curata ab *Albano Torino*, 1541. 8.). Sed vero iſta auctori ſuo, IOSEPHO ISCANO, ſcriptori Anglo ſaeculi decimi tertii, *) reſtituta et vindicata per *Samuelem Dreſemium*, qui edidit: IOSEPHI ISCANI de bello Troiano libri ſex, hactenus Cornelii Nepotis nomine aliquoties editi, nunc autori reſtituti, et notis explicati, quibus alii plurimi illuſtrantur. *Francof.* 1620. 4. (Dreſemius nullis codicibus MStis, ſed tantum tribus editionibus anterioribus uſus eſt, ſcil. *Baſil.* 1541. 8. 1583. 8. eaque, quam *Alex. Car. Trogneſius* curavit, ceterum nobis ignota.) Prodiit deinde idem poëma in editione Dictys et Daretis Amſtelodamenſi 1702. 8. Optime vero hac epigraphe: Daretis Phrygii de bello Troiano libri

Ioſephus Iſcanus.

*) Sunt, qui magna veri ſpecie contendant, Iſcanum ipſum etiam auctorem libelli, oratione ſoluta conſcripti atque Dareti ſuppoſiti, fuiſſe, illumque, antequam ad canendum ſe componeret, in uſus ſuos privatos ac memoriae cauſſa ſcripſiſſe, ut filum haberet hiſtoricum et quaſi σκιαγραφίαν, quam in opere poëtico deinde ſequeretur; eandem poſtea forte quemdam viſam ſine titulo et auctoris nomine, ſive ludendi cauſſa, ſive ſerio decipiendi, mutatis hinc inde quibusdam additisque minutiis, ſub Daretis et Cornelii Nepotis nomine edidiſſe.

libri VI, Latino carmine a IOSEPHO Exonienſi redditi, ex recenſione *Io. Mori.* Lond. 1675. 8. — Cf. *Voſſius* de Hiſtor. Lat. L. II. cap. 56. *Polyc. Leyſeri* Hiſtor. poët. med. aev. p. 450—497. *Fabricii* Bibl. Lat. med. aev. T. V. p. 677 ſqq. — Multa huius Ioſephi (qui et *Devonius* et *Exceſtrienſis* vocatur) loca emendantur et explicantur a *Corn. Valer. Vonk*, in Lectionum Latin. Libb. II. praecipue a pag. 135—157.

Libelli, qui *Dictys* nomen praefert, auctor, ut commento fidem faceret, fingit quendam Q. Septimium Romanum vitam Dictys efferentem, in qua idem fere, quod ante e Suida vidimus, tradit, ſcilicet vi tempeſtatis aperta ſepulcrorum monimenta in inſula Creta, et in horum uno reperta in arca plumbea, tilias Punicis litteris conſcriptas, quae ad Neronem (quem pro Claudio ſubſtituit) allatae, in Graecum ſermonem ipſius iuſſu fuerint translatae. Sed ne unicus quidem e Romanis Graeciſque ſcriptoribus, qui res ſub Nerone geſtas narrant, huius rei aliquam facit mentionem; ut alia taceamus argumenta, quibus authentia opuſculi ab aliis impugnata fuit. Fuit tamen, qui in hoſce commentaretur, GUIDO DE COLUMNA, natione Siculus, patria Meſſanenſis, ubi iudex fuit, aliis *Guido de Columiis* dictus, qui, ſecundum Boſtonum Burienſem, cum Eduardo I. ex bello Aſiatico reduce, in Angliam ſe contulit, ibique praeter Chronicon magnum librorum ſex et triginta, nondum, quantum ſcimus, in lucem editum, de rebus Troianis hiſtoriam a. 1287 condidit ex Dicty, uti ipſe profitetur, deſumtam. Cuius MStum codicem Cantabrigiae, Oxonii et penes ſe exſtare, teſtatur Voſſius (de Hiſt. Latin. II. cap. LX. p. m. 491.), quod et de ſe *Barthius* in Claudianum (p. 776). Bibliothecae electorali Dresdenſi etiam codicem ineſſe

Guido de Columna.

ineſſe membranaceum, licet mutilum, affirmat *Goetzius* in *Merkwürd. der Königl. Bibl. zu Dresden* T. II. p. 329. In publicam demum lucem prodiit *Coloniae* hoc titulo: Hiſtoria Troyana a *Gwydone de Columpna meſſan.* proſayce compoſita, in 4. In fine leguntur haec verba: Impreſſit *Arnoldus Ther hornen* (i. e. Hornenſis. Male a bibliographis quibusdam ſcribitur: *Arnoldus*, ſ. etiam *Albertus Terborne*) 1477 die penultima menſis Novembris. In dubium vocatur a nonnullis haec editio prima: ſed, *Chriſti. Gottl. Schwarzium* eam poſſediſſe, clariſſime patet e Catalogo bibliothecae eius P. II. p. 175, cui hanc notitiam debemus. Habemus etiam verſionem operis Italam, a Guidone, ut nonnulli contendunt, ipſo elaboratam, hoc quidem titulo: *l'Iſtoria della Guerra di Troja di* GUIDO DALLE COLONNE, *Meſſineſe.* In Venezia (alii Mediolanum locum impreſſionis allegant: ſed *Zeno* in annotationibus ad *Fontanini* bibliothecam e libro ipſo affert haec verba: *Queſta preſente opera è ſtata impreſſa per Antonio de Allexandria della Paglia, Bartholomme da Foſſombrone de la Marcha e Marcheſino di Savioni Milaneſe, nella inchlita citta di Venexia* etc.) 1481. fol. Alii *Philippum Ceffi*, Florentinum, interpretem perhibent: alii, *Nicolaum Venturam*, Senenſem. Sed uterque liberarius vel ſcriba potius, quam interpres fuiſſe videtur. Autographum Latinum poſtea etiam prodiit *Argentorati* 1486 et 1489. fol. (Cf. *Freytagii* Analecta p. 406 ſqq.) Secuta eſt editio *Argentinenſis* alia a. 1494. (Cf. *Goetzius* l. c.) Verſio *Hiſpana* per *Petrum Nunnez Delgado* prodiit *Hiſpal.* 1519. fol. *Theotiſca* quoque exſtat interpretatio, hac epigraphe inſtructa: *Hiſtoriſche und eygentliche Beſchreibung der berümbten vnd alten Stadt Troja, von irer Zerſtörung vnd der verbliebenen Trojaner Glück und Vnglück,*

Vnglück, vor 300 Jahren durch Herrn Guidonem de Columna, *Richtern zu Meſſena in Latein beſchrieben. Jetzo verteutſcht durch* David Froetern. *Mompelg. bey Koenig* 1599. 8. Ultimo loco, quantum indagare potuimus, repetita eſt verſio Itala, teſte titulo *publicata degli Accademici della Fucina della città di Meſſina.* In Napoli 1665. 4.

Cf. IAGEMANN ſ. potius TIRABOSCHI l. c. T. III. P. I. p. 432.
FONTANINI *biblioteca con le annot. del* APOSTOLO ZENO T. II. p. 153 ſqq.

Brevem nunc addimus recenſum editionum hiſtoriarum iſtarum ſuppoſititiarum *Daretis* ac *Dictys.* Iunctim ſemper fere typis expreſſi ſunt: attamen, praeter Daretem, (de quo infra,) ſeorſum quoque prodiit Dictys, ſine indicio loci et anni, in 4. Editio, nec Maittairio, nec Fabricio cognita, prior certe eſt Mediolanenſi, et deſcribitur a *G. F. de Bure,* in *Bibliographie inſtructive,* (Hiſtoire. T. I. à Paris 1768. p. 475 — 479.) ubi circa annum 1470 typis Moguntinis excuſa eſſe coniicitur. Uberior eiusdem recenſio, enotata varietate lectionis, auctore *G. C. Schwarzio,* Prof. Altdorf. reperitur in *Abhandlungen aus der Kirchen- Bücher- und Gelehrten-Geſchichte — von D. Io. Barth. Riederer* (Altdorf. 1768.) p. 451 — 473. Prodiit deinde uterque (*et quidem primum*) *Mediolani* a. 1477. in 4. Rariſſime haec editio occurrit. Proxima, a bibliographis hucusque ab oblivione vindicata, nec minus rara ſ. l. et a. in 4. Curavit illam *Ioh. Maius,* Romhiltenſis, qui in dedicatione, *Liptz.* (h. e. Lipſiae) *anno Chriſtianae nativitatis M. CCCC. XCVIII. in profeſto dive Margarete virginis* ſcripta, hiſtoriam Troianam mire laudat, et conqueritur de erroribus et mole hiſtoriae Troianae, a Guidone de Columna editae. Copioſe hanc editio-

editionem deſcribit CAR. BENJ. LENGNICH in *Beyträgen zur Kenntniß ſeltener und merkwürd. Bücher* (Danzig und Leipz. 1776.) P. I. p. 28 — 33. Cf. P. II. p. 72. Poſtea prodierunt Dares et Dictys in editione *Veneta* Franciſci Faragonii 1499. . . . *Viteb.* 1512. 8. *Baſileae*, cum tribus Libanii declamationibus conſimilis argumenti 1529. 8. Eadem ratione Lugd. 1552. 12. *Pariſ.* 1560. 8. *Lugd.* 1569. 12. Maxime rara eſt haec editio: *Belli Troiani ſcriptores praecipui, Dictys Cretenſis, Dares Phrygius et Homerus. Omnes iam pridem Latio iure donati, nunc vero a mendis expurgati et in unum volumen digeſti. Additae ſunt quoque Libanii et Ariſtidis declamationes quaedam, hiſtorias Troiani belli declarantes.* Baſileae *per Petrum Pernam* 1573. 8. Meminit huius editionis *G. Stollius* in *kurzer Nachricht von den Büchern — in der Stolliſchen Bibl.* Vol. II. p. 144 ſq. Meliorem poſtea dedit editionem *Ioſias Mercerus* ſecundum codices Petaviorum, notisque illuſtratam *Pariſ.* 1618. 12. Admiſit tamen ſaepe coniecturas ſuas in contextum. Repetita haec editio *Amſtelod.* 1630. 16. In uſum Delphini, interpretatione et notis *Annae, Tanaquilli Fabri* filiae, *Lutet. Pariſ.* 1680. 4. (Raris voluminibus collectionis *in uſum Delphini* adnumeratur haec editio.) Maioris aeſtimantur editiones, ab *Artopoeo* et *Smids* curatae. Prior quidem ſic inſcribitur: *Dictys Cretenſis de bello Troiano, ſive L. Septimii Ephemerides belli Troiani libri VI. cum notis Ioſiae Merceri, Caſp. Barthii, Ulrici Obrechti, Pauli Vindingii, et indice Samuelis Artopoei. Acceſſit Daretis Phrygii Hiſtoria Troiana.* Argent. 1691. 8. (Obrechtius ad emendandum Dictym bene uſus eſt codice Argentoratenſis bibliothecae et editione Mediolanenſi.) Poſterior: *Dictys Cret. et Dares Phrygius de bello et excidio Troiae in uſum*

ſerem.

ſeren. Delphini, cum interpretatione Annae Daceriae. Accedunt in hac nova editione notae variorum integrae; nec non Ioſephus Iſcanus, cum notis Sam. Dreſemii. Numiſmatibus et gemmis hiſtoriam illuſtrantibus exornavit Lud. Smids, M. D. Diſſertationem de Dictye Cretenſi praefixit Iac. Perizonius. Amſtelod. 1702. 4, ſimulque in 8. Non ſatis emendata dicitur haec editio. Cf. de ea *Acta Erud.* a. 1702. p. 49—56.

Seorſim editus eſt Dares *Viteb.* 1516. 4. *Antverp.* 1608. 8. *Duaci* 1632. 8. Adhaeret quoque Spondani Homero, *Baſil.* 1583. fol. et, cum Dictye, Diodoro Siculo, G. Poggii verſione edito Latine *Baſil.* 1578. fol.

Exſtant etiam variae horum ſcriptorum *verſiones*, v. c. *Itala* hoc titulo: *Ditte Candiotto e Darete Frigio della Guerra Troiana, tradotti per Tommaſo Porcacchi di Caſtiglione Aretino, con l'ordine da tenerſi nella concatenazion dell Iſtorie.* In Vinegia, *preſſo il Giolito de Ferrari* 1570. 4. (Haec verſio ab Italis ſummopere laudatur, eiusque editio rara eſt. A Fabricio antiquior anni 1543. in 8. conſignatur.) *Gallica*, cura *Caroli Bourguille*, *Cadomi* 1573. Alia obvia eſt in libro edito Pariſ. 1731. 12: *Mythologie et l'hiſtoire de dieux* etc. *par Mr.* Dupuy. — *Theotiſcae*, et quidem Daretis, auctore *Marco Tatio*, Aug. Vindel. 1536. fol. cum iconibus a *Ioan. Adolpho Hermſtaedt*, Fuldae 1773. 8. Dictys autem a *Ioan. Heroldo*, 1554. fol. Etiam *Ruſſice* Dictys et Dares excuſi *Moſcuae* 1712. 8.

Larga haec ſeges editionum et verſionum ſcriptorum futilium ac fabuloſorum orta nobis videtur, partim e neglectu artis criticae, quo respublica litteraria olim laboravit, partim e praeiudicio ſeu furore ſingulari, quo ſcriptores chronicorum

rum atque conditores genealogiarum medii aevi origines omnium fere gentium familiarumque illuſtrium a Troianis irrito ſane conatu deducere ſtuduerunt.

Cf. (BURC. GOTTH. STRUVII de excidii Troiani fabula et de eiusdem ſcriptoribus usque ad Homerum iudicium; in *Obſſ. ſelect. ad rem litter. ſpect.* (Halae 1701. 8.) T. III. p. 9 ſqq.

IAC. PERIZONII Diſſ. de Dictye Cretenſi, adiuncta editioni Amſtelod. 1702.

I. A. FABRICII Bibl. Lat. ex edit. Erneſti T. I. p. 111 ſq.

THOMAE WOPKENSII Adverſaria critica in Dictyn Cretenſem ſ. potius Q. Septimium de bello Troiano; in *Miſcell. obſſ. novis* in auctor. a. 1741. T. II. p. 1—104.

IOAN. GEORGII ECCII, Prof. Lipſienſis, de Darete Phrygio exercitatio. *Lipſ.* 1768. 4.

HOMERUS, hiſtoriae Troianae pater, cui ignotus? Quae autem in eius Iliade veram hiſtoriam ſapiant, conſtitui vix poteſt, cum teſtimoniis coaevis egeamus. Nec moramur in QUINTO SMYRNAEO, alias perperam *Calaber* dicto, Homeri quaſi continuatore, in paralipomenis, Graeco carmine conſcriptis. Cf. TH. CHR. TYCHSEN Commentatio de Quinti Smyrnaei Paralipomenis Homeri. *Goetting.* 1783. 8. Eandem ob cauſſam praetermittimus TRYPHIODORUM, Poëtam Aegyptium, qui ſaeculo poſt Chr. nat. quarto aut quinto carmine Graeco Ilii excidium cecinit. Sic etiam COLUTHUM, Lycopolitanum, qui primas res, quas bello Troiano originem dediſſe fabulantur, verſibus expreſſit, utpote hiſtoriam de nuptiis Pelei, pomo Eridos, iudicio Paridis, et raptu Helenae. Multi quoque belli Troiani ſcriptores iniuria temporum periere; de quibus v. *Struvii* Diſſ. modo laudata et *Fabricius* in Bibl. Graeca.

Homerus. Quintus Smyrn. Tryphiodorus. Coluthus.

Oratores etiam in hiſce Troianis rebus facundiam ſuam exercere ſibi propoſuerunt. LIBANII quidem *Sophiſtae* exſtat declamatio, ſub perſona Menelai pro concione Troianorum, Helenam repetentis et bellum denunciantis, ni reddant; quae inter alias eiusdem habetur. Oratorium eſſe exercitium, primo ſtatim patet intuitu. Altera maioris ob argumentum eſt momenti, a DIONE CHRYSOSTOMO, rhetore, conſcripta. Inſcribitur: Τρωικὸς ὑπὲρ τοῦ Ἴλιον μὴ ἁλῶναι, *quod Ilium non ſit captum*. Eſt oratio XI Dionis p. 151, in edit. *Feder. Morelli*, Lutet. 1604. fol. Primus eſt Dio, qui rem, ſolo antiquitatis conſenſu potius, quam firmo aliquo fundamento ſubnixam, invertere auſus fuit. — Cf. *Obſervations ſur le Diſcours, dans lequel Dion combat l'opinion de la priſe de Troie par les Grecs;* in *Vies des anciens Orateurs Grecs* (à Paris 1752. 8.) T. II., p. 163—177.

Libanius. Dio Chryſoſt.

Praeter hoſce, qui ſigillatim de rebus Troianis agunt, ſcriptores, alii quoque univerſalis hiſtoriae conditores eadem commemorant, inter quos praecipui ſunt chronographi Byzantini, qui conſtanti fere ore, Homerum ſecuti, Troiam captam aſſerunt. Ab eodem tamen aliquo modo deflectit CONSTANTINUS MANASSES in Annalibus, licet in levibus momentis potius variet, quam in ipſa re. Non praetereundus quoque hic eſt ISAACIUS COMNENUS PORPHYROGENNETES, e ſaeculo undecimo, Orientis imperator, qui in Studienſi ſine dubio monaſterio, quod palatio praetulerat, hiſtoriam Troianam compoſuit, et characteres ducum tum Graecorum, tum Troianorum, qui ad Troiam convenerunt, *Paralipomena Homeri* alias inſcriptam. Latuerunt haec paralipomena per tempus aliquod in bibliothecis illuſtrium; poſt, ultimam partem ſive characteres ducum *Ianus Rut-*

Conſtantinus Manaſſes. Iſaacius Porphyr.

gerſiu

gerſius ex codice Amſtelodamenſi variarum lectio-
num libro quinto (cap. X.) inſeruit, verſione et no-
tis illuſtravit. Integrum vero Iſaaci ſcriptum *Leo
Allatius* inter excerpta varia Graecorum Sophiſta-
rum ac Rhetorum *Romae* publici iuris fecit a. 1672.

E recentioribus perluſtrandi ſunt ſequentes:

La antigua, memorable y ſangrienta deſtruycion de Romero.
Troya, racopilada de diverſos Autores, por JOACH.
ROMERO DE CEPEDA. En Toledo 1583. 8.

EBERH. RUD. ROTH Exercitatio hiſtorica de Roth.
bello Troiano, in qua contra omnes fere hiſtori-
cos oſtenditur, Troiam in illo bello, quod decen-
nale putatur, minime a Graecis flammis ruinisve
fuiſſe deletam. *Ienae* 1674. 4. — Accedit auctor
ſententiae Dionis Chryſoſtomi, quia non ſolum
probabilior ſit communi, ſed etiam quia hauſerit
narrationem ſuam de bello Troiano ex aliquo ſa-
cerdote Aegyptio, qui eam ex vetuſtiſſimis Ae-
gyptiorum monimentis repetitam retulerit.

IOH. COLUMBI Diſſertatio de Troia capta. Columbus.
Upſal. 1679. 8.

RAPHAEL. FABRETTI Explicatio veteris ta- Fabretti.
bellae anaglyphae, Homeri Iliadem, atque ex Ste-
ſichoro, Archino et Leſche *Ilii excidium* continen-
tis; cui ipſa tabula aeri inciſa praefigitur; in *eiusd.*
Syntagmate de Columna Traiani (*Rom.* 1690. fol.)
p. 315 — 384. Monimentum iſtud uberius expli-
cuit et illuſtravit.

LAURENTIUS BEGERUS in libro ita inſcripto: Beger.
Bellum et excidium Troianum, ex antiquitatum
reliquiis, tabula praeſertim, quam Raph. Fabrettus
edidit, Iliaca delineatum, et adiecto in calce com-
mentario illuſtratum. *Berol.* 1699. 4. Copioſius
fere idem egit

Montfaucon. BERN. DE MONTFAUCON in *Antiquité expliquée et repréſentée en figures* T. IV. P. II. p. 297 ſqq. et in *Supplement* T. IV. p. 79 ſqq.

Fourmont. STEPH. FOURMONT *Examen du ſentiment ordinaire ſur la durée du ſiége de Troye;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcr.* T. V. Sententia de bello Troiano decennali impugnatur: eandem contra tuetur

Banier. ANT. BANIER in *Diſſertation ſur la durée du ſiége de Troye;* ibid. T. VI. — Idem multus eſt in explicandis rebus Troianis opere, quod inſcripſit *Mythologie expliquée par l'hiſtoire*, Libro in primis V et VI.

Neſſelius. ISRAELIS I. NESSELII Diſſ. de veritate excidii Troiani, contra Dionem Chryſoſtomum *Upſal.* 1724. 8.

Sieben. CORNEL. SIEBEN Sermo academicus pro Troia capta, oppoſitus Dionis Chryſoſtomi orationi. *Lugd. Bat.* 1727. 4.

Capaſſo. NICOLO CAPASSO *Ragionamento dell' Incendio e Preſa di Troja;* in *Miſcellanea di varie Operette* (Venez. 1744 12.) T. VIII. p. 401—425.

de Burigny. DE BURIGNY *Difference des traditions ſur Hélène et ſur la guerre de Troye;* in *Hiſt. de l'Acad. des Inſcr.* T. XXIX. p. 45 ſqq.

des Vignoles. Egregie et, ut ſemper ſolet, doctiſſime diverſas de bello Troiano ſententias diiudicat ALPH. DES VIGNOLES in *Chronol. de l'hiſt. ſainte Vol.* I. p. 804—823.

* * *

Lilienthal. (MICH. LILIENTHAL) de Helena Menelai eiusque amatoribus, in (*eiusd.*) Selectis hiſtor. litterar. contin. (*Regiom.* 1719. 8.) p. 127-252. Auctor omnia paene corraſit, quae cum veterum tum recentiores de Helena iſta ſomniarunt.

ANGE

ANGELI MARIAE RICCII Diſſertatio, an, quae de Helena Homerus habet, ſint fabuloſa? in *eiusd.* Diſſertatt. Homeric. (*Florent.* 1741. 4.) Vol. II. p. 212 — 228. Riccius.

Eiusd. Diſſ. de cauſſa irae Achillis; *ibid.* Vol. I. p. 77 — 88.

Eiusd. Diſſ. de Heroibus Homericis; *ibid.* p. 89 — 99.

Eiusd. Diſſ. de equo Troiano; *ibid.* p. 39 — 53.

IUST. GODOFR. RABENERI de Troiae reliquiis Diſſertatio, in *eiusd.* Amoenitt. hiſt. philol. (*Lipſ.* 1695. 8.) p. 100 — 107. Rabener.

IOH. GEORG. ROESERI Diſſ. hiſtorica de Palladio. *Francof. ad Viadr.* 1688. 4. Roeſer.

I. G. RABENERI Progr. de Palladio; in *eiusd.* Amoen. p. 235 — 242. Rabener.

FONTENU *ſur une Médaille de Minerve Iliade;* in Hiſt. de l'Acad. des Inſcr. T. V. Fontenu.

GEO. WESTERHOLT Diſſ. II. de Palladio. *Havniae* 1726. 4. Weſterholt.

CAROLI LAMOTTE *Anmerkungen über eine Stelle im Virgil von der Zerſtörung der Stadt Troja und vom Palladium;* in *Bremiſchen Magazin* T. II. p. 424 ſqq. Lamotte.

NIC. GEDOYN *Deſcription de deux tableaux de Polygnote, tirée de Pauſanias;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcr.* T. VI. Polygnotus hiſtoriam belli Troiani variis picturis repraeſentaverat, quas Pauſanias deſcribit, et Gedoynus doctiſſime illuſtrat. Gedoyn.

IOH. GOTTLIEB GONNE *von den Trojaniſchen Fabeln in den Urſprüngen der Teutſchen Völker und Geſchlechter;* in *Erlangiſchen Anzeigen vom J.* 1744. p. 129 ſqq. Gonne.

* * *

Belley. BELLEY *Obſervations ſur les Médailles et ſur l'ère d'Hyrgalée, ville de Phrygie;* in *Mém. de l'Ac. des Inſcr.* T. XXXVI. p. 640—647.

SECTIO VI.

Scriptores de rebus Lydiis.

Uſſerius. Praeter USSERII diſquiſitionem de Lydiana Aſia, paullo ante deſcriptam, conſulendi ſunt:

Iani. DAN. FRIDER. IANI Diatribe hiſtorica de regno Lydorum. *Halae Magdeb.* 1703. 4.

Sevin. FRANC. SEVIN *Recherches ſur les Rois de Lydie;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcr.* T. V.

Freret. NICOL. FRERET *Recherches ſur la Chronologie de l'hiſtoire de Lydie;* ibid.

Bouhier. IOH. BOUHIER de Chronologia regum Lydiae Herodotea acútiſſime diſſerit in *Recherehes et Diſſ. ſur Herodote* (à Dijon 1746. 4.) cap. V.

Hiſt. of Croeſus. *The Hiſtory of Croeſus, King of Lydia.* Lond. 1756. 8. — Nihil, praeter titulum, de hoc libro nobis innoteſcit.

SECTIO VII.

Scriptores de rebus Ionicis.

Gutberleth. TOBIAE GUTBERLETHI Animadverſiones in antiquam inſcriptionem *Smyrnae* repertam (numorum ectypis ornatae); inter *eiusd.* Opuſcula, *Franekerae* 1704. 8; et in *Ioh. Poleni* novo Theſ. Antiqu. Vol. IV. p. 358—367.

Spanhemius. EZECH. SPANHEMII Diſſ. de numo *Smyrnaeorum*, ſive de Veſta et Prytanibus Graecorum; poſt *Petri Seguini* ſelecta numiſmata (*Pariſ.* 1684. 4.) p. 335

p. 335—388; longe fere auctior et elaboratior recuſa in *Graevii* Theſ. T. V. p. 659—702.

RICHARDI MEAD Diſſ. de numis quibusdam a *Smyrnaeis* in Medicorum honorem percuſſis; poſt *eiusd.* orat. anniverſar. Harveian. (*Lond.* 1725. 8.) p. 36—78. Cf. *Acta Erud.* a. 1726. p. 169. Mead.

CLAUDE GROS DE BOZE *Lettre ſur une Médaille antique de* Smyrne, *du Cabinet du Comte de Thoms, qui y joint ſa reponſe.* à la Haye 1744. 4. de Boze.

* * *

IOH. PETRI BELLORII Numiſmata tum *Epheſia*, tum aliarum urbium apibus inſignita, notis illuſtrata. *Romae* 1658. 4; et cum *Claud. Menetreii* Symbolica Dianae Epheſi ſtatua p. 12 ſqq. et in *Gronovii* Theſ. T. VII. p. 401 ſqq. — Numi XXXVII illuſtrantur; accedunt aliquot vetuſtae gemmae annulares, apis emblemate conſpicuae etc. Bellorius.

EDM. CHISHULL Diſſ. de numo Epheſiorum CKωΠI inſcripto; ad calcem *eius* Antiqq. Aſiatt. paullo ante recenſitarum. Chishull.

CLAUDII MENETREII Symbolica *Dianae Epheſiae* ſtatua expoſita. Acceſſere LUCAE HOLSTENII Epiſtola ad Fr. Cardinal. Barberinum de fulcris ſ. verubus *Dianae Epheſiae* ſimulacro appoſitis; IOH. PETR. BELLORII Numiſmata (modo laudata). *Romae* 1657. 4. Editio altera auctior et pluribus numis et antiquis monumentis illuſtrata. *Romae*, ap. Ioh. Iac. de Rubeis 1688. fol. — Occaſionem ſcribendi ſuppeditarunt Dianae Epheſiae multimammiae, ac corporibus omne genus, inanimatis, vegetabilibus, ſenſitivis conſperſae marmorea ſigna quatuor, Romae exſtantia, aeneisque tabulis ſub initium libri eleganter expreſſa. Eorum materiem, formam ac ſingulas partes ſedulo excuſſit auctor, et liquido monſtravit, Dianam Epheſiam Menetreius.

fuiſſe ſymbolum Naturae etc. Deſcripſit etiam templum Epheſium Dianae ſacrum, numisque illuſtravit. Sub finem epiſtolae Holſtenianae, cui locus Minucii Felicis notus originem dedit, viſuntur in tabulis aeneis duabus numi XVIII Auguſtorum Auguſtarumque Romanarum, quorum unusquisque Dianam verubus ſuffultam ſiſtit etc. — Cf. LUD. NEOCORI ſ. KUSTERI et HENR. SIKII Bibl. libr. nov. T. IV. p. 185 — 193.

Schülin. IOH. NICOL. SCHUELINI Diſſ. de Diana Epheſia. *Wittenb.* 1687. 4; et in Theſ. theol. philol. T. II. p. 491 ſqq.

Polcke. IOH. CHRIST. POLCKE Diſſ. de magna Epheſiorum Diana. *Lipſ.* 1718. 4.

Spanhemius. Multa de Dianae templo Epheſio narrat SPANHEMIUS in commentario ad *Callimachi* hymnum in Dianam.

Polenus. GIOV. POLENI *Diſſertazione ſopra il Tempio di Diana d'Efeſo;* in *Saggi di Diſſertaz. accademiche* (in Roma 1742. 4.) T. I. P. II. p. 1 — 64.

Caylus. *Le Comte* DE CAYLUS *Mémoire ſur la Diane d'Epheſe et ſur ſon temple; in Mém. de l'Acad. des Inſcr.* T. XXX. p. 428 ſqq. Theotiſce in *des Hrn. Grafen von Caylus Abhandlungen zur Geſchichte und zur Kunſt*, von I. G. Meuſel. (*Altenburg* 1768. 4 mai.) T. I. p. 1 ſqq.

* * *

Bayer. Numi decem *Erythraeorum in Ionia* illuſtrati a THEOPH. SIGEFRIDO BAYER in *Commentar. Acad. Petropol.* T. II. p. 434 — 458; et in *eiusd.* Opuſculis a Klotzio editis p. 34 — 54. Rerum Erythraearum hiſtoria ineſt.

SECTIO

SECTIO VIII.

Scriptores de rebus Caricis.

FRANÇOIS SEVIN *Recherches ſur l'hiſtoire de Carie;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcr.* T. IX. Nimium indulget coniecturis. Sevin.

De rebus Cariae agit REINERUS REINECCIUS in Hiſt. Iul. P. II. p. 76. et de iisdem regibus in numis EZECH. SPANHEMIUS in opere de uſu et praeſt. numiſmat. T. I. p. 52 et 317 ſqq. Reineccius. Spanhemius.

Hiſtoriam Cariae optime expoſuit CHRISTI. GOTTLOB HEYNE in additamentis ad verſionem Theotiſcam operis Anglici: *Guthrie, Gray und andrer allgemeine Weltgeſchichte* (Leipz. 1766. 8 mai.) T. II. p. 175—185. Heyne.

TERRIN *Diſſertation ſur deux Médailles Grecques, l'une de Mauſole et l'autre de Pixodarus, Roi de Carie;* in *Journal des Savans* a. 1685. p. 62—87. Terrin.

De *Artemiſia*, Cariae regina, ac Mauſoleo, in memoriam coniugis Mauſoli ab illa exſtructo, agunt ſequentes:

BAYLE in *Dictionn.* ſub voc. *Artemiſie.* Bayle.

IOH. CHRISTI. AVENARII Diſſ. hiſtorico-architectonica de Artemiſia et Mauſoleo. Lipſ. 1714. 4. — Numus, in quo conſpicitur Artemiſiae imago et Mauſolei monimentum originem dedit huic diſſertationi eruditae, qua cap. I agitur de numo ipſo; cap. II de Artemiſia; cap. III de Mauſoleo. Avenarius.

MARIE DOROTHEE LOESCHER *Reflexions ſur une Medaille d'Artemiſie, Reine de Carie, et de ſon Mauſolée.* à Potsdam 1748. 1½ plagg. in 8. Loeſcher.

Le Comte DE CAYLUS *Diſſertation ſur le tombeau de Mauſolus;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcriptt.* Caylus.

F 5 T. XXVI.

T. XXVI. p. 321 ſqq. cum IV figg. aen. Theotiſce in des *Hrn. Grafen von Caylus Abhandlung zur Geſchichte und Kunſt* T. II. p. 1 — 14. — Plinii locus de monimento iſto in Hiſt. Nat. L. XXXVI. cap. 4 praecipue illuſtratur.

* * *

Minervino. CIRO SAVERIO MINERVINO *Origine e corſo del fiume Meandro, in occaſione di luogo di Plinio: Lettera al Signor Comte Antonio Gioſeffo della Turre Rezzonici.* Napoli 1768. 118 pagg. in 8. — Eſt commentarius in locum hiſtoriae naturalis Plinianae L. V. cap. 29, ubi breviter deſcribitur Maeander, fluvius propter ſinuoſos flexus apud veteres percelebris. Auctor hiſtoriam Cariae, quam Maeander irrigat, urbesque, quas allult, inſeruit, varias inſuper coniecturas doctas ſuper populis antiquis minus notis exhibuit.

SECTIO IX.

Scriptores de rebus Lyciis, Lycaonicis et Ciliciis.

Emmius. UBBONIS EMMII Deſcriptio Lyciorum reipublicae in Aſia; in *eius* veter. Graec. p. 358 ſqq. et in Gronovii Theſ. T. IV. p. 598 ſqq.

* * *

Iablonski. PAULLI ERN. IABLONSKI Diſſ. de lingua Lycaonica. *Berol.* 1714. 4.

Boerner. CHRIST. FRID. BOERNERI Diſſ. de Paullſi et Barnabae in Lycaonia rebus geſtis. *Lipſ.* 1708. 4.

Guhling. IO. FRID. GUHLINGII Diſſ. de Lingua Lycaonica, a Pelasgis Graecis orta. *Vitemberg.* 1726. 4.

Walch. IOH. ERN. IMMAN. WALCHII Spicilegium antiquitatum Lyſtrenſium. *Ienae* 1759. 4.

CONR.

* * *

CONR. SAM. SCHURZFLEISCHII ad inſigniores Ciliciae antiquitates animadverſa. *Viteb.* 1695. 4; et in *eiusd.* Opp. hiſt. polit. (*Berol.* 1699. 4.) p. 67 — 74. Schurzfleiſch.

EZECH. SPANHEMIUS de uſu et praeſt. numiſmat. T. I. p. 595 ſqq. ubi de Ciliciae metropolibus in numis agitur. Spanhemius.

BELLEY *Obſervations ſur les médailles des grands prêtres princes d'Olba en Cilicie;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcr.* T. XXI. Belley.

Eiusd. *Obſervations ſur les lettres A. M. K. qu'on voit ſur un grand nombre de médailles de Tarſe et d'Anazarbe en Cilicie;* ibid. *Hiſtoire* T. XXXI. p. 278 — 286.

Eiusd. *Diſſ. ſur l'ère d'Anazarbe. Quinzième ſupplement aux Diſſert. du Cardinal Noris ſur les epoques des Syro-Macedoniens;* ibid. T. XXXII. p. 707 ſqq.

IUSTI FRID. VITI BREITHAUPT Commentatio de Tarſenſibus. *Goetting.* 1748. 4. Breithaupt.

Eiusd. Specilegium rerum Tarſicarum manipulus primus. *Goetting.* 1750. 4.

CAPVT

CAPVT XI.

SCRIPTORES DE INSULIS CITERIORIS ASIAE.

Piacenza. FRANCESCO PIACENZA, *Napolitano*, (Profeſſoris geographiae Mutinenſis) *Egeo redivivo, oſſia Corografia dell' Arcipelago, e dello ſtato primiero, ed attuale di quelle Iſole, Regni, Città, Popolazioni, Dominj, Coſtumi, Sito, ed Impreſſe, con la breve deſcrizione particolare ſi del ſuo ambito litorale, che della Grecia, Morea, o Peloponneſe, di Candia, e Cipro con le ſue piante in rame al più vivo inciſe.* Modena 1688. 4. — In deſcriptione hac auctor, qui, dum Archipelagum redivivum nobis ſiſtere conatus eſt, ipſe operi immortuus in vivis eſſe deſiit, induſtriam ſuam lectori adeo approbavit, ut, quicquid ad pleniorem Moreae inſularumque maris Aegaei, quarum iconiſmos ubique praemiſſos invenies, notitiam facere, aut apud antiquiores aut recentiores ſcriptores conſignatum reperiri poſſit, in Archipelagum hunc confluxiſſe dixeris. Nec his contentus, tam propriae peregrinationis obſervationes, quam nauclerorum celebriorum, *Claſii* in primis et *Almirii* Hamburgenſium, quibus exactior tractuum orientalium indagatio, Atlantibus quondam inſervitura, demandata eſt, relationes paſſim interſpergit; notata ſubinde auctorum circa locorum ſitum, et diverſas appellationes, diſcrepantia; inter quos *Laurenbergii* maxime tabulas geographicas ſaepius erroris inſimulat, utpote qui, teſte *Sponio*, in ſitu locorum collocando ex impetu magis, quam iuxta veritatem procedens, rem intricaverit potius, quam extricaverit. Operis contenta omnia, vel titulo teſte, huc non pertinent, ſed deſcriptiones tantum inſularum Aſiae citeri-

citerioris, v. c. Chii p. 371, Tenedi p. 392, Lemni p. 431, Rhodi p. 600, ac Cypri p. 634. In deſcriptione Rhodi in primis circa Coloſſi famoſiſſimi ſtructuram multus eſt. Subiungit et Equitum Rhodianorum memoriam, et ſubſecutam inſulae in Turcarum manus conſignationem. Eadem ratione Cypri veterem et recentionem faciem deſcriptam ſub finem libri reperimus.

SECTIO I.

Scriptores de rebus Tenediis, Chiis, Samiis et Rhodiis.

LUDOVICI DE HEMMER Reſpublica *Tenediorum* e tenebris antiquitatum eruta, numisque illuſtrata. *Hafniae* 1735. 115 pagg. in 8. — Collegit diligenter, non ſatis acute vero diiudicavit auctor omnia Graecorum et Romanorum ſcriptorum loca, in quibus inſulae Tenedi eiusque hiſtoriae mentio fit. Adiecit numos, ligno inciſos, qui inſulae iſtius nomen ferunt. Et capite quidem primo geographiam conditionemque phyſicam inſulae deſcribit; ſecundo de Tennide, rege quodam ac legislatore Tenediorum, agit; tertio indolem, mores fataque eorum in bellis, quae geſſerunt, enarrat; quarto recenſet reges, magiſtratus et iudices, viros que illuſtres, eorumque ſtatuas; quinto leges; et ſexto, res Tenediorum ſacras. — Cf. *Teutſche Acta Eruditorum* P. CXCIX. p. 498 — 525. de Hemmer.

UBBO EMMIUS de *Chio* et eius ſtatu et fortuna; in *eiusd.* veter. Graec. T. III. p. 252 ſqq. et in *Gronovii* Theſ. T. IV. p. 547 ſqq. Emmius.

Eiusd. Deſcriptio reipublicae *Samiorum*; in *eiusd.* vet. Graec. T. III. p. 245 ſqq. et in *Gronovii* Theſ. T. IV. p. 545 ſqq.

Eiusd.

Eiusd. Deſcriptio reipublicae *Rhodiorum*; in *eiusd.* vet. Gr. T. III. p. 256 ſqq.

Meurſius. IOH. MEURSII Creta ſ. de Cretae rebus et antiquitatibus libri IV. Eiusdem Cyprus ſ. de illius inſulae rebus et antiquitatt. libri II. Eiusd. *Rhodus* ſ. de illius inſulae rebus et antiquitt. liber. Commentarii poſtumi. *Amſtelod.* 1675. 4. et in *eius* Opp. (Florent. 1744. fol.) T. III. p. 333—776. — Compilatio, ut omnia Meurſiana, aliis, qui ea recte uti ſciant, admodum grata.

Leges Rhod. Leges *Rhodiorum* navales, militares et georgicae, ed. SIMONE SCHARDIO. *Baſil.* 1561. 8. Graece et Latine *Lugd.* 1647. 8.

Bayer. Varia de *Rhodiorum* antiquitatibus docet THEOPH. SIGEFR. BAYER in Diſſ. de numo *Rhodio*, in agro Sambienſi reperto, in qua ſimul quaedam nuper de numis Romanis in agro Pruſſico repertis cogitata pertractantur. *Regiomont.* 1723. 4; et in *eiusd.* opuſculis a Klotzio editis p. 492-511.

Schumacher. CAROLI GUIL. SCHUMACHERI Commentationes II de *Rhodo* litterata. *Ienae* 1760. 4.

Coronelli. VINCENTII CORONELLI (Seren. Reip. Venetae Coſmographi et P. Pariſotti Academiae Coſmographicae Argonautarum hiſtoriographi † 1718) *Iſola di Rodi geografica ſtorica, antica e moderna, coll' altre adjacenti, gia poſſedute da cavalieri Hoſpitalieri di ſan Giovanni di Gieruſaleme.* Venet. 1688. 8. ibid. 1695. 8. ibid. 1702. 8. — Vetere inſulae ſtatu haud plane neglecto, recentior in primis hiſtoriaque Equitum Rhodiorum deſcribitur.

Caourſin. GUIL. CAOURSIN, *Rhodiorum Vice-Cancellarii* († in *inſula Rhodo* 1501) Obſidionis Rhodiae urbis (a Mahumede II. Imperatore Turcarum a. 1480 irrito conatu ſuſceptae) deſcriptio, et alia eiusdem, inter quae eſt opuſculum de translatione dextrae

dextrae S. Ioannis Baptiſtae, et oratio obedientia lis ad Innocentium VIII. 1496. in fol. et in 4. cum figg. — Alia iſta, quae inſcriptione libri innuuntur, ſunt: De terrae motus labe, qua Rhodii a 1480 ante obſidionem affecti ſunt. — Oratio in Senatu Rhodiorum de morte magni Turci Mahumedis II habita a. 1481 prid. Kal. Iun. — De caſu regis Zizimi ſ. Siſymi, qui frater fuit Bajazetis II Imp. Turcorum, commentarius. — De celeberrimo foedere cum Turcorum rege Bagyazit per Rhodios inito. — De admiſſione regis Zizimi in Gallias, et diligenti cuſtodia, et aſſervatione exhortatio, ſcripta XIII Kal. Oct. a. 1483. — De translatione dextrae etc. titulo memorata. — Ad ſummum Pontificem Innocentium IIX Oratio, habita V Kal. Febr. a. 1485, coram Pontifice, ac ſacro Senatu, Praelatorum et Curialium frequenti adſtante. — De traductione Zizimi ad urbem Romam a. 1488 commentarius. — Volumen ſtabilimentorum Rhodiorum militum ſacri Ordini Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani.

Primum opuſculum, Obſidionis Rhodiae urbis deſcriptio, *Italice* redditum prodiit ſ. l. et a. in 4 *Theotiſce* Argentorati 1513. 4.

Cf. *Hamburgiſche Bibl. hiſt.* Cent. V. p. 303 ſqq. FREYTAGII Analecta p. 202 ſqq.

IACOBI FONTANI (*Braggenſis Belgae, Iudici appellationum populi Rhodienſis, initio ſaeculi XV clari*) de bello Rhodio libri tres. *Romae* 152. XXVIII plagg. in fol. — Auctor, teſtis oculatus historiam dicavit Clementi VII, Pontifici Romano non vero, ut alii ſomniarunt, Hadriano VI; nec liber ipſe epiſtolae formam prae ſe fert. Fontanus ſtilo perſpicuo ac ſimplici deſcribit crudeliſſimam inſulae et urbis Rhodiae expugnationem, a Sol-

manno

mannó, Turcarum Imperatore, a. 1522 factam. Recuſus liber fuit *Hagenoae* 1527. 4. Prodiit quoque cum Iacobi Sadoleti oratione de bello Turcis inferendo, et aliis quibusdam *Baſil.* 1538. 8. Exſtat etiam in nonnullis aliis collectionibus, v. c. in collectione variorum opuſculorum, ſic inſcripta: IACOBI FONTANI de bello Rhodio libri III. Adiuncta inſulae Melitae deſcriptio IO. QUINTINI; et THEODORI ADAMAEI (*Schwalenbergo - Lippiaci* † 1540) Commentarius de inſula Rhodo, et militarium ordinum inſtitutione. *Pariſiis*, ap. Wechel. 1540. fol. Porro in *Simonis Schardii* Scriptoribus rerum Germanicarum T. II. p. 88 ſqq. et in *Philippi Loniceri* chronicis Turcicis T. II. fol. 113 ſqq. *Theotiſca* verſio, auctore *Ottmaro Nachtgall*, prodiit *Aug. Vind.* 1528. (non 1628 ut alii volunt) in 4. (*Ioecherus* ſub voc. *Fontana* (Iac.) meminit etiam verſionis Theotiſcae, ab *Henrico Eppendorpio* a. 1551 elaboratae.) *Italica*, auctore *Sanſovino*, *Venet.* 1545. 8. *Hiſpanica*, auctore *Chriſtovalo d'Arcos*, *Valladolid* 1549. fol. — Editiones contextus Latini a. 1524, 1527 et 1540 rarioribus adnumerantur.

Adamaeus.

Cf. *Hamburg. Bibl. hiſt.* Cent. X. p. 210 ſqq.
FREYTAGII Anal. p. 344.
IAC. GUIL. BLAUFUS *Vermiſchte Beyträge* etc. T. II. p. 233 ſqq.

de Bourbon. *La grande et merveilleuſe oppugnation de la cité de Rhodes, priſe par Sultan Soliman en 1522, redigée par écrit par* JACQUES *bâtard* DE BOURBON, *Commandeur de S. Mauluitz.* à Paris 1525. fol.

Guichard. *Le ſiége et la priſe de Rhodes par Solimann II, diſcours prononcé en préſence du Pape l'an 1523 par* THOMAS GUICHARD, *traduit du Latin par* Charpentier; in *Recueil des meilleures pièces du Mercure de France* Collect. VI. p. 48 ſqq.

TER-

TERCIER *Mémoire ſur la priſe de la ville et l'île de Rhodes en 1522 par Soliman II du nom, empereur des Ottomans;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XXVI. p. 728 ſqq.

SECTIO II.

Scriptores de rebus Cypriis.

Inter ſcriptores veteres nullus, qui ſingularem curam hiſtoriae Cypriae impenderit, exſtat. Cypr quidem ipſi aevo priſco hiſtoriam patriae condi dere, v. c. ASCLEPIADES, cuius hiſtoriam Phoeniciae et Cypri memorat *Porphyrius* in libello d abſtinentia animalium L. IV. §. 15: at eorum ope ra iniuria temporis dudum periere. Quae ver ſcriptores Graeciae et Latii antiqui de huius inſu lae memorabilibus ac viciſſitudinibus paſſim narra runt, collegit IOH. MEURSIUS in libro paull ante laudato. Recentiores igitur rerum Cypria rum ſcriptores nunc recenſeamus!

Geographiam inſulae Cypri egregie illuſtran DANVILLII *Recherches géographiques ſur l'île d Chypres;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcriptt.* (à Pari 1768. 4.) T. XXXII. p. 529—558. Addita e nova, a Danvillio confecta tabula inſulae geo graphica.

Hiſtoricos habemus ſequentes:

Primus eſt STEPHANUS LUSIGNAN, de re gio Cypri ſemine Nicoſia oriundus, theologia doctor, Ordinis Praedicatorum ſocius, atque vi carius generalis epiſcopi Limiſſenſis ſ. Nemoſienſis usque ad expugnationem Cypri per Turcas a 1570. Poſtea Neapolim, deinde Bononiam petiit ubi usque ad annum 1577 commoratus eſt; ho enim anno in Galliam perrexit, Pariſiisque in mo

naſterio S. Iacobi mortuus anno 1590. Varia Stephanus reliquit ſcripta, hiſtoriam Cypri illuſtrantia, omnia hodie perrara; e quibus praecipue huc ſpectat: *Corografia, i. e. breve iſtoria univerſale dell' iſola di Cipro, dal tempo di Noë ſino all' anno 1572.* In Bologna 1573. 4. Cum vero auctor ipſe curam operarum errores corrigendi gerere nequiret, Francogallice librum reddidit, eumque hac epigraphe in lucem prodire iuſſit: *Hiſtoire generale des Royaumes de Jeruſalem, Chypre, Armenie et lieux circonvoiſins, par le R. P. F.* ETIENNE DE LUSIGNAN, *de la royale maiſon de Chypre.* à Paris 1579. 4. ibid. 1613. 4. — Stilo aſpero et incondito permulta narrat auctor, quae ignorantiam hiſtoriae antiquae ac credulitatem ingentem produnt. Probe tamen illo uti poſſumus, ubi hiſtoriam regum e gente Luſignana ex chartis annalibusque vetuſtis, hodie forte deperditis, *) tradit. Utilia quoque ſunt capita, quibus de familiis, olim in Cypria florentibus, agitur. Iisdem vitiis laborat alius eiusdem auctoris liber: *Raccolta di cinque diſcorſi, intitolati* corone, *per comprender in ſe coſe appartenenti a gran Rè et a Principi. Nella prima delle quali ſi tratta dell' origine del Regno di Francia. Nella ſeconda, come un Rè di Francia debbia eſſere Imperator Romano, e diſtruttor della ſetta di Maometani. Nella terza della Nobilità di Hieruſalem. Nella quarta de' Rè et Imperatori del mondo, canonizati per ſanti. Nella quinta, di una chronologia univerſale ridotta ſotto il Dominio di Pianeti.* In Padova

*) Quo tamen non referenda BUSTRONII, Nobilis Cyprii, ſaeculo XV florentis, hiſtoria Cypri, inde a morte Ioannis II regis usque ad occupationem inſulae per Venetos. Eam enim manu ſcriptam hodie in Italia ſupereſſe, teſtatur *I. F. le Bret* in *Magazin zum Gebrauch der Staaten- und Kirchengeſchichte* T. V. p. 426.

Padova 1577. 4. Tamen varia inſunt, quae hiſtoriam Hieroſolymae et Cypri medii aevi illuſtrare poſſint. Alius eiusdem liber hodie rariſſimus ita inſcribitur: *Les droits, auctoritez et prérogatives, que prétendent au Royaume de Hieruſalem les Princes et Seigneurs ſpirituels et temporels cy-après nommez: Le Pape, Patriarche, Empereur, Rois de France, Angleterre, Arragon, Naples, Hongrie,* Cypre *et Armenie.* à Paris 1586. 4.

IOH. FRANC. LOREDANUS, Nobilis Venetus, a. 1606 natus, variis libris libellisque clarus, hiſtoriam quoque regum Cypriorum e gente Luſignana condidit, hoc quidem titulo: *Iſtoria de' rè Luſignani dall' anno* 1180, *ſin' al* 1475, *Libri* XI. In Bologna 1647. 4. Et in eiusdem operibus, *Venetiae* typis impreſſis a. 1653 et ibidem a. 1660, ſex voluminibus in 8, quorum quartum comprehendit hiſtoriam iſtam. Exſtat etiam verſio Francogallica hac inſcriptione: *Hiſtoire des Rois de Chypre de la maiſon de Luſignan et des differentes guerres qu' ils ont euës contre les Sarrazins et les Génois; traduit de l'Italien du Chevalier* HENRI GIBLET, *Cypriot.* à Paris 1732. II Tomi in 8. Neſcimus, quo caſu Gibletus, editor operis Italici, auctor illius dicatur. Sunt adeo, qui auctorem *Cypriot* appellent, hoc quidem modo: *Hiſtoire de Chypre par* CYPRIOT. — Loredanus artem hiſtoricam minus, quam ſtilum, callet. Nimis coniecturis ratiociniisque politicis, ſaepiuscule repetitis tritisque, inculget. Nec deſunt errores genealogici, chronologici, aliusque generis ſat graves. Studio etiam partiumque favori multum tribuit auctor: haud tamen plane contemnendus, ſi modo artem adhibeas criticam. Loredanus.

Tertius hiſtoriae Cypriae generalis ſcriptor eſt DOMINICUS IAUNA, Conſiliarius Caeſareo-Regius, Iauna.

gius, omnis rei mercatoriae in terris Auſtriacis eisque annexis regnis ſupremus cuſtos, commerciorum cauſſa, in primis vero propter bombycini culturam, diu in inſula Cypro commoratus, amplum compoſuit opus, anno aetatis ſuae LXXIX demum abſolutum, idque hac epigraphe in lucem edidit: *Hiſtoire générale des royaumes de Chypre, de Jeruſalem, d'Armenie et d'Egypte, comprenant les Croiſades, avec plus d'exactitude qu' aucun auteur moderne les ait encore rapportées; et les faits les plus memorables de l'Empire Ottoman, depuis ſa fondation juſqu' à la fameuſe bataille de Lepante, où finit cette hiſtoire, dans laquelle on trouve auſſi l'anéantiſſement de l'Empire des Grecs. On y a ajouté* I. *l'Etat préſent de l'Egypte.* II. *Diſſertation ſur les caracteres hieroglifiques des anciens Egyptiens.* III. *Reflexions ſur les moïens de conquerir l'Egypte et la Chypre. Par M. le Chevalier* DOMINIQUE JAUNA, *Conſeiller de Sa Maj. Imperiale et Royale, et Intendant general du commerce dans tous ſes états hereditaires.* T. I. (4 Alph. 13 plagg.) T. II. (3 Alph. 00 plagg.) *à Leide, chez Jean Luzac* 1747. 4 mai. — Volumen utrumque in libros XXVI diſtributum eſt. *Primo* geographia Cypri eiusque reges ad Ptolemaeos usque exponuntur. *Secundo* Ptolemaeorum, Romanorum et Graecorum res in inſula Cypro, poteſtas Muhamedanorum, recuperatio inſulae imperatoribus Graecis tribuenda, inſulae ac Cypriorum indoles, aër, animalia, virique illuſtre[s] ediſſeruntur. Reliquis libris continetur hiſtoria ex[...] peditionum cruciatarum atque viciſſitudinum, qua[s] illo temporis ſpatio experta eſt Cyprus regnum que ibi conſtitutum. Additi ſunt libri IV, Aegyp[...] tum, quae nunc eſt, exſequentes uberrime. Diſſer[...] tationum trium adiectarum argumenta, Aegyptu[m] maxime ſpectantia, prodit operis titulus. — Pauc[...]

ſan

ſane inſunt oceano huic vaſto, quae hiſtoriarum cultorem recte iuvare poſſint. Nam ſcriptorum teſtimonia, quibus Iaunae narratio nititur, prorſus deſunt; caruit auctor pluribus ad opus huius generis rite exſequendum ſubſidiis cognitioneque rerum neceſſariarum, arte inprimis critica; credulus inſuper eſt religionique ſuae iuſto addictior. Errorum typographicorum copia uſum operis moleſtiorem reddit. Exempla omnium horum peccatorum proponit BAUMGARTEN in Praefatione ad T. VI hiſtoriae univerſalis Halae ex Anglico idiomate in Theotiſcum translatae p. 45 ſqq. Nova fideque digna ſunt, quae libro II. cap. III. p. 64—77 de inſulae Cypri rebus naturalibus traduntur, quaeque capitibus poſterioribus de recentiore Aegypti ſtatu exponuntur.

Copioſiſſimam, licet non perfectam — nam talem nondum habemus — Cypri hiſtoriam condidit IOH. PAULLUS REINHARD, Conſil. aul. Brandenburgenſis hiſtoriarumque Profeſſor Erlangenſis († 1779). Is enim, omnibus paene ſubſidiis adiutus, tradidit opus ſic inſcriptum: *Vollſtändige Geſchichte des Königreichs Cypern.* Erſter Theil. *Erlangen und Leipzig* 1766. Zweyter Theil. *ibid.* 1768. 4. cum figg. aen. mappisque geographicis. — Libro primo narrantur Cypri fata a prima eius ab hiſtoricis facta mentione usque ad illud tempus, quo a Romanis capta eſt; ſecundo, usque ad initium imperii gentis Luſignanae; tertio, usque ad initium imperii Sultanorum Aegyptiacorum; quarto, usque ad initium imperii Venetorum; quinto, usque ad expugnationem inſulae a Turcis peractam; ſexto, usque ad tempora recentiſſima. Adiunctae ſunt volumini alteri XII tabulae genealogicae. Dimidiam fere operis partem conſtituunt varia monimenta ſcripta, cum priori, tum poſte- Reinhard.

riori volumini addita, v. c. diplomata, epiſtolae, relationes rerum memorabilium, a teſtibus oculatis compoſitae, partim Latine, partim Italice, vel ante iam edita, vel inedita. Numis inſuper variis rariſſimis ornatum opus, luxu etiam typographico ſuperbiens. — Reinhardus igitur omnia paene collegit, quae unquam de inſula Cypro litteris conſignata et ad memoriam usque noſtram ſervata ſunt, ordine quidem iuſto ſatisque accurate, teſtimoniisque ſcriptorum ſuperiorum diligentiſſime in margine notatis. Ordinis vero chronologici haud ubivis ſat curioſe ratio habita; ſtilus languidus ac negligens; dilectus rerum nec ingenii acumen nec veri rectique ſenſum ſubtilem prodit; monimentis modo memoratis negligenter uſus eſt auctor; verbo, hiſtoriam non tradidit, ſed compilationem, eamque vero doctiſſimam atque utiliſſimam.

Vitia iſta cum in Bibliotheca Theotiſca univerſali (T. V. P. II. p. 125—145.) nimis acerbe animadverterentur, Reinhardus ſe defendere, cenſoremque, quem poſtea *C. A. Klotzium* fuiſſe comperit, confutare conatus eſt, ſed irrito fere auſu, libello ſingulari; *Vertheidigung des erſten Theils ſeiner Cypriſchen Geſchichte gegen die Beurtheilung derſelben in der allgemeinen teutſchen Bibliothek.* Erlangen 1768. 8. Tomum hiſtoriae Reinhardianae poſteriorem in eadem bibliotheca (appendice nimirum ad tomos XII priores p. 255. ſqq.) alius cenſor, *Sch...r*, ut nobis videtur, ſub examen vocavit, paullo mitius quidem, ſed novis caſtigationibus, quibus Reinhardus non reſpondit.

❧ ❧ ❧

Verpoortenn. PHIL. THEODORI VERPOORTENNII, *Graecae linguae et poëſ. Prof. in Gymnaſio illuſtri Caſimiriano, quod Coburgi floret*, († 1712). Diſſ. qua regnum

regnum Salaminium in Cypro breviter delineat. *Coburgi* 1704. 4; et in *E. A. Frommanni* Muſeo Caſimiriano (*ibid.* 1771. 8.) P. I. p. 1—32. Scriptio, ut videtur, Reinhardo ignota, docte elaborata, cui nonnulla ex Cypri univerſae antiquitatibus praemiſſa.

De Petri I, regis Cypri ab a. 1361 usque ad 1369, rebus geſtis multa refert ſcriptor coaevus, GUILIELMUS DE MACHAUT, e cuius carmine manu ſcripto, quod bibliotheca regia Pariſienſis aſſervat, memorabilia excerpſit Comes *de Caylus* duabus diſſertationibus, quas inſcripſit: *Sur Guillaume de Machaut, Poëte et Muſicien dans le XIV. ſiècle, contenant des recherches ſur ſa vie avec une notice de ſes principaux ouvrages;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XX. p. 399—439. Altera diſſertatio imprimis huc pertinet. Reinhardus illa non uſus eſt. Guil. de Machaut.

DE CATHARINA CORNARA, regina Cypri, Iacobi II regis vidua, quae Venetis Cyprum tradere a. 1486 coacta eſt, legendi ſunt: de Cornara.

Brevi notizie ſpettanti alla vita della Regina Caterina Cornara Luſignana — dal Co. D. GIOVANNI TRIESTE, *Canonico di Treviſo;* in *Miſcellanei di varia letteratura* (Lucca 1762 ſqq. 8.) T. VII. p. 317—347. Trieſte.

ANTONII COLBERTALDI *von Aſolo, kurze Lebensbeſchreibung der Königin Catharina von Cypern; eine Handſchrift aus dem Schweyeriſchen Manuſcripten-Cabinete von Venedig;* in I. F. LE BRETS *Magazin etc.* T. V. p. 424—443. Colbertaldi, reginae Cancellarius, varia hiſtoriae Cypriae momenta alia ratione narrat, quam ſcriptores caeteri, Colbertaldi.

in primis de regno Iacobi II regis eiusque viduae Catharinae.

De bello, a Turcis a. 1569 usque ad a. 1574 cum Venetis geſto, quo illi Cyprum cepere et in hunc diem ſub poteſtate ſua retinuerunt conſulendi ſunt:

Gratianus. ANTONII MARIAE GRATIANI *a Burgo S. Sepulcri Florentini*, *Epiſcopi Amerini*, († 1611) *de bello Cyprio libri V*, *editi a Carolo Gratiano nepote. Romae* 1624. fol. (Haec editio admodum rara dicitur.) *Norimb.* 1661. 12. *Francogallice* a *le Pelletier*, *à Paris* 1685. 4. — Optime et elegantiſſime hoc argumentum tractavit Gratianus. — Cf. *Hamburg. Bibl. hiſt.* Cent. III. p. 280 ſqq.

Bizarus. PETRI BIZARI, (*Sentinatis*, *ſaeculo XVI florentis*) Cyprium bellum, inter Venetos et Selymum, Turcarum imperatorem, geſtum, libris tribus ſumma cura et diligentia deſcriptum, et iam primum in lucem editum, (*Baſil.* 1573.) 8. *Antverpiae* 1583. 8. Eleganter narrantur, quae annis 1571 et 1572 geſta ſunt, inprimis urbis Nicoſiae et Famaguſtae obſidio et expugnatio, atque proelium navale Lepanticum, quo Turci a Chriſtianis victi fuere. — Cf. *Hamburg. Bibl. hiſt.* Cent. III. p. 227 ſq.

Guarnerius. IOH. BAPTISTAE GUARNERII (*Senatui Catanenſi ab epiſtolis* † 1665) de bello Cyprio libri III. *Bergomi* 1597. 4. De hoc et ſequenti libro nihil, praeter titulos, reperire poſſumus.

de Herrera. FERRANDO DE HERRERA *Relacion de la guerra de Cipre.* Sevilla 1572. 8.

Martinengo. NESTOR MARTINENGO, Italus, Famaguſtam, a Turcis obſeſſam et captam, cum popularibus defen-

defendit, quaeque occaſione iſta geſta ſunt, Italice deſcripſit. Cuius narrationis verſio Theotiſca hac epigraphe prodiit: *Wahrhaftige Relation und Bericht, was maſſen Famaguſta von den Türken im Auguſto des 1571 Jahrs eingenommen worden, beſchrieben durch* NESTOR MARTINENGO, *ſo mit ſeinen untergebenen Knechten ſelbſt in der Beſatzung von Anfang bis zu End bey allen Dingen mit und dabey geweſen, aus wälſcher Sprach ins Teutſche transferirt.* 4.

PHIL. MEMBRE, Nicoſiae interpres linguae Turcicae et Arabicae, etiam Italico idiomate expoſuit expugnationem Nicoſiae. Verſionis etiam huius ſcripti Theotiſcae titulum ſolummodo dare poſſumus: *Wahrhaftige Beſchreibung, wie die Türken Cypern überfallen, und darinnen die Hauptſtadt Nicoſia mit Gewalt erobert, auch volgent ſolches auſſerhalb der eynigen Stadt und Port Famagoſta unter ihrer Gewalt gebracht. Erſtlich beſchrieben in Italieniſcher Sprach durch* PHILIPPUM MEMBRE, *geweſenen Tolmetſch in Türkiſcher und Arabiſcher Sprach zu Nicoſia, und ietzt ins Teutſch verfertigt.* (Nürnberg) 1571. 4. Membre.

CHRISTOFORO SILVESTRANI *Vita e fatti del Capitano Aſtore Baglioni* (defenſoris urbis Famaguſtae) *con la guerra di Cipro.* Verona 1591. 4. Silveſtrani.

❖ ❖ ❖

GASP. GIANOTTI *Parere ſopra il reſtretto delle rivoluzioni di Cipri, e ſopra il tratto del titolo regale.* Francofurti 1633. fol. Gianotti.

Ex itinerariorum conditoribus huc praecipue pertinent LE BRUN, POCOCKE et MARITI, quorum opera ſuperiore parte a nobis ſunt deſcripta.

Drummond. ALEXANDER DRUMMOND, rei mercatoriae Anglorum Aleppenſis in Syria ſupremus cuſtos, a. 1743 inſulam Cyprum peragravit, obſervationesque ſuas fide et diligentia haud vulgari Anglice conſcripſit. Quae ex itinerario hocce ad cognitionem ſtatus recentioris Cypri ac Syriae faciunt, excerpta habes in volumine primo collectionis itinerar. Berolinenſis.

CAPVT

CAPVT XII.

SCRIPTORES DE REBUS ARABICIS.

Nec inutile, nec iniucundum lectoribus fore ſperamus, ſi hoc loco particulam doctrinae Reiskianae inſeramus. Eſt enim illa quaſi introductio conciſa bonaeque frugis plena in magnam Orientis hiſtoriae partem, praecipue Arabicam, eiusque litteraturam, partim e libris haud vulgaribus et a paucis intellectis, partim e voluminibus manu ſcriptis hauſta. Praeterea multis viris doctis aditus haud patet ad pagellas haſce utiliſſimas, quippe quae leguntur in fine operis, ſupra a nobis laudati, ſic inſcripti: *Abulfedae tabulae Syriae — edidit — Ioh. Bernhard. Koehler* — (Lipſiae 1766. 4 mai.) a p. 215 usque ad 240 typis minutiſſimis expreſſae. Multi enim hunc librum expetentes nullo fere modo eius copiam nanciſci poſſunt, quia editor doctiſſimus ſumtibus ſuis illum, numero exemplorum perparvo, praelo excudi curavit, ideoque in tabernis librariis rariſſime, ſeu potius nunquam conſpicitur. Erunt inſuper haud pauci, qui hoc, de quo loquimur, ſcriptum ſine opere, cuius appendix eſt haud ſatis conveniens, poſſidere aveant. Omiſimus ſolum, quae Reiskius in fine de dignitate et praeſtantia hiſtoriae Muhammedanae declamavit.

IOANNIS IACOBI REISKII *Prodidagmata ad Hagji Chalifae* *) *librum memorialem rerum a Muhammedanis geſtarum, exhibentia introductionem generalem in hiſtoriam ſic dictam orientalem.*

Ante-

*) De hoc ſcriptore Arabico, cuius librum memorialem, ſ. tabulam caſuum chiliadum, in lucem publicam edere voluerat Reiskius, cf. in primis I. B. KOHLERUS in *Nachrichten von arabiſchen Geſchichtſchreibern*, quae leguntur in

Antequam accedamus ad ſtudium hiſtoriae, vulgo orientalis dictae, ſed quam appellari Muhammedanam malim, quia res tradit a Muhammedanis, non in oriente tantum, ſed etiam in Europa et Africa geſtas, tria rerum capita nobis exponenda et diligenter cognoſcenda ſunt. Gentes nimirum illae, dynaſtiaeque, quarum geſtas illa res et caſus recenſet: deinde terrae, in quibus, quae hic narrantur, acciderunt: auctores tandem, e quorum maxime ſcriptis harum rerum notitiam, tanquam e fontibus, optimam et puriſſimam haurimus.

Gentes itaque, quarum fata exponit hiſtoria Moslemica, vel quod idem eſt Muhammedana, ſunt hae maxime quinque. *Arabes*, noſtris Chriſtianis Saraceni vulgo dicti; dein *Perſae; Turcae* porro et Turcomani; inde *Mogolo-Tatari;* quos quamvis ab eadem cum Turcis origine derivent ſcriptores orientales, et communi omnes nomine Atrak ſeu Turcos citent, maluimus tamen, ſtudio diſtinctae rerum expoſitionis, ſeparare *). Quinto tandem loco *Barbari et Mauritani.*

De *Arabibus* parum referunt ipſi ſcriptores Arabici. Vetus eorum hiſtoria prorſus iacet in puteo; illam puto, quae temporum Muhammede antiquiorum caſus exhibet. Ideoque nihil de hac mone-

in (Eichhornii) *Repertorio für bibl. und morgenl. Litteratur* P. III. p. 277 ſqq. Mortuus eſt Hadſchi Chalifah anno Hegirae 1057 ſ. anno Chr. 1647. Turcicam huius operis geographici verſionem prodiiſſe Conſtantinopoli 1782 in folio (pagg. 698.) cum mappis geographicis, memorat *I. D. Michaelis* in *oriental. Bibl.* P. XX. p. 150. *M.*

*) Petit de la Croix H. Timur. I. p. 10. *Les noms de Turcs, Tartares, Mogoles et Zagatéens, ſont pris ici pour la même choſe.* et Hiſtor. Tartaror. p. 24: *Tous les Tartares prétendent être iſſus de Turck, fils ainé de Japhet.* R.

monebimus hic quidem loci; cum quod nimis intricatus et inexplicabilis hic quaſi glomus eſt, quem non niſi gladio ſaepe ſolvas; tum quod peculiari eam libello ſum perſecutus *), in quo vetuſtorum apud Arabas regnorum ſpectandam proponere faciem, et quid eorum reges, tam Syri, quam Chaldaei, tempore Chriſtum inter et Muhammedem medio fecerint, et quae bella gentes eorum ſingulae inter ſe geſſerint, declarare certisque temporum metis alligare laboravi. Illa quoque hiſtoria, quae Arabum Muhammedanorum res in ipſorum peninſula geſtas, regno vaſto, et quod putem noſtram Germaniam magnitudine aequare, perhibet, illa vetere non minus ieiuna et obſcura eſt. Auſim pene dicere, eum, qui res ab Arabibus Muhammedanis in iſta peninſula geſtas ſcribere, ſi forte, tentet, multo pauciora monumenta reperturum fore hiſtorica, quam ego de illis veteribus et ſic dictis paganis Arabibus collegi. Quinam principes poſſederint al Bahrain, et Ommanam, et Arabiam felicem, et Petraeam, pauci et rariſſime memorant; aut ſi memorant, tam diſcerpunt res, tam attingunt ſuperficie tenus et curſim, ut, quod quisque tenuerit regnum, quo fuerit patre uſus, qua familia, quibus fatis, quo deceſſerit anno, et talia, certa fide et cohaerente ſerie nequeas cognoſcere. Quem unum novi *Ibn Ammarali* fortunas Arabiae felicis, patriae ſuae, peculiari libro, non nimis parvo, expoſuiſſe, is, quantum cognovi ex eius aliquot allatis ab Abulfeda documentis: ea, quam deſideramus, diligentia non ſcripſit. Plura certe hiſtoriam Arabiae ſpectantia monumenta in hoc

*) Proluſio eſt academica ita inſcripta: *De Arabum epocha vetuſtiſſima* Sail ol Arem *i. e. ruptura cataractae Marebenſis dicta.* Lipſ. 1748. 4. Cf. *Goett. gel. Anzeigen* a. 1749. p. 366 ſqq. *M.*

hoc parvo et compendiario noſtro ſcriptore Hagji Chaliſa, quam apud maiorem illum et celebrem Abulfedam reperio. Puto tamen magis ipſi genti ſuae cauſſam obſcuritatis, quam ſcriptoribus negligentiae culpam tribuendam eſſe. Latrociniis exercendis, quam gerendis iuſtis bellis, aptior eſt natio Arabica. De illis certe Arabibus, qui Arabiam petraeam et deſertam, confinia Syriae et Chaldaeae, incoluerunt, vix aliud quid legas in hiſtoria Muhammedana, quam quod catervas peregrinatorum, qui ex inſtituto Muhammedicae legis adire quotannis Makkam et al Madinam debent, incurſionibus laceraríint, expilarint, internecione ſaepe deleverint. Ex his Arabibus ſunt infames illi Karmathitae, qui per dimidium fere ſaeculum Syriam et Chaldaeam, Arabiam quoque ipſam Petraeam, rapinis et caedibus depopulabantur, et non minore Bagdadum terrore, quam Hannibal olim Romam, concutiebant. Alia ratio eſt illarum gentium, quae Arabiam felicem, et mari tam Erythraeo quam Perſico contigua incolunt. Illae enim ſoli faciundae mercaturae dediti parum curarunt artes bellicas, et ſemel ſuſceptum dominum, facile ſuperabiles, bene facileque et in pace tulerunt.

Verum quae gentes Arabicae e patria egreſſae propagare primum fidem ſeu ſuperſtitionem Muhammedanam, deinde imperii quoque, quod ipſi condiderant, augere vires ſtudebant, illae multo ſibi clariſſimum et luculentum nomen a rebus bene fortiterque geſtis compararunt. Ideoque mirum non eſt, ſi ſcriptores maiore fide curaque prolixiore tradiderunt, quae Arabes extra ipſam Arabiam primis duobus tribusve ſaeculis a fuga ſui prophetae geſſerunt: qua ratione condiderint illud imperium, Romano tam provinciarum magnitudine et ſpatiis multo amplius, quam rapido armorum

rum curſu terribilius pariter atque admirabilius; et qua ratione fidem ſuam in victarum a ſe gentium ſedes intulerint. Videbimus itaque primis, ut dixi, tribus a Fuga ſaeculis (idem enim hoc eſt atque illud vulgare Hegirae) dominantes Arabas, et in genere quidem Arabas de tribu ſic dicta Koraiſch, vel Koraiſchitas; quae reputabatur et haberi volebat eius nationis tum nobiliſſima. In ſpecie vero regnarunt ineunte primo ſaeculo quatuor ſic dicti Chaliſae legitimi, e diverſis Coraiſchitarum familiis oriundi. Chaliſae appellantur, quoniam illi primi malebant ſui prophetae Chaliſae, id eſt ſubſtituti, vicarii, locum tenentes, ſucceſſores, quam principes atque domini appellari. Legitimi autem audiunt, apud Sunnitas certe, (nam Raſedhitae hunc illis titulum negant, et ſoli vindicant ſuo Alio:) quoniam conſenſu totius Moslemici coetus, eius certe, quem orthodoxum nominant Sunnitae, fuerunt electi, et poteſtatem absque vi nacti geſſerunt magna cum laude, ſceleribus certe abnormibus imperium ſuum non macularunt, quum ſequentes Chaliſae aut rapuerint cum violentia rerum ſummam, aut ſucceſſione et haereditate conſecuti fuerint, et turpiſſimis moribus et tyrannide plerique ſui apud poſteros odium et infamiam ſibi conflaverint. Hos poſteriores Chaliſas, quos illegitimos, ſi lubet, appellare poteris, aut principes potius monarchos et autocratoras, conficiunt tres praecipue gentes, omnes pariter Koraiſchiticae, et ab eadem origine derivatae. I. *Ommiadae*, ut vulgo citantur, aut rectius Omajjadae, vel Omajjahidae. II. *Abbaſidae*. III. *Alidae*, vel Uluwitae quibusdam. Primi iſti Omajjadae, fraudibus, periuriis, caedibus, impietate nacti tuitique ſunt imperium Saracenicum, et in Syria maxime regnarunt et Damaſci ſederunt per unum fere ſaeculum,

ut qui orſi anno Higjrae XXXX defierunt anno CXXXII, quo eos tantum non extirparunt Abbaſidae, oriundi, non ab Abbate quodam, ut noſtrorum aliqui ridicule perhibent, ſed ab al Abbaſo *) patruo Muhammedis prophetae, et, hactenus oppreſſi ab Ommiadis vexatique modis omnibus, iam facti ſuperiores viribus ultionis cupidine ſtimulante viciſſim exigebant et excindebant Ommiadas, tanta crudelitate, ut nullum ei par exemplum inhumanae vindictae exiſtat in hiſtoria, mutuasque in caedes furor Lancaſtriorum et Eboracenſium apud Anglos huic tragoediae nequeat aequiparari. Unus tamen Omajjadarum Abdor Rhaman dictus, e naufragio ſuae gentis in Hiſpaniam elapſus, ideoque od Dachel, id eſt ὁ μολὼν Adventor, proſelytus, appellatus, conſtituebat ibi, in Hiſpania Baetica potiſſimum, ſeu Andaluſia, dynaſtiam Saracenicam, ſub titulo Chaliſatus. Hic enim titulus quamdiu apud Moslemos obtinuit, id eſt per ſex priora ſaecula, erat procul dubio maximus, et Chaliſae ſive Amiri 'l Mumenine licet auctoritas et potentia plerumque Solthanorum potentiae et auctoritati cederet, vincebat tamen dignitas et veneratio. Duravit hoc Omajjadarum in Hiſpania regnum ad A. F. 420, Chr. 1029 ferme. Tunc enim illa fatiſcente familia, mutuisque diſcerpta fractaque diſcordiis, ſuborti ſunt alii reguli, qui totum illius imperii corpus, tamquam leones ingentem praedam, in minutas partes diſcerpſerunt, haud aliter atque duces Alexandri Magni, qui poſt eius fata vaſtum eius regnum inter ſe partiti ſunt; quapropter et hi, Hiſpani reguli, nomen idem obtinuerunt, quod illis Alexandreis dare ſolebant veteres Arabes, nempe Moluki 'th Thawajefi, ſeu *regum diver-*

*) Hic nomen eſt proprium. Alias notat Arabibus τὸν βλοσυρὸν ac ſuperata fronte σκυθρωπόν. R.

diverſarum factionum et nationum. Unus eorum rapiebat Sevillam, aut Hiſpalin: alter Granatam (quam Garnatham efferunt ſcriptores orientales), iſte Valentiam, alius Bathaljuſam (ſeu Padajoſſam), alii Korthobam et al' Gjaziram. Sed hi omnes perquam breves fuerunt, a naſcentibus A. 550. al Morabethine, vel al Molattſchamine, gente barbara, ſenſim et ſucceſſive deſtructi. Sed de his poſtea. Nam de Arabibus ſermo nobis primo loco faciendus eſt.

Interea vero tum in Occidente, id eſt in Hiſpania, obtinebant Omajjadae, regnabant in oriente Abbaſidae, plerumque Bagdadi reſidentes, initio quidem multum potentes et magna cum virtutum laude, ut eorum ſapientia, ſplendor et maieſtas Graecis quoque ſcriptoribus Byzantinae hiſtoriae et Latinis Carolo Magno aequalibus celebrata fuerit. Verum hi ipſi, dimidii paene orientis domini, neque Dario alicui aut Alexandro ſecundi, ut fert rerum humanarum inconſtantia, in eas redacti ſunt anguſtias, ut praeter Chaliſatus titulum et iura quaedam religioſa ſtuperſtes haberent fere nihil, quidam quoque victum ſuum diarium a ſuis Maioribus domus, tanquam pupilli a tutoribus, aut potius mancipia ergaſtularia ab oeconomis, neque illum ſufficientem acciperent. Ut maxime ſecundo et tertio poſt Fugam ſaeculo florebant, ſic quarto et quinto penitus eviluerunt. Quum deinceps ſub humilitatis ſuae oppreſſoribus et tyrannis, Bujidis nempe, reſumerent paullatim vires, et in eo eſſent, ut priſtinae maieſtatis atque gloriae ſpeciem recuperarent, Tatarorum fatalis Muhammedanae ſectae irruptio Bagdadicam hanc dynaſtiam prorſus evertit. Mirae quidem et memorabiles hae ſunt huius dominationis viciſſitudines, neque tamen admodum improbabiles et a ratione alienae. Omne enim

vaſtum imperium, ut corpus ſua mole laborans, eſt δύσχεϱηςον et ſponte collabitur; neque poteſt absque nervis regi, qui quo longius abſunt a communi ſenſorio, ut medicis utar proverbiis, eo difficilius cogi poſſunt in ordinem et tractari. Remotas in provincias legati quando ſe poſitos extra teli iactum et reprehenſionis poenarumque periculum videbant, ipſi ſuae provinciae imperium, domini αὐθαίϱετοι, rapiebant. Hinc nata eſt dynaſtia Thaheridarum in Choraſana; et alia Aglabidarum, Cyrenis, vel Kairowanae; qui ambo genuini ſunt Arabes. Aliquibus, qui ab antiquis Perſarum regibus originem ducebant,, avitum indulgere imperium' debebant aliquo modo Chaliſae, ne perpetuis implicarentur bellis et agitationibus. Quales erant Samanidae, qui poſt Thaheridas in Choraſana et Transoxana obtinuerunt. Fuiſſent quoque tales procul dubio Barmakidae, niſi robuſta tum adhuc et vegeta vigilque et ſollers Abbaſidarum dynaſtia gliſcentem rebellionis ignem mature exſtinxiſſet. Hi ambo, Samanidae et Barmakidae, Perſae erant, regii ſanguinis. Quum itaque ſummam rerum poteſtatem talibus ſuis legatis committerent Abbaſidae principes, otioque ſe atque luxuriae traderent, et victos inferrent in aulam ſuam Perſas atque Turcas, et tam bellicoſis nationibus, atque hae erant, corporis imperiique ſui cuſtodiam mandarent, fieri aliter non poterat, quin victi victores ſuos perderent, et pro barbarie ſua miſeros Chaliſas ne ſui quidem ſpiritus dominos eſſe ſinerent. Tam indigne non tractarunt in Francia ſuos Merovingos atque Carolingos ſic dicti maiores domus, atque Bujidae, gens Dailomitis, id eſt Hyrcana, quae Solthanatum diu per Chaldaeum, Meſopotamiam, Parthiam, Perſidem, et alibi exercuit, ſuos de gente Abbaſi Chaliſas

tracta-

tractavit, ut quos, prout libebat, dignitate, opibus, oculis, libertate, ipſa denique vita ſpoliabant. Sed de Perſis deinceps.

Interea Alidae quoque haud parum negotii faceſſebant Abbaſidis, praeſertim illi, qui in Aegypto regnarunt ſub nomine Fathemidarum. Repetunt Alidae ſuam originem ab illo celeberrimo et illuſtriſſimo Chalifa Ali, genero prophetae Muhammedis, cuius quoque patris ex fratre nepos erat. Vir ille ſumma laude dignus, fortis, eloquens, iuſtus, modeſtus, minime ambitioſus, aequo tulerat animo, quod per artes foeminae, Ajeſchae, filiae Abi Becri, et uxoris prophetae, fuerat a ſucceſſione in imperium, quod ad ſe ſolum iuſto titulo pertinebat, extruſus. Quum deinde illud poſt annos exſpectationis plus viginti quatuor obtineret, breve tamen habebat et maxime turbulentum. Proſtratus tandem ſicarii manu vir fortis, qui omnes aggreſſores ſuos in campo proſtratos reliquerat, filiis ſuis paratum et facile non relinquebat imperium, neque, ut id invaderent, moribundus eos hortabatur, ſed Deo fortunaeque permittebat Moſlemicam rem. Factio tamen eius, id eſt incolae al Iraki et al Hegjazi maxime, ſeu Chaldaeae et Arabiae Petraeae, ſeu alias Huſenſes et Maccani atque Medinenſes, filios eius, et maxime minorem natu, al Hoſainum, acriter impellebant, ad repetendum ab Ommiadis ſibi debitum paternum regnum, omnemque ſuam ipſi opem atque fidem pollicebantur. Verum ut erant ingenio verſatili et periuro, ubi Alidas ad defectionem et moliendas novas res perpuliſſent, deſerebant eos mediis in anguſtiis, interdum quoque perfidi tradebant Ommiadis, qui tanquam lupi in ovile illapſi, in eos graſſabantur. Inde fugiens aliquis de hac gente, Edris, in Africam, fundamenta poſuit dy-

H 2 naſtiae

naſtiae Edriſidarum, quae ibi per ſeſquiſaeculum fere floruit. Quum deinceps Abu Moslem, magnus ille imperator Choraſanicus, deſtrueret dynaſtiam Omajjadarum, et ſummam rerum poteſtatem afferet, non iis, quibus debebat, et quibus primum quoque voluerat afferere, id eſt Alidis, ſed, corruptus, ut aiunt, pecunia, Abbaſidis: denuo poſcebant Alidae ſibi debitum imperium; Abbaſidas, conſanguineos ſuos, tanquam iniquos alienae rei uſurpatores proclamabant, iterumque tentabant atque iterum modos, quibus illos e faſtigio ſuo deturbarent. Sed peſſime ſemper ab Abbaſidis mulcati, penes quos gerendarum nervi rerum erant, et redacti in ordinem atque humilitate depreſſi, diſcedebant huc illuc, et parvas paſſim dominationes erigebant; ut in al Kufa Banu (ſeu filii) Thabathaba, ſic dicti; in Thabareſtana alii. Procedente tempore, alibi quoque Alidae regnarunt, ut in al Hegjazo, id eſt Makkae et al Madinae, Ohaiſaridae, Katadahidae, Haſchemidae. In Arabia felice Thaheridae et Zaididae; Kawwamidae in Mazenderan. Scharifi Faſae. Hamudidae Sabtae (id eſt Ceutae) et Malakkae in Hiſpania. Sed inter Aliticas familias non eſt, quae potentiam et dignitatem Fathemidarum aequaverit. Ea gens inter adverſae fortunae multas primum ſaevasque ſuccreſcens afflictiones, ita tamen deinceps effloruit, ut poſt Africae provinciae dominationem Aegypto quoque potiretur, et Abbaſidis maximam crearet moleſtiam. Non enim illis tantum Syriae magnam partem abſtrahebat, ſibique conciliabat Scharifos Makkae et al Madinae, ut hi negarent porro Abbaſidis, quod hactenus praeſtiterant, obſequium, et Fathemidis contra addicerent: ſed etiam eo promovebat, ut per aliquod, breve quamvis tempus, in ipſa ſede Chalifatus Abbaſidarum

fuerit

fuerit tanquam domina proclamata, et piis votis per templa Bagdadi cohoneſtata. Unde mirum non eſt, eos aliquoties Bagdadi fuiſſe ab al Abbaſidis, in coactis ideo conciliis, haereſeos, atheiſmi et impoſturae damnatos, qui ſe iactarent a puriſſimo Muhammedis ſanguine oriundos, ſanctumque et illuſtre nomen Alii mentirentur, quum a Iudaeis ſati editique eſſent. Suſtinuit tamen ſe haec Fathemidarum dominatio usque ad Saladini initia, qui eam deſtruxit et ipſe invaſit. Hi ipſi Fathemidae paſſim quoque appellantur Iſmaelitae. (v. Raudh ol Achjari p. 50.) Magis tamen illud nomen proprium eſt principibus iſtis, qui per Iran, aut Adzerbaigjanam et Parthiam 171 annos regnarunt, ex illis prioribus Iſmaelitis vel Fathemidis orti. Sed de his paullo poſt dicemus ſub familiis Perſicis, et dictum iam fuit ad annum 483. Tandem quoque ad Alidas pertinent, qui patrum noſtrorum tempore regnare deſierunt in Perſia Scach Sofii.

Hae ſunt nobiliſſimae dynaſtiae, a tribus nobiliſſimis Arabum familiis oriundae, Omajjadarum, Abbaſidarum, Alidarum. Sed praeter has alii quoque ſunt non contemnendi, qui paſſim regnarunt, principes ortu Arabes. Ut Zejadidae in Arabia felice, quos, ſi velis, ad Ommiadas referre potes. Moawijah enim eorum patrem et auctorem gentis, Zejadum, in genus ſuum adoptabat, actuque ſolenni tabulisque publicis eam in rem editis ſuum fratrem declarabat, quem omnes ſciebant meretrice natum; quo ſcilicet virum aſtutum et rerum gerendarum peritiſſimum, ſibique maxime profuturum, eo arctius ſibi obligaret. Zejadidarum ſucceſſores, Nagjgjahidae, niſi fallor, Arabes quoque ſunt; et horum ἔφεδροι, Salihidae. Raſulitas quo referam, ad Arabas, an Turcas, ambigo. D' Herbelotum ſi audiamus p. 860. b. voce *Tarikh al*

Raſſoul, ab ipſo propheta Muhammede deveniunt. Thaheridae ab Arabica tribu Chozaah. Sed D' Herbel. p. 108. b. eos ab Ommiadis derivat. Qui in Africa dominati ſunt Aglabidae, Roſtemidae, Medraridae ſunt etiam Arabes. Dubium tamen, ut verum fatear, adhuc mihi eſt de Roſtemidis, ſintne Perſae. Arabes porro ſunt de tribu Taglab, Arabum fortiſſima, Hamdanidae, qui Damaſco, Halebo et al Mauſelae imperarunt; item horum ſucceſſores Okailidae (tribus Arabica eſt Okail:) in al Mauſela, al Ambar, al Kufah, al Madayen etc. Idem ſucceſſores Hamdanidarum Halebi, Balabakae, et Anae; nimirum Mardaſidae. Arabes quoque ſunt Siciliae domini Kalabidae; a ſua tribu ſic appellati. Monkeridae domini Schaizarae, ad tribum Kananah pertinent. Banu Abbad, qui poſt Omajjadas in Hiſpali regnarunt, pertinent ad tribum Jokthanicam (ſeu Arabiae felicis) Lachm, et veniunt ab illis antiquis regibus al Hirae et Chaldaeae Arabicae, qui Lachmidae, et Naſridae audiunt. Aſaditae Arabum Amiri, qui circa Nilum (oppidum, non fluvium) al Hellam et Euphratis lacuſtria habitabant, ad tribum Aſad, a qua nomen habent, referendi ſunt. Harum autem tribuum et dynaſtiarum connexionem et diverſitatem qui noſſe cupit, illi tabulae genealogicae tribuum Arabicarum inſpiciendae ſunt, quas ex Abulfeda exhibuit Pocokius, et ex hoc G. Sale ad ſuum Alcoranum; Ego vero pleniores et veriores ex Ibn Kotaibah confeci, et capite IV. hiſtoriae meae veteris Arabiae exhibui. Arabes quoque ſunt famoſi illi Karmathitae, qui regno Bagdadico Syriaeque haud minus fuerunt terribiles, quam Hunni quondam Germanico; de quorum origine videre licet elegantem obſervationem, quam ex Raudh el Achjari ad An. 483. attulimus. Principes eorum ab Hoſaino,

Hoſaino, Alii filio, ſe manare ferebant. v. D' Herb. p. 592 a.

Ad Perſicas dynaſtias referam tam illas, quas originis Perſicae Parthicaeque eſſe conſtat, quam eas, quae in Perſide, Parthia, Media, Hyrcania, Margiana, Bactriana, Sogdiana, Drangiana, Gedroſia, Gordyaea, et alibi regnarunt, quamvis, Parthi ſint origine, an Turci, mihi compertum non ſit. Ab antiquis Perſarum regibus devenifſe referunt ſcriptores Barmakidas et Samanidas, quorum illos in ipſo molimine rurſus afferendi ſuae genti veteris imperii oppreſſerunt ol Abbaſidae, quorum primi miniſtri rerumque et conſiliorum omnium conſcii et exſecutores erant. Hos autem Chorasſana et Transoxana per duo fere ſaecula habuit dominos, iuſtitiae, clementiae caeterarumque virtutum omnium laude celeberrimos. Horum Samanidarum propago eſt gens Elias, ſive Eliae, aut Eliaſidae, quae in Kirmana regnavit. Bujidae deinceps, gens Dailomitica, late regnarunt in Irak al Arabi, ſeu Arabia Chaldaea, in Irak al Agjami, ſeu Parthia, Meſopotamia, Perſide et Choraſana; nomenque et vires al Abbaſidarum, ſi non deleverunt, certe debilitarunt maxime. Huius gentis aliqua propago ſub nomine Kakujahidarum regnavit in Jezd, et Iſſahan, urbibus Perſidis. Aliquando etiam in Hamadan, donec Thogrilbeck eos inde expelleret, ut et in Ahwaz. In Jezda quidem usque ad A. 696. v. Hag. Chalif. hoc anno. Sic certe noſter Hagji Khalifah tradit. Sed Teixeira propaginem Gaznevidarum facit. Rectius tamen gens Ibn Kakujah vel Ibn Kakujahidarum, ſeu gens filii avunculae. Notat nempe vox Kakujeh in lingua Perſica avunculam. Impoſitum ipſis hoc nomen fuit ab al Bujidis, quorum adfines erant. Erat namque mater huius Ibn Kakujeh ſoror

matris Magjdeddaulati Bajidae. Zajjaridae quoque huc pertinent, ſeu gens Mardawigji et Waſchemkiri, pariter Dailomitica, et, qui priores his fuerunt, gens Wahſchudeni, Dailomitidis et Gorganae domini. Thulunidae et Achſchidici, Aegypti domini, ad Turcas pertineant, an ad Perſas, ambigo. Soffaridae ſintne Perſae, an Arabes, etiam non liquet. Forte Perſae quoque ſunt Fariunidae in Chawarezmia. Curdi certe, ſeu Gordyaei veterum, ad Perſas pertinent. Et horum quidem tres celebrantur familiae. Gens Haſnaujeh, ſed de qua, praeter nomen apud Noſtrum, vix aliud quid reperio, et unicum veſtigium apud D' Herb. 537. a. et Abulfedam. conf. idem ad A. 437. Inde Marwanidae, qui Deiar Becr, ſed brevi tempore, dominati ſunt. Ejjubidae tandem ex gente Rawandicorum Curdorum, celebre nomen et magnam potentiam a fundatore ſuae dynaſtiae Saladino adepti ſunt, ſed quae haud ita multum obtinuit, numeroſis diſcerpta familiis, et inteſtinis fracta diſcordiis. Saladini avus, Schadzi, filius Marwan, oriundus erat ex urbe Dowain, in ultimis Adzerbaigjanae et Curdiſtanae confiniis ſita. v. Rauth. p. 64. 1. Atabeki Lor ſunt Curdi. D' Herb. 279. a. Ad hanc quoque claſſem refero Spankarahidas, et Gurenſes vel Gaznevidas ſecundos (nam primi Turcici ſunt generis) alias quoque Samidas dictos; deſcendunt enim hi, Gurenſes, ab ad Dhahhako tyranno Perſiae. vid. D' Herbelot p. 949. a. et p. 360. b. Perſis accenſendi ſint an Arabibus ſic dicti Iſmaelitae, orientalium banditae, vel ſicarii, alias quoque Bathenitae dicti, qui aliquamdiu Kuheſtanae incubarunt, dubito. Primus eorum conditor ol Haſan, filius Sabbahi, eſt extra controverſiam Arabs Homairita, vel Himjarita, fuitque Fathemidarum Aegyptiorum emiſſarius, qui per orien-

orientem ſtudebat ipſis factionem comparare; ipſe vero novae dynaſtiae deinceps fundamenta ponebat. Secuti autem reguli videntur magis Perſae fuiſſe, ſi qua ex nominibus eorum rite fieri poteſt coniectura. V. D' Herbelot p. 437. a. et 505. b. Unde autem Iſmaelitae fuerint dicti, docet D' Herbel. p. 389. b. Non peccaverim quoque, certe non multum, ſi huc revocaverim Mothafferidas, Sarbedzarios, Angjuicos, Gjalauwicos, quoniam in Perſide Sebzewarae, Schirazae, et Mazanderanae imperarunt. Neque magnum eſt vitium, in aſſignanda his dynaſtiis origine labi, quae breves, interruptae ſeditionibus, et pleraeque ignobiles fuerunt. Oblitus fere fueram triplicis dynaſtiae principum Bawandicorum, (vid. ad A. 476.) et gentis Dabujeh; quae ambae in Thabareſtana, diu quidem, ſed ignobiles regnarunt.

Turci et Turcomani, quorum nominum diverſam rationem apud Guil. Tyrium lib. II. de bello Sacro et Leuncl. Ann. Moslem. p. 94. 31. reperias, latiſſime pariter atque diutiſſime per orientem, tandem quoque per occidentem, imperarunt, et numeroſiſſimas condiderunt, illuſtres pariter et obſcuras, dynaſtias. Ab Iſlamiſmi ſtatim initio cum Arabibus vel Saracenis bella geſſerunt cruenta, marte non finiſtro, tandemque ſic ſubegerunt Saracenos tam victi, quam victores, ut egreſſi ſuis ſedibus, id eſt Turkeſtana et Transoxana, torrentis ad inſtar provincias orientis occidentales obundarent. Dynaſtiarum huius nationis fundatores plurimi rerum ſuarum initio erant mancipia; ſed ut erant viri fortes et ſtrenui, feroceſque iidem, et ſummae poteſtatis avidi, parumque de ſervanda ſuis heris fide ſolliciti, iugo deinceps excuſſo deiectisque ſuis dominis, ipſi rapuerunt imperium. Videtur quidem hoc Turcarum inſti-

tutum, quo fortunam humiliorem, et ſervilem quoque, ab ampliſſimis dignitatibus et ipſa ſumma poteſtate non arcent, magis laude dignum, quam noſtrum illud, quo imperia haereditate a patribus ad filios tranſeunt, et iisdem quaſi alligata ſunt familiis. Soli enim virtuti, et animi excellentibus dotibus debentur honos et praemia, neque poteſt nuda naſcendi ſors opinionem meriti cuiquam conciliare, notamque dignitatis eminentioris imprimere, aut vel ſupra humillimum vulgus efferre; multo minus ineptos regendis populis adaptare. Habet tamen illud inſtitutum ſua quoque incommoda. Portam enim aperit tyranno cuivis, impune in humanum genus graſſandi, ſacraque omnia et honeſta crudelitate caedibusque temerandi; turbas parit continuas, et nunquam ſopiendas; principesque non niſi ſaevos: qui commodis ſunt moribus, et humanioribus expoliti et manſuefacti artibus, eos arcet; neque admittit, niſi qui vel per patrum fratrumque ſuorum ſtrages eniti audeant. Sed haec in tranſitu dicta mihi ſunto. Prima vero Turcica dynaſtia nobilior fuit Sebektekinidarum illa ſeu Gaznevidarum priorum, in Gaznah (ſeu Zabulaſtana), Choraſana et India, potentiſſima. Nam de Chakanis illis Transoxanis vel Sogdianis, et aliis ulterioribus Scythicis, antiquioribus, parum tradunt hiſtorici. Sebektekin erat mancipium Turcicum Alptekini, ducis Nuhi's Samanidae. Nobile hoc regnum deſtruxit aliud illo adhuc nobilius et celebrius, Selgjukidicum nempe; quod Thogril vel Thogrul Bek, Turca, de tribu Selgjuk, condidit. In quatuor potiſſimum familias abiit iſta gens, quarum duae brevius regnarunt neque magna cum fama; Halebi, et in Kermana; duae vero aliae illuſtrius et diutius, in Natolia ſcilicet, et Parthia. Halebenſem quidem dynaſtiam Selgjukicam

eam condidit Tanaſch. Kermanicam vero Karusbek aut Caderd, quod idem eſt, niſi me fallit opinio. Illam vero in Aſia minore et Armenia fundavit Kothulmiſch, et iſtam tandem, eamque maximam, in partibus ultra Tigridem, Alp Arslan, eiusque filius Malikſchah. Eodem tempore, quo Selgjukidae valebant, aliae maiores ſuccreſcebant minoresque dynaſtiae; ut gens Daniſchmendi (ſeu ludimagiſtri) in Armenia minore et verſus pontum Euxinum; et ſic dicti Atabeki, quorum non pauci ſunt diverſi generis. Eſt enim haec vox Atabek univerſalis, et notat *κατὰ λέξιν patrem dominum;* deinde ſumitur pro tutore infantis, protectore, procuratore. Fere ut illud in hiſtoria Byzantina celebre vocabulum *βασιλεοπάτωρ* aut *βασιλέως πατὴρ*, de quo vid. Cl. Leichii differt. de Conſtantino Porphyrogeneta p. 8. Aſſumebant hunc titulum mancipia Turcica, quae, quod heri ſui principes aetate minores eſſent, ipſi res adminiſtrabant, et poteſtatem in ſe omnem derivabant, invidioſum tamen principis nomen declinabant. Sunt itaque Atabeki 'l Irak, alias Akſankaridae, vel Zenkidae dicti, potentiſſimae poſſeſſores dynaſtiae in Syria et Meſopotamia, cuius e ruinis Ejjubidarum illa ſurrexit. Quos fuiſſe Turcas non dubito, quamvis Italus Noſtri interpres eos Mauros aut Nubienſes putet, Zenkii vel Zengjii nomine deceptus. Akſankar enim nomen mere Turcicum eſt; quod geſſit Akſankar ol Barzakenſis, huius dynaſtiae auctor; et Barzak, vel Varzak Ili, a qua regione puto illum originem et cognomen habuiſſe, tunc Selgjukidis Turcis parebat, niſi forte ſit ab illa بس سكي, quam Abulfeda hiſtoricus p. 235. 31. memorat, tanquam Africae urbem. Sunt porro Atabeki Adzerbaigjanae, vel Atabeki Irak al Agjemi, alias Ildikizidae dicti, a conditore ſuo Scham-

Schamſoddin Ildikiz, qui erat mancipium Turcicum Solthani Maſudi Selgjukidae. Hi nomine tutorio poteſtatem Selgjukidis orientalibus adimebant, quod idem Atabeki Zenkidae Selgjukidis occidentalibus fecerant. Sic Atabeki Damaſceni, alias Thogſekinidae, ſobolem Tanaſchi Selgjukidae, ſuis opibus exuebant. Porro ſunt Atabeki Lor Buzruk, ſeu maioris, id eſt, ut puto, Lareſtanae, provinciae ad ſinum Perſicum ſitae: ut et Atabeki Lor Kugjuk, ſeu Curdiſtanae, qui Churſchidici quoque audiunt. Turcae quoque ſunt Ortokidae: Maredinae et Amidae domini; ut et Mamluki Turcici, qui poſt Ejjubidas in Aegypto regnarunt. Inter omnes tamen eminet maxime dynaſtias Turcicas Otſchmanidarum, vulgo nobis Ottomannica dicta, hodienum florens, ex Selgjukidarum occidentalium, et illorum orta regulorum ruinis, qui Selgjukidarum cadente deſtructaque a Tataris poteſtate diſcerpebant Aſiam minorem; et nomine Ogliorum ſeu filiorum, ut Karamanogli, Germeanogli etc. a Turcicis ſcriptoribus celebrantur. Solent nempe Turcae dominum populi vel Provinciae cuiusdam illius populi aut provinciae, cui praeeſt, filium appellare. Karamanoglii Larindae in Caramania regnarunt, Germeanoglii, in Germa, urbe Galatiae, Menſioglii, circa Myndum veterem, Izmyroglii, circa Smyrnam; Aidinoglii in Aidin, ſeu Caria et Lydia; Omeroglii, circa Sinopen, vel qui iidem ſunt Iſſendijaroglii, aut potius Iſſendijanoglii, quoniam vetuſtis Aſpendiis imperabant. Dzulkadiroglii Maraſchae, aut Mareſiae; Ramadhanoglii, Adenae; quos omnes abſorpſit Ottomanicum imperium. Fuerunt quidem, qui Ottomanidas genuinos Arabas eſſe, et ab antiquis al Medinae incolis oriundos, proderent. Sed adulari hos ſuis principibus voluiſſe palam eſt.

Mirum,

Mirum, quod a ſui prophetae gente illos non etiam derivarint. Potuerant certe eadem facilitate. Turcae quoque ſunt gens Kare Cojunli, ſive de ove nigra, vel ut Graecis hodiernis audiunt Μαυροπροβατίδαι, per Adzerbaiganam, et, quae priorem iſtam deſtruxit et excepit, gens Ak Cojunli, ſive de ove alba, Ασπροπροβατῖται, item Bajandarici, (qui ſunt prorſus iidem) per eandem Adzerbaigjanam et Dejar Becr et ultra. Salikidae, Mowajjadidae, Schirwanſchahi, quo pertineant, non dixerim pro certo. Putem tamen ad Turcas pertinere. Forte quoque Cort Gurici, ſive ſi appellare ſic malueris, Gaznevidae tertii, ſunt Turcicae originis: Quos a fortitudine bellica celebrant ſcriptores Orientales. v. Hiſt. Timurbegi I. p. 348. et alibi. Curdos hos appellat idem II. p. 32. Sed male, niſi fallor. Turci certe ſunt illi Mamluki et Mamlukorum Mamluki, qui poſt heros ſuos Gurenſes, ſeu Gaznevidas ſecundos, a Gjalaloddino Mankberni Charezimſchaho victos, eorum in India poſſeſſiones invadebant; otium ipſis faciente Gjenkizchano, qui Gjalaladdinum viciſſim inſtar ferae in Curdiſtanam usque agitabat. Turci quoque ſunt Chawarezimſchahi, de quorum origine vid. Abul Gazi Hiſt. Tatar. p. 86. cum not. Ridiculus error eſt Chogiah Efendi, id eſt celebris illius Saadoddini, quem Bradutti vertit Italice, quem ex eo citat Seamanus praef. ad Grammat. Turcic. (ſimul eum principem hiſtoricorum Turcicorum appellans). Facit nempe Chawarezimſchahos Selgjukidas, et metu Genkizchani ſe in Aſiam contuliſſe Chawarezimſchahum et Iconii ſedem imperii fixiſſe, quum dudum ante Genkizchanum Selgjukidae Iconii regnarint, et prorſus alii ſint a Chorezimſchahis.

Mogoli-

Mogolicae et Tataricae dynaſtiae ſunt Gjenkizchanica et Timurica, a quibus caeterae omnes peculiari nomine inſignitae propullularunt. Genkizidae et Timuridae ſunt etiam affines. Nam proavus Genkizchani, fundatorque huius gentis, erat frater patris et fundatoris gentis Timuricae. Tataros iungo Mogolis ideo, quod ſaepe confunduntur, et iunctim invaſerunt orientem occidentalem et ab eadem origine creverunt. Mogol enim et Tatar erant fratres. Gjenkizi vel Gienkizchani duae potiſſimum floruerunt familiae. Una in India, Perſia et Transoxana, in qua celeberrimus exſtitit Holaku. Huic deſinenti in Abi Saido ſucceſſit, deſcendens ab altera familia, Ilchan vel Ilekchan; itemque brevis illa minorque dynaſtia Gjubanidarum, qui de gente Mogolica Selgjuk (alia) deſcendebant (v. l'Hiſtoire de Timurbek I. p. 138. 6.). Altera familia Genkizica eſt illa, quae in Deſcht Kapgjak, ſive Tataria ſeptentrionali regnavit. Ab hac orti ſunt Ilchanici, ſi tamen ex nomine Gialair, quod eorum aliqui (niſi omnes) geſſere, concludendum eſt (ſolent enim Turcae hiſtorici principibus imponere nomen ſuae tribus); dicendi forent hi nihil commune cum Genkizchanidis habere, ſed potius e tribu Gialair Tatarico-Mogolica oriundi eſſe, quae tribui Genkizchanicae erat adverſa et maxime inimica. vid. D' Herb. 240. a. *ult.* Certe fallitur D' Herb. p. 249. b. quando gentem Ilekhanicam eandem cum poſteritate Holacui facit. Et Uzbekici, quorum illi Bagdado imperarunt, hi Choroſanae, cui quoque provinciae nomen a ſe dederunt, quod hodie gerit, Uzbekiae. Sed inconſtante hi fortuna regnarunt, modo a Timuricis vexati, modo a Sofiis ſeu Schahis Perſiae. Ab eadem deſcendunt Tatarorum parvorum ſeu Crimenſium et Precopenſium prin-

principes, quibus titulus erat Karai vel Gherai, et quorum admodum frequentem facit Noſter mentionem ſub Ottomanidis. Timuridae ſucceſſerunt in Gjienkizidarum in India Choraſana et Transoxana poſſeſſiones. Minores Mogolicae ſunt dynaſtiae Karachatajan ſeu nigrorum Chathaeorum vel Chinenſium principes, iidem cum Gazis, qui ſub Sengjaro Selgjukida et ante atque poſt eum in Transoxana dominati ſunt; item altera eorundem Karachatajorum familia, in Kerman, Barrakidarum dicta. Mogoli quoque fuerunt, niſi fallor, Indi iſti, gens Olug Chani. Ad Tataricas dynaſtias pertinent Circaſſi, Mamluki, qui poſt Mamlukos Turcicos Aegypto et Syriae dominati et tandem ab Ottomanida Selimo exciſi ſunt. Auctore enim notarum ad Hiſtoriam Tataror. p. 446. *Le peuple — des Circaſſes eſt une branche des Tartares Mohammedans.*

Tandem Barbari ſe nobis offerunt luſtrandi, illi nempe, qui prodierunt ex Africae illa parte, quae Barbaria vulgo appellatur; ut et ex Mauritania. Pauci ſunt illi, nimirum Senhagjitae vel Badiſidae: qui tamen, ſi ſpectes eorum originem, et fidem Geographo Nubienſi adhibeas, deprehendentur Arabes et quidem Homeiritae eſſe. Ait enim is p. 82. c. f. Senhagjah et Lamthah fratres fuiſſe, de poſteris Homeiri vel Himjari oriundos. Dein al Morabethune, id eſt, excubantes et vigilantes pro tuenda vera religione, vulgo *les Marabouths;* alias quoque al Molattſchamune dicti, a Letſcham, oris et naſi velo, quale geſtamen illis gentibus in uſu eſſe, edidici quoque ex S. Omer libro gallico, quo faciem hodiernam regnorum iſtorum, id eſt, Maroccani, Fezzani, Tunetani, et reliquorum exponit. Poſſis itaque τὺς πεφορβιωσμένυς appellare, vel τὺς ἐπεστομισμένυς. Hi trajecto

iecto freto Gaditano finem fecerunt iſtis regulis, qui poſt Omajjadas Hiſpaniam diſcerpſerant. Duces hi fuerunt uſi Ioſefo, filio Taſchfin. Sed quia hic quoque tradente eodem Geographo p. 84. a Senhagjah deſcendit, erunt et hi certe ex parte Arabes. Hos rurſus deleverunt ol Mowahhedune, (id eſt unum deum profitentes et colentes, quaſi dicas Unitarii, quo titulo non minus gloriantur in univerſum Moslemi omnes, quam Romani illo Catholicorum). Alias etiam hi iidem Abdel Mumenidae audiunt, a conditore ſuo; ſuntque pariter ac priores, barbari. Marinidae, ut pronunciatum habere vult D' Herbelot p. 578 aut, quod idem damnat, vulgari in uſu verſans, Maznidae, ſintne barbari quoque, mihi non conſtat. Abulfeda ad An. 672, ubi eorum hiſtoriam exponit, *Arabes* ait eſſe. Minutae hae dynaſtiae parum attentionis apud ſcriptores excitarunt et meruerunt.

Sic abſolverimus primum caput horum prodidagmatum, et gentes viderimus atque dynaſtias praecipuas, quarum hiſtoria Muhammedana, et praeſertim haec noſtri Hagji Chaliſae, mentionem facit. Priusquam tamen ad ſecundum caput tranſeamus, non inutile fecerimus opus, ſi, qui quovis in regno dominati fuerunt, et quo ſucceſſionum ordine, ſtrictim percurramus. In Hiſpania ergo primi et potentiſſimi fuerunt Ommiadae, quibus deſtructis ſucceſſerunt variarum provinciarum reguli, ut Abbadidae, Hamudidae et alii. Hos exſciderunt ol Molatſchamune; hi pulſi ſunt ab al Mowahhedine: His per Chriſtianos Hiſpania pulſis ſuperfuerunt Ahmaridae, qui ſub Ferdinando Catholico et Carolo V. adhuc ſe ſuſtinuerunt.

Africam extremam et mediam hae tenuerunt dynaſtiae. Aglabidae, Roſtemidae, et Medraridae. Quarum auctores a Chaliſis orientalibus in ſuas

quique

quique provincias tanquam legati miſſi, monarchiam ſibi deinceps arrogarunt. Edriſidae porro, et Fathemidae. Badiſidae, ol Molattſchamune, ol Mowahhedune. Haſſidae, Marinidae, Maznidae, Ammaridae, Abdolwaddadidae et Scharifi (ſeu nobiles de ſanguine Muhammedis) Tunetani et Fezzani. Siciliam primum Fathemidarum nomine, deinde ut autocratores, tenuere Kalabidae.

Aegyptum habuerunt, praeter legatos Chaliſarum, tam Damaſcenorum, quam Bagdadicorum priorum, Thulunidae, qui primi obſequium negabant ſuis principibus, et provinciam, quae feudum hactenus fuerat, in principatum non dependentem erigebant. Hos ſecuti ſunt Achſchidici, quo nomine quoque celebre illud Achſchididarum mancipium, Caſur, Nigrita, venit. Diutiſſime tenuerunt Chaliſae Fathemidae. His eam ademit Saladinus et Ejjubidis ſuis tradidit. Qui quum tenuiſſent per ſaeculum nondum completum, a mancipiis ſuis extruſi deletique ſunt. Haec mancipia vulgo Mamluki appellantur, voce Arabica, quae poſſeſſum et domino ſubiectum iuſtoque titulo acquiſitum notat. Quia vero hi Mamluki, cupidi quique invadendae poteſtatis, perfide et crudeliter, nulla habita fidei et clientelae ſuae ratione, trucidabant et evertebant, quibus obſequium ſuum ſemel addixerant, inde factum eſt, ut hominem periurum et officii ſacramentique ſui negligentem, et a ſuſcepta ſemel religione deſciſcentem, mamlucum vel mammelucum vulgo nominemus. Horum Mamlukorum tres fuerunt claſſes. Prima illos complectitur Turcas, qui a rege Saleho Ejub Ejubida inſtituti altique in ſui corporis cuſtodiam, tanquam militare aliquod ſeminarium, iſto defuncto liberos eius et affines partim imperio arcebant, partim vita privabant; qui claſſem hanc

conſtituunt, illi appellantur ol Bahrici; de cuius nominis ratione tradit D' Herbel. p. 174. a. 545. b. Secundam claſſem efficiunt Mamluki Turcici, iſtorum priorum liberi et ſervi; tertiam Mamluki Circaſſi, quos demum Ottomanidae deſtruxerunt, tum quum Selimus, Imperator Ottomanicus, eorum poſtremum Thuman Baijum patibulo ſuffixit, et caeteris ſuis provinciis Aegyptum adiecit.

Syriam poſſederunt primum Omajjadae, dein 'Abbaſidae; tum Hamdanidae, Okailidae, Marwanidae, Mardaſidae, Selgjukidae, Akſankaridae, Ortokidae, Thogtekinidae, Ejubidae, Mamluki, et tandem Otſchmanidae.

Irakam Arabicam, aut Chaldaeam, Abbaſidae, 'Alidae, Bujidae, Aſaditae, Selgjukidae, Gjenkizchanidae, Ilekchanici, Timuridae. Ac Cojunlidae. Sofii Perſarum et Otſchmanidae per vices.

Arabiam petraeam, ſive al Hegjazum, Chaliſae Bagdadici. Ohaiſaridae, Haſchemidae, Katadahidae. Sic quidem ut Haſchemidae, olim Makkae poſt Ohaiſaridas domini, a Katadahidis expulſi commigraverint ol Madinam et eam occupaverint.

Arabiam felicem (ſive al Jaman vel Jemen) Zejadidae, Naggjahidae, Salihidae, Mahdidae, Ejjubidae, Raſulidae, Thaheridae, Zaididae, Ottomanici.

Fares, aut Perſidem, Soffaridae (poſt legatos Chaliſarum Bagdadicorum, de quibus tenendum eſt, quod ſub initium ſuae dynaſtiae toti orienti cis Oxum et Indum imperarint) Bujidae, Eliaſidae, Dailomitae, vel Zajjaridae, Kakujahidae, Selgjukidae, Spankarahidae, Bartakidae, Salgaridae, Atabeki Lar Buzruk, Gjenkizchanidae, Mothafferici, Angjuici, Ilekchanici, Schach Sofii.

Siſtanam

Siſtanam et adiacentia, ut Gor, Bamian, Candahar, etc. Bujidae, Sebektekinidae, vel Gaznevidae primi, Gurici, vel Gaznevidae ſecundi, Cort Gurici, vel Gaznevidae tertii, Gjenkizidae, Timuridae.

Irak al Agjami (ſeu Parthiam) et Choraſanam, et adhaerentia, ut Thabareſtanam, Choreſmiam, Kilanam, Schirwanam etc. Dabujehidae, Dawandici, Alidae in Thabareſtana, Thaheridae, Samanidae, Soffaridae, Zajjaridae, Fariunidae, Gaznevidae, Gurici, Ildikizidae, Iſmaelitae, Charezmici, *vel* Chowarezimſchahi, Mowajjadidae, Gjenkizchanici, Cort Gurici, Mothafferici, Sarbedzarii, Timuridae, Gjalauwici, Schirwanici, Kilanici, Kajumortidae, Schahi Sofii.

Adzerbaigjanam et Armeniam Selgjukidae, gens Daniſchmendly, Ildikizidae, Atabeki Lot Cugjuk, Gjubanidae. Ak Cojunlidae, Schahi et Otſchmanidae ex parte.

Meſopotamiam Bujidae, Hamdanidae, Ortokidae, Akſankaridae, Ejubidae, Genkizchanidae, Timuridae, Karacoiunlidae, Accojunlidae, Otſchmanidae.

Samarkendam et Transoxanam Samanidae Gaznevidae et Selgjukidae viciſſim. Gurici, Charezmici, Carachataei, Cort Gurici, Genkizici, Timurici, Uzbekii, Sofii.

Indiam Gaznevidae, Gurici, Cort Gurici, Mamluki, Uzbekici, Timurici.

Natoliam ſeu Aſiam minorem Selgjukidae, Karamanoglii, Germeanoglii, Menteſioglii, Aidinoglii, Omeroglii, Iſmyroglii, Dzulkaderoglii, Ramadhanoglii, Otſchmanidae.

Tatariam Ruſſicam ſeu ſeptentrionalem, alias Deſchtkapgjak, gens Tuſchi, filii Gjenkizchani, et Tatarorum Crimenſium principes, Karaiji dicti.

His abſolutis iam luſtrabimus *capite ſecundo* terras, quas iſtae gentes et dynaſtiae obtinuerunt. Quia vero terrae faciem et nomina mutant, pariter atque populi nomina mutant et ſedes, adeoque geographia recentior haud parum ab illa medii aevi, et haec ab illa vetuſtiore Graeca et Latina plurimum diſcrepat; nos autem omnia non poſſumus in hac, cui ſtudemus, brevitate perſequi: ducem eligemus et perihegetam mediae, ut mihi videtur, auctorem geographiae, id eſt non nimis vetuſtum, ſed neque illum recentiſſimum, *Abulfedam* intelligo, cuius opus geographicum admodum quidem celebre, ſed nondum, ut par erat, nobis notum et familiare, tanquam in tabula vel in nuce hic proponere ſedet animus, et breviſſimis excerpta eius contenta hic, ſed ordine paullum mutato primarum eius tabularum, exhibere. Qua in re gratum nos officium praeſtituros eſſe rerum orientalium ſtudioſis credimus.

Hiſpaniae igitur urbes, quae ſequuntur, nobiliores exhibet Abulfeda ſui operis tabula quarta. 1. Iſchbilijah ſeu Hiſpalin, vel Sevillam. 2. Ol Gjàzirat ol Chadhra, ſeu inſulam viridem, vulgo Geziret. Quo refert Wadi'l Aſli (ſeu fluvium mellis), al Hagjebijah, et on Naka. 3. Malekah (Malaga), quo refert Heſn (ſeu arcem) Schanaſch, Heſn Bazlijanah, Heſnol Majah, Heſn Murur, Heſn Schail. 4. al Marijah (Almeria), Bagjanah, Barſchanah, Bargjah, Andaruſch (f. Anduxar). 5. Bathaljus (Pax Auguſta, Padagoſſa.). 6. Marida (Merida). 7. Korthobah cum eo pertinentibus oz Zohra (ſeu radiante) arce 'l Kaſir (Alcaçer), Heſn ol Modawwar, Heſn Morad, nomo Aſek, et Eſtigjah (forte Ecija). 8. Garnathah (Grenada), cum fluvio Schanil (Xenil), arce Schalubinah. Bagah (Baca), et ol Kalat (Al Cala, ſeu arce) Sadijah.

9. Gjaj-

9. Gjajjan (ſ. Jaën) cum Kigjathah, Bajaſa (ſ. Baeza) arce Schakurah (Segora) monte Sementan, Ubedah, Laſthar, et arce Barſchana. 10. Morſijah (Murcia), cum ar Raſchaka, az Zabakat, monte Il, urbe Mulah (forte Molina), Oriulah (Origuela). 11. Danijah (Denia) cum arcibus Jocatrah et Bairan. 12. Balanſijah (Valentia) cum ar Roſafah, Monjat Ibn Amer et Schathibah (Setabis, Xativa). 13. Thorthuſchah (Tortoſa). 14. Schantarin ad mare Britannicum (ſ. Santillana ad mare Biſcayenſe). 15. Madinatol Walidi, ſeu urbs Walidi, apud montem es Schahrah (ſ. Sierra), qui Hiſpaniam mediam dividat, ab occidente urbis Tholaithala, ſeu Toleti, qua ex deſcriptione intelligo, hanc urbem eſſe non poſſe, quae videbatur, Medinaeeli. 16. Tholaithala (Toletum) ol Faragj (ſeu recreatio) eamque alluens fluvius Wadi'l Hagjarah (Guadalaxara), ſeu fluvius vel torrens lapidum. 18. Salem. 19. Sarakoſthah (Caeſar auguſta, Saragoſſa), capitalis et Tſchogri 'l Ala, ſeu confinii hoſtilis ſuperioris. 20. Laridah (Leridah) urbs (ſ. capitalis addendum) in et Tſchogr, in confinio hoſtili (fortè al Asfali, id eſt inferiore, addendum). 21. Tharkunah (Tarracona). 22. Bambalunah (Pamplona). 23. Barſchanunah vel Barſchalunah (Barcinone aut Barcellona). 24. Bordal, urbs a ſeptentrione Barcellonae, a gladiorum fabrica celebris. 25. Orbunah (Narbona). 26. Oſchbunah, et cum articulo *al*, al Oſchbunah, Uliſſipone (unde apparet derivationem huius nominis ab Ulyſſe deliramentum eſſe monachale, ex ignorantia articuli Arabici al praepoſiti natum), cum Schantara (ſ. Santarem) fluvio Budanſch (forte Tajo) et Bagjah (ſ. Bexa). 27. Cades (Cadix) cum ei oppoſita Keſral Magjazi, ſeu arce Traiectus, ad fluvium Hiſpalenſem.

In notis marginalibus, in quas coniicere ſolet ignobiliora loca, et de quorum certa definitaque poſitione non conſtat, exhibet ſequentia. Schantjakuh (St. Jago de Compoſtella). Inde ad nomum Sevillanum refert Orcoſch (Arcos) Schariſch (Xeres de la Frontera) Tharif (Tariffah), cum ei oppoſita inſula cognomina. Rondah; nomum Schadunah (id eſt Sidonia), in quo Chaulan nomum Carmunah vel Carmona, inſulam Kapthal (vel Capital) in fluvio Hiſpalenſe, id eſt Wadi 'l Kabir (vulgo Guadal quibir), id eſt fluvio magno. Urbem Thanjanah e regione Hiſpalis. Infra Hiſpalin et Tharjunah inſulam Schantabus, nomum Utanah e ſeptentrione Hiſpalis, et inſulam Schalthiſch. Ab occidente ad litus oceani locat Schalab (forte Silves in Luſitania), Schantamarijah (Cabo de St. Maria). Ad Andaluſiam porro refert Heſn al Birah, quae olim fuerit capitalis. Sed in eius a Moslemis deſtructae dignitatem ſucceſſiſſe Grenadam. Suſpicatur W. Schikardus in ſchedis Manuſcriptis forte Illiberim eſſe. Item Kalah Rijah (forte Caſtro del Rio), niſi pro رياحر quod eſt in Leidenſe, legendum ſit رباحر Rabah. quod ad *Calatrava* propius accedit, quam hic deſignari putat Schikardus l. c. Ad Grenadam Luſchah (ſ. Loja) item Oſchunah (Oſſuna).

Africa, quam Abulfeda tabula 3. exhibet, diſtribuitur in al Magrab al Akſa, ſeu occidentem extremum, in Africam provinciam, proprie ſic dictam; alias quoque al Magrab al Auſath, ſeu occidentem medium; et in Dejar Meſr, vel Aegyptum. Solent enim ſcriptores accurati Arabici, non item Turcici, quando urbem antiquam deſignare volunt, hodiernam al Cahiram vel Cairo, nude Meſr

vel

vel Miſr dicere; quando vero totam provinciam, Deiar Meſr.

Extremus occidens, vel Mauritania, continet regna Sanhagjah, Segjelmaſah, Marrakeſch (Marocco), Fas (Fezz), Telemſan (Tremeſen). Dicitur quoque Mauritania Sus ol Akſa (ſeu Sus extrema), quae complectitur Asfi, capitalem magni nomi Dakalah, Tarudant, Tadelah, Agmat, Marrakeſch, Azammor, Sala, Thangja (Tingis), Sabtah (Ceuta). Apud Fas ſunt montes Madjunah, Daran, Madgarah (cuius incolae potiſſimum ſunt Kumenſes, gens Abdel Mumeni, fundatoris dynaſtiae ol Mowahhedine). Jaſr. et Wanſchariſch, fluvius Salaf, regiones gentis el Maſamidah. Maſchkurah, Henthaba, Tinmalil, Cozwalah (vel Gjozwalah), Maknaſah apud fluvium Fulful. Kaſr Abdelkarim, (vel Kaſr Katamah, vel arx aut palatium Katamidarum). Ad Telemſan pertinet Areskul, portus oppoſitus al Meriae, urbi regni Granadenſis, tractus Wahran et Hanin. Ad Sala tractus Tameſchna, et eius celebre emporium Anfa. Ad Thangjah Kaſrol Magjazi (caſtrum traiectus). Ad Sabtah, Baljuneſch et portus al Maramma, oppoſitus Andaluſeno portui ol Mankab. Tandem ad extremum occidentem quoque pertinet Ribath ol Fathi (excubitorium, vel ſpecula victoriae), urbs ab Abdel Mumen condita.

Ad Africam provinciam ſeu Libyam pertinet Bagjajah provincia, cum urbe capitali cognomine, et Aſchir et ol Gjazajer, (ſeu inſulis, vulgo nomine corrupto appellatur hodie Algier. Sed eius integrum nomen eſt Giazajer Bani Madzgennan, inſulae filiorum Madzgennan,) tractus Gamarah, et in eo celebre emporium Badis, unde principes Badiſidae. Koſthinah (Conſtantina) Marſa 'l Chozari (ſeu portus concharum) Tuzar. Lamthah,

Audagaſt, Darah, Beſkara, capitalis urbs provinciae 'z Zab. al Meſila (alias al Mohammadica), Thabnah, Bilad ol Gjaridi (ſeu terrae palmarum) in quibus Kaffah, Thorrah, Gadzames, Zabilah, capitalis terrarum Karran, Sort, Gjun (ſeu ſinus, Golfo), Radik, Ogjdanijah. In litore Africano Bunah, quam et Bagjam intercedit fluvius Magilah. Porro Tunus vel Tunetum, Suſah. Curat ol Gjazirah (ſeu nomus inſulae) ol Mahdijah, Safakos, Kabas, al Kairowan (Cyrene) Tripolis Africana. Bagjah diverſa a Bagjajah, et a Bagjah Hiſpana. Barkah provincia, cuius unicus portus eſt Agjih, et unicus fluvius Darna. Ugjali. Tahort gemina, una vetus, Tahort Abdel Chaleki dicta, et recens altera Irak ol Magrabi, portus Farich, Sathif, Sobaithalah, Rakkadah, Nabzart et Tholmaitſchah (vel Ptolemais).

Aegyptum deſcribit Abulfeda tabula ſecunda, et partitur in Said al Ala (ſeu Thebaidem ſuperiorem) in Said ſeu Thebaidem nude. Proprie tamen Said notat in genere τὰ ἄνω, ſuperiorem, editiorem terram, quo aſcendere opus eſt, quemadmodum veteres quoque hanc τὴν ἄνω Αἴγυπτον appellabant, ut contra Delta τὴν κάτω alias ol Whoſthani ſeu media dicitur, et tandem in Dejar Meſr, Aegyptum infimam, hodie al Bahari, a qua forte mamluki ſic dicti al Baharici vel al Bahrici nomen habuerunt. In Said ol Ala, ſeu quae Nubiam et Aethiopiam ſpectat, ſunt Mamfaluth, Abutigi, Oſchmunein, (diſtinguendum ab Oſchmun Thonach) Anſeba, Daſchna, Oſwan, al Gjanadel, Kus, Keſth, ol Choſus, Kamula, Maſchhad or Rodainii. Abwaith (vel Bowaith), Akſar, Armant. Ad mare rubrum, Bahr ol Kolzom dictum, in tractu al Bagja dicto, ſunt Kolzom (unde nomen iſti ſinui) Aidzab, ol Koſair, ol Allaki,

Allaki, ol Wadhah. In Aegypto media ſunt Echmim, Osjuth (vel Sojuth) ol Bahaſna, ol Lahun, Buſir, Dohruth, ol Fajjum. In ipſa Aegypto ſeu Dejar Miſr, ſunt ol Foſthath, (alias Miſr, quae urbs complectitur al Kathaje, et al Cahiram, ſive Nicopolin, vulgo le Grand Cair) Holwan, Sacha, Abwan, Thaha, Belbais, ol Abbaſah, Memf, ol Haramain, ſeu geminae pyramides, probe diſtinguendae ab al Haramain Arabiae, ſeu geminis aſylis, quae ſunt Makkah et al Madinah, et per ح ſcribuntur, ol Iſkandariiah (ſeu Alexandria) Damanhur, Fub, or Raſchid, Dimjath, ol Monſchajjah, Tanis, Tunah, ol Farma, ol Manſura, ol Mahallah (ſeu τὸ καταλυμα, alias Mahallat od Dakalah), Gjugjar, Oſchmum (vel Oſchmun), Thonach (quae etiam Oſchmun or Rimmani audit, item Oſchmun ol Gjaris, vel ol Gjaras) ol Baſchmur, Schathnuf, Gjazirat ol Katthi (*Katzeninſel*), tandem Thur (ſeu montem) Sinai huc refert. Raſah, Kathijah, ol Ariſch, et ol Warradah, ſunt ſtationes in illo tractu, qui ol Gjafar appellatur, (ſeu vaſtae ſterilesque arenae) et qui Syriam et Aegyptum diſcriminat. illae autem arenae, quae Barkam et Aegyptum intercedunt, ol Wahat appellantur *).

Arabia **), quam tabula prima proponit Abulfeda, ſuperſtitione inductus Muhammedana, quod

 credebat,

*) Haec Aegyti deſcriptio typis expreſſa eſt hac epigraphe: ABULFEDAE Deſcriptio Aegypti, Arabice et Latine; ex Codice Pariſienſi edidit, notas adiecit *Ioannes David Michaelis.* — Goettingae 1776. 8 mai. Deſcriptionem ac cenſuram doctiſſiman huius editionis, addita lectionis varietate e codice Leidenſi, exhibuit *Ioh. Bernh. Koehlerus* in *Allgem. teut. Bibl.* T. XXXI. p. 371 — 397. Cf. etiam *Goetting. gel. Anzeigen* a. 1777. *Zug.* p. 209 ſqq. *M.*

**) Latina huius tabulae interpretatio, a *Ioan. Gravio* confecta, legitur in *Geographiae veteris ſcriptoribus Graecis minoribus*

credebat, ſolum, in quo natus fuerit et obierit ſuus propheta, caeteris praeſtare, ideoque primo gradu eſſe collocandum, ea, inquam, generatim dividitur in Nagjd (ſeu editiorem), quae eſt verſus Chaldaeam et Syriam, et in Tahámah, ſeu humiliorem, quae eſt verſus mare. Speciatim vero provinciae eius ſunt ol Jamana (ſeu Arabia felix) ol Hegjaz, (quaſi dicas ſeptum, aut paries intergerinus, id eſt Arabia petraea). Arabia deſerta, quam ipſe Arabes al Badijah (ſeu Campaniam) appellant, eamque duplicem Syriacam et Chaldaeam, al Bahrain. Oman, et in medio ſitam Jamamam, probe ab al Jamana diſtinguendam.

Arabia felix complectitur minores hos nomos. Zabid, Hadhrmaut, Schihr et Mahrah. Urbes notandae ſunt Adan (aut et Adan Abin), Sahul, Thafar, Sana, Zabid, ol Mahgjam, Gjoblah (alias Madinat on Nahreine, ſeu urbs gemini fluvii). Heſn Teez, Sahalah, Heſn Demluwah, ol Gjuh, ol Gjanad, Nagjran, Sadah, ol Aſchamijah, Mareb (aut Saba) Gjoraſch, os Schargjah, ol Herdah, ol Tſchalabijah, Halj, Merbath, os Serrain, Jalamlam, Dzemar, Schebam, metropolis Hadhramauteni nomi, tractus Chaiwan, Gamdan arx, Alackah, Birin.

Ad

ribus a *Ioan. Hudſona* editis Vol. III; et Francogallice a *de la Roque*, in appendice ad eiusd. *Voyage dans le Paleſtine vers le grand Emir.* — *Ioan. Gagnier* eandem Arabice, cum verſione Latina et notis edere coepit, hoc titulo: *Deſcriptio peninſulae Arabum*, in folio. At editoris mors impediit, quo minus opus coeptum et usque ad paginam 72 typis excuſum ab alio continuatum et ad finem perductum fuerit, ideoque plagulae iſtae rariſſime reperiuntur. Ineſt Gagnierii *Diatriba de Arabia* a p. 1 usque ad 55. Optant harum rerum periti, ut nova et perfecta Arabiae Abilfedinae editio a viro ſubſidiis ad id negotium neceſſariis ſuſciperetur. *M.*

Ad al Hegjaz pertinet Macca, (circa quam notandi montes Abu Kobais, Harrah, Arafat, Tſchur, Radhwa, vallis Mena, Mahſchar, al Mozdalefah, ol Mohaſſeb, ol Hodaibijah,) porro al Madinah (id eſt urbs), vel alias Madinat on Nabiji, ſeu urbs prophetae, ubi Koba cum Maſgjad et Takwa (ſeu oratorio pietatis) montes Ohod, et Air, or Rabadah, ol Awali, gemini montes Thajitarum Ogja et Solma, dein oth Thajef, ol Omrah (vel Omrat oth Thajefi) Wagjah, ol Akik, ol Baki, Dzu'l Holaifah, or Ragii, Gadir Chamm, *ol* Gjofah, Chalis Badr, ol Abwa, Chaibar, ol For, Oſfan, Gjoddah, Bathn Marri (aut poſtero tempore Modarregi Otſchman), Dzat Erk, ol Jamamah urbs, olim Gju, ol Charagj, ol Jamba, Barwa, Madjan, ol Gjar, ol Hagir.

In Campania Syriaca Tabuk, Tima, ol Heſn ol Ablak, Dumat ol Gjandal, Tadmor, Ilah. In Campania Baſrenſe, vel Chaldaea eſt Kathemah. In al Bahrain ſunt ol Ahſa, ol Kathif, Howarin, Tarut, ol Moſchakker, tractus Hagjar. In Omana ſunt Tawam, Sohar, et inſula Adwal.

Syria, quam tab. 6. deſcribit Abulfeda *), ſolebat in quinque Agjnad ſeu praeturas dividi. Nempe Gjond (id eſt ſingularis numerus praecedentis pluralis Agjnad, notatque praeturam, item exercitum, legionem). Felaſthin aut Palaeſtina, Gjond ol Ordonni ſeu Jordanis. Gjond Hems, aut Emeſſae, Gjond Demeſchk, aut Damiſci, et tandem Gjond Kineſrin. Dividebatur quoque in al Awaſem, et at Tſchogur. Illud vi vocis loca fortia, munita, reſiſtentia, notat, et illum tractum circa Antiochiam deſignabat. Hoc enim loca paten-

*) Hanc Syriae tabulam doctiſſime editam eſſe a *Joan. Bern. Koehler*, monuimus ſupra cap. VII. Sect. I, ubi etiam hujus operis notitiam exhibuimus. *M.*

patentia, hiantia, ἐπικίνδυνα, hoſti oppoſita et confinia notat, et illum deſignabat tractum Armeniae et Ciliciae contiguum. Sed hac de re ſtatim amplius dicetur.

Ad Palaeſtinam itaque refert Abulfeda Gazah, Aſcalan, ar Ramlah, Jafa, Caeſaream Syriacam, Antharthus, Arhuf, Acca, Lydda, al Lagjun, Zogar (vel Zoar), Bait al Makdas, (aut Hieroſolymas) os Salt in monte cognomine. Ariha (Jericho), et Afik.

Ad domum Damaſcenum, tractum os Scharat, ol Balkaa, et Hauran. In as Scharat ſunt os Schaubek, et Moan. In al Balkaa ſunt or Rakim, Mutah, ol Karak, Mab (vel Moab, item or Rabbah), Amman (Ammon) fluvium ar Zorka (ſeu caeruleum), Barcah (ſeu lacum), Ziza, Hosban (Heſpon), capitalis. Porro pertinent ad praefecturam Damaſcenam urbes Saida (Sidon), Maſchgara, Camed, Bairut (Berytus), Gjobail, Banias (alias Madinat ol Asbathi, ſeu urbs tribuum, ſcilicet Jonicarum, πανιὰς), ol Batschinah, os Sobaibah, Kafar La, Bait Saber, Sarda, Dorija, Adzraat, Nawi, ol Gjidur, os Sanaman, ol Koſwah, fluvius ol Awagj (ſeu curvus) Schakif Arnun, Schakif Tirun, Gjabal (ſeu mons), Amelah, Damaſcus, ol Guthah (ſeu paradiſus), or Rabuwah, mons Kaſiun, fluvius Barradi, Margi or Raheth, Margi os Safari, Karah, mons Labanan (ſeu Libanus), mons ol Chaithi (ſeu fili, vel uno quaſi filo continuans), mons od Darijah, mons Caſrawan, mons es Sekkini (ſeu cultri vel ficae), Balabak (Baalbekum aut Heliopolis), Argjamus.

Ad Hauran, vel Auranitidem, pertinet or Zor, capitalis. Baſra (non confundenda cum al Baſrah, in Chaldaea), Sarchod, Agjlun, in monte Auf, tractus ol Gaur (ſeu profundum, id eſt Coeleſyria), qui

qui incipit a mari foetido, et al Ardh al Makluſbah (ſeu terra inverſa, id eſt ſolo Sodomae), et pergit per Baiſan usque ad Tiberiadem.

Ad Gjondum Hemſenum pertinent Tripolis, Heſn ol Akrad (ſeu arx Curdorum), Hems, Salamijah, ol Markab (ſeu ſpecula), ol Belenias, Schaizar, Kafar Thab, or Raſtan, os Sowaidijah fluvius ol Aſi (ſeu Axius, alias quoque ol Maklub ſeu inverſus, item Orontes dictus). Pertinent quoque duo principatus Hamatenus et Halebenſis. Ille complectitur Hamatam, Barin, or Rafanijam, *Gjabalah*, Maarrat an Nomani, et Maarrah Miſrein, Heſn Maſjaf (vel, ut interdum quoque ſcriptum occurrit Masjat), et ol Atſchareb. Halebenſis autem complectitur ol Ladzakijah (Laodicaeam), Erkah, Famijah (Apameam), Serminolkuah, Harem, Haleb, Azaz, Heſn Tall Baſcher, Chonaſarah. Curat (id eſt nomum) al Hejari, ol Ahaſs, Sobaitſch.

Ad Gjond Kinneſrin pertinent Kinneſrin ad fluvium Kowaik, or Roſafah (etiam Roſafat Haſschami dicta, quo melius ab aliis diſtingui poſſit). Bagras, Darabſak, Jagra, or Rawandan ad fluvium Afrin, Aintab, Daluk, Sahjun, Heſn Borzajjah, os Schogr, Bacas (Pegae), Heſn Manſur ad fluvium el Azrak (ſeu coeruleum) Kalat or Rum (ſeu arx Graecorum) ad fluvium Razban, ol Birah, Wadi 'z Zaitun (torrens aut vallis olivarum). Mambegj cum ponte celebri. Heſn Bataja, Zabethra, Cures, Kalah Nagjm, ol Bab, Bozaah, Bales, Bab Eſkanderunah (ſeu pylae apud Alexandrettam).

Ad al Awaſem refert Ibn Haukal (vetus et bonae notae geographus, quo ſaepe uſus fuit auctor Abulfeda) nomos integros ſequentes. Antiochiam, Tizin, Mambegj, Bales, or Roſafah,

Gjumah,

Gjumah, Schaizar, Familjah, Maarrah, Suran, ol Athamaine et plures alios. Ad ot Tſchogur autem Ajas, Tharſus, ol Harunijah, Caniſah (vel al Caniſat as Suda, id eſt eccleſiam nigram), Adenah, Meſſiſſa (ſeu Mopſuheſtiam), apud fluvium Sihan. Caſarnaba, Margjod Dibagji, arx Hamus, Tall Hamdun, Ainzarjah (vel Ainzarbah, vel Nawarza, olim Anazarbus), Sis, Sarſendkar, ad fluvium Gjihan, od Darbend ol Morri, Barsbert, Kachta, Karkar, Bahaſna (diverſa ab illa Aegyptiaca), Maraſch (Mareſia) et Somaiſath (Samiſatus).

Meſopotamia, Arabibus ol Gjazirah ſeu *inſula* dicta, quam Abulfeda tabula 7. pertractat, complectitur Deiar Modhar, Deiar Rabiah, Deiar Bacr, (Vox Dejar, vulgo Diar, notat habitationes et ſedes; caeterae vero Modhar, Rabiah, et Bacr, vel Becr, ſunt tribuum Arabicarum nomina), praetereaque al Gjazirah proprie ſic dictam.

Ad Deiar Modhar pertinent or Roha (veteribus Edeſſa, barbaris noſtris Orfa vel Urfa), Harran (Charrae), or Racca, item vulgo 'l Baidha ſeu Alba, Karkiſia (Circeſium), Schamſchath, et Acr Babel. Ad Dejar Rabiah, Ras Ain, Maredin, Kafr Tutſcha, Niſibin ad Fluvium el Harmas, Sengjar, mons ol Gjudi (Gordyaeus, aut Ararat). Balad, Seert. Ad Dejar Becr Kalah (ſeu arx) Gjabari, or Rahabah, ol Hattach, Hizan, Hani, Daman.

Ad ipſam al Gjaziram provinciam Heſn Kaifa, Kalikala, Makeſin, Dara, Kenkawar, ol Gjazirah urbs, pleno nomine Gjazirat Ebn Omari dicta. Fanak, Tall Afar, Majjafarekin, Anah, od Dalijah, ol Hadhr, ol Mauſel, Barkaid, Akr ol Hamidijah, os Schuſch, ol Magjdal, Hakkar, ol Amadijah, Heſn Moslemah, Tſchamanine, Kaſchaf ad Zabum, ol Haditſchah ſeu Neapolis ad Eufratem,

Dakuka,

Dakuka, ol Bawazigj, os Senn, Tecrit, Sarugj, ol Haditſchah (ſeu Neapolis aut Nova) ad Tigridem, Amid, Heſn Dzilkarnain, fluvii gemini Zab, id eſt Zab (ſeu Lycus) maior et minor; et ol Chabur ſeu Chaboras, a quo dicta quoque regio; et ot Tſchartſchar.

Ol Irak, ſive ſimpliciter, ſive Irak ol Arabi ſeu Arabica dicta, veterum Chaldaea, quam tabula 8. praeſtat, poteſt ſecundum ductum Euphratis et Tigridis pertractari.

Ad Euphratem pertinent Hit, Kobaiſah, ol *Hella* (aut diſtinctionis gratia Hellah Bani Mazjad, ſunt enim aliae duae Hellae, ſed ignobiliores), ol Kateſijah, ol Hirah (alias ol Baidha vel Alba), ol Chawarnak arx, fluvius Nars, Dzukar, os Sib, ol Haſchemija (aut Haſchemitat ol Kufah), ol Kufah, Sura, ol Ambar.

Ad Tigridem Okbara, Kathrabbol, ol Baradan, Babel, ol Madajen (eadem cum Thiſifun, vel Cteſiphonte), Nahrſchir, Dairol Aſi, Kalwadza, Sarſar geminum, ſuperius et inferius, ol Kaſs. Bagdad vel Bagdadz alias quoque oz Zura ſeu curva vel tortuoſa dicta. Latus eius orientale dicitur Aſkar ol Mahdi, ſeu caſtra 'l Mahdii, nec non or Roſafah, ſive ἡ λιϑόστρωτος. Latus occidentale ol Karch (quod potiſſimum Schiitae vel Rafedhitae temporibus Chalifarum obſidebant, unde frequens eius in hiſtoria mentio). Porro ol Mahawwal, os Sendijah, Bakuba, Mobarek, Baderaja, Gjobbal, Sauk Tſchalatſcha, on Nomanijah, on Nahrwan, Kaſr Ebn Hobairah, Gjargjaraja, Dair ol Akul, Fommos Salhi, Nahr ol Malek, od Daſkara, Kawi, Galula, Waſeth, Schalmagan, Chanckin, Kaſr Sirin, Samirra (vel Sarramarraa, nec non Saamarraa), Holwan, ol Baſrah, Sawad ol Baſrah, Merbad ol Baſrah,

Miſan,

Miſan, ol Maſchan, ol Obollah, Abadan, ol Bathajeh (ſeu Lacuſtria, nempe Euphratis), ol Gjamidah, Gjawwaitſch, on Nil.

Chureſtan خوزستان aut Chureſtan خوزستان (tab. 9.) veterum Suſiana, interdum appellatur ol Ahwaz, ab urbe capitali, al Ahwaz. Huc refert Abulfeda nomum Toſtor (vel ut vulgus effert Sohoſtor), Daſtowa, Sauk ol Arbaa, Dur or Raſebi, Gjorgjan (probe diſtinguendam ab illa Gjorgjan, quae Chawarezim aut Choreſmia dicitur, ad mare Caſpium ſita), Aſkar Mocram, Heſn Mahdi, Nahr Tirah, ol Ahwaz urbem, od Durak, Chan Mardawigi, Ram Hormoz, Reſtak oz Zatth, Mambali, Korkub, Baſna, Gjondaiſabur. Ad Chureſtanam ſimpliciter refert Gjobajj, Basjan, Mahruban, Orgjan, os Suſ. Matutſch, oth Thib, Riſchahr, ol Chaberan, Sambil.

Fares aut Farſiſtan, id eſt Perſis, tab. 10. tractatur. Sciendum nempe, quod terminatio Perſica *iſtan* aut *eſtan* notet locum aut regionem. Refert ibi Abulfeda ad tractum maritimum Siniz, Gjonnabah, Gjur, Chur os Siſ, Siraf, Bidzchan, Nabend. Ad nomum Ardſchir, id eſt Artaxerxis, Harrah, ad nomum Sapur, tractum Kazerum, et eius capitalem Nurd, Naubendegjan, Schab, (id eſt vallem, ſeu jugum,) Bawwan, unum ex illis quatuor ab amoenitate celebratis in oriente locis, quorum reliqua ſunt Gutha Damaſcena, Nahrol Obollah, et Sogd (Samarkendenſis), Korkan, os Sarmak, ad nomum Iſthechar, Abarkuh (vel Abarkujeh, vulgo Warkuh), et ol Baidha (ſeu Albam, Perſis Naſchanik). In genere ad Perſidem refert Nagjiran. Fairuzabad (olim Gjur جور vel خور Chuz, unde forte Chuziſtan et Chureſtan) Karzijat, Karzin, Schiraz, Eſthechar, Faſa (vel Baſa, unde

unde famoſus ille Baſaſirenſis. vid. Hagji Chalifah ad An. 451). Sarweſtan, Jezd, Maibodz, Tuh (vel Tuz), Faragj (vel Pahrah), Heſn Ibn Amarah, Darabgjerd, Gjahram.

Kermanae (tab. 11.), cum Caramania non confundendae, urbes ſunt Gjiroft, Zarand, Baſd, Bardaſchir (aut Kawaſchir), Hormoz et Zarun, inſulae duae, os Sirgjan, Bamn, montes ol Kaſs, verſus Mocran, quos incolunt gentes ol Bolus olim, ſed Abilfedae tempore Abagjt dictae, ſunt, qui in chartis Balluci, aut Ballodges, gens ferox et bellicoſa, appellantur, Maſekan, Baimend.

Sagjeſtanae (tab. 12.) ſunt or Rocchag, Zarangj (alias provinciae cognominis urbs Segjeſtan, quae ſucceſſit in antiquae, ſed obſoletae capitalis Ram Schahreſtan locum), Heſnoth Thaki, Chawaſch. Boſt ad fluvium Hend Mend, Karnin (diverſa ab illa Choraſanica Karnin), Kurat (ſeu nomus) od Dawar, in quo Dargaſch, Sirwan.

Ad Send (tab. 13.) pertinet od Daibol, Kabol, Multan, ol Birun, Saduſan, Azur, Kalori, Anori, Bahragj, ol Maſwahi, Reſtak (ſeu praetura), ol Charugj (in qua Raſek), Baſchmadz, Kizkanan, Kamhal. Item provincia Mocran, in qua capitalis Tiz, fluvius Mehran (id eſt Indus), provincia Thuran, et in ea Kadzar, Kandawil, Gandaur, et Armenabil.

Indiam ait Abulfeda (tab. 14.) ab uno atque altero itineratore dividi in tres partes; unam al Gjazarat, Sindiae et Mocranae conterminam, quam puto eam eſſe, quam Hagji Chalifah Kagjarat appellat, eius interpres Italus Chiezuret, et chartae vulgares Guzurata. Alteram huic ab oriente poſitam ol Manibar, terram piperis, in qua ſint Hanur, Baſrur, Mangjarur, Ras Hili, mons, Tandijur, Schalijat, Schikali. Tandem tertiam al Mabar

(ſeu traiectus) terram, ſecundae al Manibarae (Malabarae) et al Culamae ob oriente ſitam, et Chinae contiguam; in qua ſint Ras Comhari, Maniſattan, et Birdawal, capitalis. Haec tradit ille in notis marginalibus. In ipſa vero tabula hoc fere ordine percenſet urbes Indiae. Tanah provinciam, et eius capitalem Sendan, vel potius Sendapur, Sofalah (aut Suſarah), Sumenat in terris Gjazarat, Nehelwarah, Kambajet, Mahurah (regionem al Barahem vel Brachmanum, et in ea fluvium Kank vel Gangem). Waihand, metropolin regni Candaharici, Delli, Nakur (forte male ناكور Nacur ſcripſit, pro باكور Bacur, quod chartae dant, aut vice verſa), Gjalur Mandari, Luhur (aut Lahawor), ol Maabar, fluvium os Sulijan, Balharah, Kanugj, ol Caulam, provinciam Ramerun cum montibus ſuis, qui dividunt Indiam et Sinam; ibidemque Ducara. Akſchamibun, et nomum Maraſ.

Sinam recenſet (tab. 15.) et memorat in ea Chanku ad fluvium Chamdan, Changju, ſedem regiam, Kozku, ol Chanſa, Zaitun, os Sili, Gjemkut.

Tab. 17. reflectit Abulfeda gradum ex oriente in occidentem et proponit Bilad ar Rum, ſeu terras Graecorum, Romaniam Aſiaticam, Natoliam, Aſiam minorem, prout nominare malis. Ibi ſunt: Larindah, ol Alaja, Akſchahr, Amaſijah, Kunijah, Ak Sarai, Heracla, Kaiſarijah, Siwas, Arzen or Rum (vel Arzerum, quam putant aliqui eandem eſſe cum Kalikala ſuperius allata ſub Meſopotamia), Malathijah, Anthalijah (Sattalia), Folk Bar, Ankurijah, Amurijah, Tucat, Caſtamunijah, Sinub, Samſun, Tharapzun. In notis marginalibus ad ſequentem tabulam 18 recenſet ea, quae ſunt ad Pontum Euxinum, Cazbi, ol

Gjarun,

Gjarun, Benterkali, Samaſti, Catru, Kinuli, Abchas, ol Kafa, Kanli ad mare Crimenſe, Thaman, Azok (Azoff), Sochum et Gjakrak.

Tab. 18. perſequitur Armeniam (vel Irminiam), Iranam (vel rectius Arranam), et Adzerbaigjanam. Sub Armenia occurrunt Arzangjan, Majanah (ſeu Mejanegj), Muſch, Arzan, Malazgjerd (vel Malazkerd), Bedlis, Challath (vel Echlath), Argjiſch, od Dabil, Waſthan, Heſn Zejad (vel Chortbert) et Barkari.

Sub Adzerbaigjanah, Maragah, Tabriz (vel Tauriz), os Solthanijah (vel Congerlan), Ugjan, Irdubil, mons Sablan, Ormajjah, Barzand, Tahla, Wartſchan, Marand, Chankarkar, fluvius et Roſs, Salmas, Chowajj (Khoi), Gjanzah, Choſruſchah, Bardigj, Chunagj.

Sub Arrana Mucan, Bardaah (quae et Madinat or Ran), Congjah, Schemkur, Taflis, Sormari, Sarir ol Lan (اللان forte rectius اللاز folium, ſive regia ſedes Lazorum), Bab ol Lan, Ainur, Hagjiran, Nadzababek, Bailakan, Babol Abwab (ſeu porta portarum, item Derbend, pylae Caſpiae, item Demir Capi porta ferrea, item olim Alexandria), Gjabal ol Alſoni (ſeu mons linguarum, aut dialectorum, cuius plerique ſunt incolae Lokzi, Lezgui), Dowin, Naſchwi (aut Nakgjjwan), Schirwan, Bacowi (aut Baku).

Ad Belad al Gjabali (ſeu regionem montanam) alias Irakel Agjami, aut Iracam Perſicam, vel Parthiam tab. 19. pertinet Schahrzur, et eius capitalis Irbil, Kermiſin (aut Kermanſchah), od Dainawar, Kaſrol Loſuſi (ſeu caſtellum Latronum, alias Kenkewar), Kaſr Schirin, Sohraward (vel Saherwerd vulgo), os Saimarah, oth Thalekan, os Sirawan, eiusque capitalis Maſabdzan, Iſtabadz,

 Zangjan,

Zangjan, Nahawand, Gjurkan, Mawaſchan, Coſchaf, Aznawah, Rudz Kawar, Borugjerd, Abhar, Sawah, Chowar, Semnan, Kazwin, Awah, Gjarbadzkan, Comm, Kaſchan, or Raj, Nubhar, Iſfahan (e tribus conflata, quarum antiquiſſima Gjaji, et recentior Schahreſtan, periere, ultima vero ſubſiſtit, olim ol Jahudijah, ſeu urbs Iudaica dicta, nunc Iſfahan), Bar Chawar, Zarand, Doligjan (aut Dolikan), Rawand, Chan, Langan, Nathanz, Irdaſtan, Kargj Abi Dolaf, Gjabal Dombawend.

Dailom (tab. 20.) vel Dailomitis, et Kilan (alias quoque Kil, item Gjil et Gjilan) continet Bimanſchahr, Dulab (vel Daulab, alias Kaſkar), Lahagjan, Kutom, Rudzabar (ſedem regiam), Salus, Calar, Kaſijar, Buman, Tulom.

Thabareſtana (tab. 21.) continet Rujan (alias Sareſtan), ol Laragjan, Natel, Deheſtan provinciam, et eius capitalem Achor, nomum Dombawand, et eius capitalem Wimah, nomum Mazenderan, et eius praecipuam Amol, una cum Alhom, Mamathir, Sarijah, Eſterabadz, Aboſkun, nomum Cumas, eiusque Semnan, od Damegan, Baſtham, provinciam et urbem Gjorgjan.

Choraſana (tab. 22.) continet Farawah, Iſfarajen (alias ol Mahragjan), Sabzaran, Mazinan, Schahraſtan, Schareſtanah, Naſa, Scharmogul, Scharmakan (vel Gjarmakan), ol Buzgjan, Sarachs, Abiward (vel Abaward, vel Baward), nomum Chobaran, et in eo Mihanah et Cobadzijan, Kuſan, Buſchangi (vel Fuſchangi, vel Buſchank), Badzagis, Baun (vel Babnah), Isfezaz, oth Thalekan, Anderab, Chaſt, Farijab, nomum Balch, et in eo Chauſt, Baglan (vel Baklan), Scharek, Cholm, Gjuzgjanam (vel Schapurkan), Zamm, Azgjawah, nomum Naiſabur (vel Naſchawor), et in eo Chobuſchan, Gjagjaram, Gjam (vel Zam),

Tart-

Tartſchit, Kondor, Chugm, Bacharz, Boſchtanekan, Riwand, os Schadzjach, ol Gjuzgjan, Cohonduz, Chowaf Sangjar, Caſchmihan. Nomum Thus, et in eo 'th Thabaran, Thus (vel Maſchhad), Sanabadz, Naukan, Radzkan. Nomum Baihak, et in eo Choſraugjerd. Provinciam Kuheſtan, et in ea Thapſain (forma duali, quia duae ſunt urbes, Thapſ Kileki, et Thapſ Maſchinan), Tun (vel Tun Kuheſtan), Zauzen, Najajedz. Nomum Gowain (vel Kowan), et in eo Adzadzawar, nomum Haratae, et in eo Karuch, Chargjerd (vel Chorah Kerd), Malin, montem Chogjoſtan, Margab, pagum et fluvium, nomum Bagſchur, et eius capitalem Kun, et Sakawand, nomum Marwenſem, in quo Marwa 's Schahgjan, Dandanekan, Karinain (olim Bukdir), Marwa 'r Rudz (Rudz eſt nomen fluvii), Sagan, Iſſinkan, regionem Chottali, ſeu Catlan, in qua Halawerd et Laukund. Dicitur autem Curat ol Chotthali, ſeu Chottalorum vel Cattlanorum nomus, id, quod fluvio Wachſchab et fluvio Badzachſchanae, qui Charnab dicitur, comprehenſum eſt.

Zabuleſtan (tab. 23.) continet regionem montanam al Gur (vel Gor, vel Gurenſium), et in ea capitalem Zuf, Firuzkuh, Kerdkuh, et regionem Bamijan, et in ea Gaznah, Balak, Farun, Lamgan, Mimand, Bamijan, Bangjahir, Cabul.

Thochareſtana et Badzachſchana (tab. 24.) continent, illa quidem Semengan, Eſkalkand, Walwalegj, oth Thajekan, Raun, Sakandarah, Halbek. Haec autem, urbem provinciae cognominem, et Gjerm, et Jaſtal.

Chowarezmia (vel Choreſmia, tab. 25.) habet Korkangj al Kobra (ſeu maiorem), Gjorgjanijah Chawarezim (aus Korkangj as Sogra, vel minorem),

rem), Katſch, Zamachſchar, Hezaraſp, Daran, Bahira (ſeu lacum) Chorezmiae.

Transoxana (tab. 26.) continet nomum Bocharenſem, et in eo Bochara, Farbar, oth Thawawis, Baikond, Karminijah, Dabuſijah, Sormari, Amu, Zuſch, Ilak, (nomen id eſt urbis et tractus illius totius, qui Nubecht et Ferganam intercedit, in quo Tonkat etiam eſt,) montem Schablag, nomum Oſruſchnah, Zamin (vel Zamigj), Chodaiſar, Dzaral, os Schabalijah, nomum Samarkendenſem (vel Sogdianum), in quo Samarkend, Sogd, Chaſuſagen, mons Kuhek, Arbengjan (vel Rubengjan), Choſchanijah, Eſchtichen, Kabudzangji Ketſch, Nur, mons ol Bottom, Chawus, Wazar, Zaz, Chuſekt, nomum os Saganijan, in quo Schuman, Waſchgjerd, arx or Raſeb, nomum al Chottali. (Nam Catlan citra et ultra Oxum protenditur, ideoque iam ſub Choraſana fuit memorata,) in eo ſunt ol Wochſch, (a qua fluvius Wochſchab nomen accepit. *Ab* enim aquam Turcis notat,) nomum Tarmedz, in quo Sarmengjan (vel Gjarmenkan). Keſch apud duos fluvios, unum Nahr al Kaſſaraine, alterum Nahr Aſchur, Nachſchab (vel Naſab), Bazdah, Maimarg, Waſchgjerd, Iſterabadz, nomum os Schaſch, in quo Benkatſch, Badzachkatſch, Saukatſch, Beſkat, Charaſchkat, nomum Ferganenſen, in quo Margenan, Andokan, Farganah, Achſiketſch, Chogjendah, Chawakand, Koba, Iſſidzbolan, nomum Iſſigjab, in quo Osbaniketſch, Tharaz, Schalgi, Oſrut, Gjekel, provinciam Torkeſtan, in quo ol Kerjat ol Gjadidah (urbs nova, vero Turcico nomine Jengicond), Gjand, Balaſagun, Kaſchgar (alias Ordu Cad), Chotan, nomus Farab (aut Otrar), cuius capitalis Cadar, Chanbalek, Waſeh. Tandem

Kaſchmir,

Kaſchmir, Thamgagj et Karakum ſunt provinciae verſus extremum orientem.

Tab. 27 et 28. exponit terras Arabibus barbaras et incognitas, in auſtrum et ſeptentrionem. Sed earum recenſionem, quia nihil ad hiſtoriam Muhammedanam faciunt, omittemus.

Haec ſunt fere, quae in ipſis tabulis ſuis geographicis Abulfeda tradit. Adhuc de prolegomenis huius, quem recenſemus, libri paucis dicendum. Perhibet in illis aliquas primo loco regulas geographiae mathematicae, dein diſſerit de ſpatiis geographicis, tum de maribus, et lacubus, inde de fluviis, et denique de montibus.

Maria nominat haec, oceanum Atlanticum, Sinicum, Indicum, Perſicum, Arabicum, Africanum, Mediterraneum, Adriaticum, Aegaeum, Euxinum, Britannicum, Caſpium. Lacus autem hos. 1. 2. Duos illos, quorum ſinguli fiunt ex ſingulis quinque fluviis, qui e montibus Komr delapſi coëunt, et cum gemino Nilo communicant. 3. Lacum Kura, e quo procedit geminus Nilus, unus Nilus Makadſchu dictus (is eſt Aegyptius), alter Nilus Ganah, ſive occidentalis. 4. Lacum Zarah in Segjeſtana. 5. Lacum ad Fajjum. 6. Naſtarabah. 7. Dimjath. 8. Tunetanos, unum dulcem, alterum ſalſum. 9. Mauritanum apud Kaſr Abdelkarimi. 10. Lacum apud Panias. 11. Lacum al Bokai, apud Balabak. 12. Lacum Tiberiadis. 13. Lacum Zogar (vel Zoar, ſeu mare foetidum aut mortuum). 14. Damaſcenum. 15. Kadas (alias Hemſenum). 16. Apameenſem. 17. Antiochenum. 18. al Bathajeh (ſeu lacuſtria Euphratis; alias Bathajeh al Baſrah). 19. Lacum apud origines Gjihuni (vel Oxi). 20. Chowarezmicum. 21. Lacum Argjiſch (in Adzerbaigjana). 22. Lacum Ormajjah. 23. Lacus Perſiae, Deſcht Arzan, et al Hamakan.

Inter fluvios nominat: 1. Nilum. 2. Tigridem, ad quem ſequentes pertinent. 3. ot Tſchartſchar. 4. Báſanſa. 5. oz Zab maior. 6. oz Zab minor. 7. ol Kathil, vel potius ol Kawathil. Sunt enim Kathili numero tres. 8. od Dogjail, vel parvus Tigris. 9. Nahr ol Ahwaz. 10. Nahr ol Marrah. 11. Nahr od Dair. 12. Betſchko Schirin. 13. Nahr ol Makel, apud al Báſram. 15. Nahr ol Obollah. 16. Nahr ol Jahudi. 17. Nahr Abi Chaſib. 18. Nahr ol Amiri. 19. Nahr ol Kondol. Hi omnes fluvii e Tigride aut arte, aut natura derivati ſunt. 20. Euphratem, et ad eum pertinentes hos. 21. Nahr Schamſchath (vel Sámoſatenum). 22. Nahr ol Balih. 23. ol Chabur. 24. ol Harmas. 25. Nahr Iſa. 26. Sarſar. 27. Nahr ol Malek. 28. Nahr Cutſchi, qui procedens ulterius Nahr Sura, et tandem Nahr os Sorat appellatur. Hi omnes in Euphratem ſe exonerant. Conſentit itaque noſter Abulſeda cum Xenophonte, quem ex Arriano et Plinio mendacii arguere vult Eduard. Spelman ad eius Anabaſin Cyri lib. I. not. 115. p. 78. Inde 29. Nahr ol Ordonni ſeu Jordanem affert, qui etiam Nahr os Schariati, ſeu fluvius vadi a caſu Iſraelitarum audit. 30. Nahr ol Jarmuk, qui ſe in Jordanem effundit. 31. Fluvium Hamatenum, qui alias ol Oronth (ſeu Orontes, item on Nahr ol Maklub ſeu fluvius inverſus, ut et on Nahr ol Aſi ſeu fluvius rebellis vel Axius). 32. Fluvium Famiae aut Apameae, qui in lacum Apameenſem effunditur. 33. on Nahr ol Kabir (ſeu fluvium magnum), ibidem locorum. 34. on Nahr ol Aſwad (ſeu nigrum) apud Darabſak. 35. Fluvium ad Jagra. 36. Fluvium Aſrin; qui tres fluvii in unum congregati exeunt in lacum Antiochenum. 37. Fluvium Gjihan apud Maſſiſam. 38. Sihan apud Adenam. Hi duo coaliti pariter exeunt in mare Cyprium apud

apud Tarſum. 39. Fluvium Gjorgjan, qui apud Aboskun gemino oſtio in mare Caſpium exit. 40. Nahr Abi Fothros, apud ar Ramlah in Palaeſtina. 41. Fluvium el Korr (vel Cyrum), qui Adzerbaigjanam et Arranam dividit, et in mare Caſpium exit. 42. Fluvium el Corr (ſeu Cyrum) alterum, qui per Perſidem et agrum Schirazenum latus in lacum al Bagjakan elabitur. 43. Fluvium Balchae, vel Gjihunem, id eſt Oxum, qui ortus in provincia Badzachſchan evadit in mare Caſpium. 44. Fluvium Schaſchae, id eſt Sihunem, aut Jaxartem, qui ortus in Turkeſtana effluit in lacum Chawarezmicum. 45. Fl. Mehran, alias es Sind, olim Indum, qui apud od Dibil exit in mare Indicum. 46. Kank (ſeu Gangem). 47. Nahr Thab, qui ortus apud Iſfahanam et iunctus cum fluvio Maſn, exit apud Schiriz in mare Perſicum. 48. Fluv. Zandarudz, qui Iſfahanam alluit. 49. Fluv. Schirin, qui ortus in montibus Dinar, in tractu Bazarangj, pervagatus Perſidem exit apud Gjonnabah in mare Perſicum. 50. Nahr os Sakkan, etiam Perſicum. 51. Tigridem al Ahwazae. 52. Nahr ol Maſrakan, fluvium Chuſiſtanae. 53. Fl. Toſtarae, qui iunctus cum Nahr os Sadrah incidit in mare Perſicum apud Heſn Mahdi. 54. Nahr or Raſſ, qui ortus in montibus Halikala, in Armenia, iunctus apud Wartſchan cum fl. Cyri exit in mare Caſpium. 55. Fl. Hend Mend. in Segjeſtana, qui ortus in al Gur, vel Zabuleſtan, incidit in lacum Zarah, ex eo procedunt tres rami, Nahr oth Thaami, Nahr Baſirudz, Nahr Sanarudz. 56. Fl. Ancyrae. 57. Fl. Romae, id eſt Tiberim. 58. Fl. Heracleae, qui ortus in montibus el Alaja exit in pontum Euxinum haud procul Sinope. 59. Fl. Thona, vel Danubium. 60. Fl. Ozu, (qui eſt Nieſter aut Nieper,) olim Boryſthenes. 61. Tan

(vel Tanain). 62. Nahr ol Otol (ſeu Wolgam). 63. Fl. Suſ el Axa (ſeu Mauritaniae extremae). 64. Fl. Maluwijah, qui iunctus cum fluvio Segjelmaſae exit in mare mediterraneum. 65. Fl. Sevillae. 66. Fluvium el Morſijah (vel Murciae). Unde patet, Noſtrum ſaepe, quia vera fluviorum ignorabat nomina, urbes, quas alluunt, eorum loco poſuiſſe.

Poſt fluvios commemorat montes, in quibus nominat 1. montes el Komr, e quibus oritur Nilus. 2. Montes Gjudi. Sic conſtanter a ſcriptoribus Muhammedanis appellantur جودى Gjudi pro جردى Gjordi, vitio ſcripturae, quo ر et و, ut ſaepe fit, permutata fuerunt, et quod nunc, ut alia multa huius generis errata, in legem tranſiit immutabilem. Sunt enim montes Gordi, vel Gordyaei, alias Ararat, in quibus arca Noae perhibetur conſediſſe poſt diluvium. 3. Montes Syriae otſch Tſchalagji (nivis) ol Lokam, Labnan (Libanus) Sanir, Caſijun, Schahſchabu, diverſa nomina diverſorum tractuum eiusdem montium iugi. 4. Montes Sejakuh. 5. Montes Thabareſtanae. 6. Thur, (ſeu montem Sinai). 7. Montes Dombawend. 8. Montes oſch Schahrah, in media Hiſpania vel Andaluſia. 9. Montes el Bort, Pyrenaeos. 10. Montes Daran in Mauritania. 11. Montes Cozwalah, ibidem. 12. Montes el Gjanadel, Aegyptum inter et Barkam. 13. Montes Zangjan in Armenia, Adzerbaigjana, ar Rajja et Curdiſtan. 14. Montem ol Kaitak, alias montem linguarum, apud Derbend maris Caſpii verſus ſeptentrionem. 15. Montes eth Thailomum (vel oth Thair, aut avium; olim Catadupas in Aegypto). 16. Montes Gjalut (vel Goliathi, in al Wahat apud ol Lahun, vid. tab. Aegypti). 17. His ab auſtro

ſitos

ſitos montes el Lazurd (ſeu lapidis Lazuli). 18. Montes or Rahun in inſula Sarandib (vel Ceilon). 19. Montes Turkeſtanae per Ferganam ad Bocharae montem Warakah procedentes. 20. Montem Biſtum, in Irak al Agjami. 21. Montes Thaijitarum, Ogja et Solma, ab oriente 'l Madinae. 22. Montem el Haretſch, apud Irdubil in Adzerbaigjana. 23. Gabal Tharek (Gibraltar). 24. Montem Gomarah, in Africa apud fretum Gaditanum. 25. Madjunah. 26. Madgarah. 27. Joſr. 28. Wanſchariſch. 29. Montem ol Aredh, in Arabia felice.

Tandem declarat quaedam ordinem diſpoſitionis et uſum ſui libri ſpectantia. Non inutile iudico neque ingratum hiſtoriae orientalis amantibus accidere, quod ideam ipſis clariorem dare voluerim libri, quem pauci viderunt, omnes magnis, et tantum non immeritis laudibus celebrant. Certe ſi prodierit aliquando hic liber, quem latina civitate donavi *), erunt, qui ſpei votisque ſuis eum non reſpondere querantur, et multa non inveniant in eo, quae chartae hodiernae produnt; et contra legant multa, quorum veſtigium in chartis non comparet. Sed illi ſciant, Abulfedam eſſe ſcriptorem noſtri ratione iam antiquum, et qui ſaeculo XIII. ineunte exſtitit; ideoque non poſſe illum niſi geographiam aevi medii tradere. Ut autem gentes mutantur et migrant, ſic etiam locorum nomina eadem ſemper non obtinent, neque termini regionum manent iidem. Poſſet quidem hic exhibitus locorum catalogus augeri multis nominibus; prae-

*) Prodiit haec *Reiskii* verſio Latina operis Abulfedini geographici in *Büſchingii Magazin für die neue Hiſtorie und Geographie* P. IV. p. 121 — 298 et P. V. p. 299 — 366 (*Halae Magdeb.* 1770. 1771). — Cf. Ioan. Dav. Michaelis *oriental. Bibl.* P. I. p. 1 — 36; et *Allgem. teut. Bibl.* T. XXIII. p. 106 ſqq. *M.*

praeſertim illis, quae noſter Hagji Chalifah hoc in libello tam ex Aſia minore, quam ex Rumilia (vel Thracia) et Hungaria citat, quorum illam ſatis cito pede percurrit Abulfeda, hanc prorſus non attigit. Huic autem vitio medebor addito in fine libelli indice geographico. Sufficiat in hac rerum brevitate et propoſiti mei anguſtia guſtum dediſſe. Si Deus nobis ipſum toties laudatum geographum conceſſerit edere, copioſiores, ut arbitror, erimus *).

Iam tertio loco nobis dicendum eſt de ſcriptoribus, qui res in oriente, et in univerſum a Muhammedanis geſtas, literarum monumentis tradiderunt et ab oblivione vindicarunt. Ordiar ab iis, quos poſſideo, tam impreſſis, quam manuſcriptis. Addam deinceps, quibus careo.

Inter libros itaque editos, qui noſtrum hoc argumentum pertractant, absque dubio chorum ducit immortale D'HERBELOTI opus, quo carere nemo poteſt, cui hae literae curae cordique ſunt **). Congeſſit illuc eruditiſſimus iſte Francus inſignium quorumque caſuum et optimarum rerum ex praeſtantiſſimis ſcriptoribus farraginem, quam ipſis eorum verbis apponit. Dolendum, quod res geſtas non ordine temporum perſcripſerit, ſed diſcerpſerit cohaerentes, ut vix poſſit inde continuata hiſtoriae orientalis notitia comparari. Quod ipſe ſibi paſſim contradicat, id condonandum viro praeclaro. Ex aliis atque aliis tradebat auctoribus, et obrutus rerum multitudine non poterat omnia ſimul animo habere praeſentia, non

Herbelot.

poterat

*) Haec lucubratio Reiskiana inedita adhuc latet in bibliotheca publica Guelpherbytana. *M.*

**) Nimium tamen laudis Reiskium tribuere bibliothecae Herbelotianae, obſervat *Koehlerus* in Repert. etc. P. III. p. 184. *M.*

poterat non labi. Poſſem hunc librum duplo facere ampliorem ex apparatu meo. Et ſane quid proceſſu temporis a me ſit hac in re exſpectandum, dies docebunt *). (Scripſeram haec mense Iulio A. 1747.)

Sequitur EDUARDUS POCOKIUS, Anglus, vir egregius et de ſtudiis Arabicis optime meritus, ipſo D'Herbeloto Arabice doctior; quamvis Perſicae Pocoke.

*) BARTHOLOMAEUS D'HERBELOT, regis Galliarum interpres linguarum orientalium atque Profeſſor regius linguae Syriacae in univerſitate litterarum Pariſina, immatura morte (1695) impeditus, collectionem a ſe inſtitutam nec abſolvere, nec in lucem publicam edere potuit; neque ab editore anonymo, qui hoc beneficium tanti viri memoriae debuiſſe videtur, extrema manus fuit addita. Prodiit vero opus, hodie inſigniter rarum, hoc titulo: *Bibliothèque orientale, ou Dictionaire univerſel contenant tout ce qui regarde la connoiſſance des Peuples de l'Orient etc. Par. M.* d'Herbelot. *à Paris* 1697. fol. Alia editio noſtro aevo parata *Trajecti ad Moſam* 1776 in folio, meraque eſt repetitio nitida editionis prioris. Quae vero *Hagae Comitum* a. 1777 ſqq. typis excuſa, ſupplementis inſignibus ſplendet, voluminaque quatuor in quarto complet, quorum quidem tria priora Herbeloti collectionem ipſam, ordine tamen alphabetico male tranſpoſito, continent, quartum autem paginis 680 additamenta epiſcopi Claudiopolitani C. VISDKLOU et A. GALLANDI. Acceſſerunt a. 1783 additiones, a p. 680 voluminis quarti usque ad p. 764, e ſchedis REISKII noſtri, quarum hoc ipſo loco meminit, et HENRICI ALBERTI SCHULTENSII, Prof. lingg. orient. Leidenſis. Inſunt non ſolum ſectiones integrae plane novae, ſed etiam ſupplementa multarum, ab Herbeloto elaboratarum. Nec deſunt emendationes errorum, circa annorum computationes hominumque nomina commiſſorum. Editio aptior Pariſiis, quantum ſcimus, paratur, Halaeque Magdeburgicae verſio Theotiſca, autographo forte praeſtantior.

Cf. I. D. MICHAELIS *oriental. Bibl.* P. XIX. p. 41 ſqq. 47 ſqq. P. XXI. p. 1 ſqq. — *M.*

ſicae et Turcicae linguarum peritia diſpar. Dolendum in hoc viro, quod opulenta conſtitutus in ſupellectile codicum manuſcriptorum, et patrono beatus magnae dignitatis et ampliſſimarum opum, qui ſumtus imprimendis libris Arabicis liberaliter praeſtabat, et vita gaviſus longa vegetaque, ad libros tamen, quos ederet, ſeligendos parum adhibuerit iudicii. Nam, praeter eius *ſpecimen hiſtoriae Arabum*, libellum aureum *), poteramus carere caeteris, Porta Moſis, Eutychio **), Abulfaragjio. Horum loco debuerat Abulfedae typos et curas ſuas impendiſſe, aut ſaltem al Maidanenſi. Non tamen uſu ſuo carent iſti eius editi libri, quos inter praeſtat Abulfaragjius ***).

Almakhin. ELMACINI Hiſtoria, ut appellatur vulgo, Saracenica bonus eſt liber, quam Erpenio atque Golio debemus. Dolendum quod Erpenius, vir diligens, neque indoctus, et inter primos Arabiſmi ſtatores certe maximus, in codicem inciderit adeo pravum, ut ſaepe et perſaepe pravis ex Arabicis multo peiora Latina, ridiculosque et abſurdos ſenſus extuderit. Sed excuſandus eſt vir bonus. Deſtituebatur illo tempore ſubſidiis, quae noſtro poſſidemus. Semitas calcabat invias et inacceſſas. Si prodierit aliquando Abulfeda aut Ibn Schehnah, poterit Elmacinus plerisque in locis haud difficulter

*) De quo egimus in huius Bibliothecae Vol. I. P. I. p. 85. Reiskius mox paullo plura de eodem monebit. *M.*

**) Eutychii, patriarchae Alexandrini, Annales, Arabice et Latine. Oxon. 1658. 4. *M.*

***) Cuius hiſtoriam compendioſam dynaſtiarum, e qua etiam ſpecimen modo memoratum excerpſerat, edidit Oxon. 1663. Cf. Bibl. noſtr. hiſt. I. c.

ter corrigi. Meretur interim legi. Mihi certe haud raro, neque parum profuit *).

Golius

*) DSCHERDSCHES (ſ. GEORGIUS) IBN ALAMID ſ. ALMAKHIN, vulgo ELMACINUS, ortu Aegyptius, homo Chriſtianus, non puriſſimae tamen doctrinae, Chaliphae Aegyptio ab epiſtolis, natus a. Chr. 1223, denatus Damaſci 1275, ſcripſit Arabice hiſtoriam univerſalem ab initio telluris usque ad finem paene ſaeculi poſt Chr. nat. XIII. Prima pars, qua hiſtoria narratur usque ad fugam Muhammedis, nondum typis expreſſa: altera vero, quam laudat Reiskius, hoc titulo: *Hiſtoria Saracenica*, qua res geſtae Muslimorum, inde a Muhammede usque ad initium imperii Atabacaei, per XLIX Imperatorum ſucceſſionem fideliſſime explicantur, inſertis etiam paſſim Chriſtianorum rebus in Orientis potiſſimum eccleſiis eodem tempore geſtis. Arabice olim exarata a GEORGIO ELMACINO, fil. *Abiljaſeri Elamidi* cet. et Latine reddita, et cum archetypo Arabico edita opera ac ſtudio *Thomae Erpenii*. Accedit et *Roderici Ximenez*, Archiepiſcopi Toletani, Hiſtoria Arabum, longe accuratius quam ante e MSto Codice expreſſa. *Lugd. Batav.* 1625. fol. (Ximenis hiſtoria reperitur etiam in SCHOTTI collectione ſcriptor. rer. Hiſp. T. II. p. 162 ſqq. ſed mendoſe.) Latina Macini verſio ſeorſum etiam edita *Lugd. Bat.* 1649. 4. Archetypi etiam editio octonis plagulis, neſcio quo anno, typis excuſa. Curas editionis Lugdunenſis 1625 poſtremas poſt mortem Erpenii ex eiusdem teſtamento ſuſcepit *Iacobus Golius*. Pars iſta chronici typis impreſſa deſinet morte Chaliphae Almoſtadher anno Hegirae 512 ſ. a. Chr. 1118. *Renaudotus* in hiſtoria Patriarcharum Alexandrinorum varia cum contextus editi tum verſionis Erpenianae loca emendavit. Idem ante eum iam egerat *Hottingerus* in hiſtoria orientali eccleſiaſtica et in Bibliotheca orientali. Idem varia notavit in margine exempli huius operis, quod poſſedit, hodie autem aſſervatur in bibliotheca electorali Manhemienſi. Quarum annotationum copiam fecit pluresque ſuas doctiſſimas immiſcuit *Ioh. Bernardus Koehler*, easdemque edidit hoc titulo: Obſervationes ad Elmacini hiſtoriam Saracenicam, quibus partim locis mendoſis e Codice Halebenſi (quo *Petrus Golius* uſus erat, et

Alpherganus. Golius quod AL FARGANENSEM ediderit, neſcio an multum eo laudis meruerit, verum additus eius commentarius, utinam integer, cedro dignus eſt. Geographiae orientalis ſtudioſus illo carere

et a cuius fratre *Iacobo* notata acceperat *Hottingerus*) et coniectura atque collatione aliorum ſcriptorum integritatem reſtituere conatur, partim minus recte ab Erpenio latinitate donata ſub examen vocat; in (*Eichhornii*) *Repertorio für bibl. und morgenländ. Litteratur* P. VII. p. 133 — 164. P. XIV. p. 59 — 127. Ante iam idem *Koehlerus* emendationes quasdam in hiſtoriam Chalipharum Alamini et Alamumi, a Macino p. 124 — 140 narratam, propoſuerat in Specimine emendationum in ſcriptores Arabicos, adnexo ſuis Emendationibus in Theocritum (*Lubecae* 1767. 8.); quibus acceſſere nonnullae obſervationes Reiskianae.

Eadem Macini hiſtoria Francogallice reddita prodiit hac inſcriptione: *Hiſtoire Mahometane, ou les XLIX Chaliſes du* Macine, *diviſés en trois livres par Mr.* P. Vattier, *Conſeiller et Medicin de Monſ. le Duc d'Orleans* (et Profeſſor regius linguae Arabicae Pariſienſis † 1667) *à Paris* 1658. 4. Additus eſt: *Sommaire de l'hiſtoire de Muſulmans ou Sarraſins en Eſpagne, extrait de* Rodric Ximenes, *et verifié ſur le* Macine, *par M.* Vattier. *Renaudotus* in libro modo laudato ita de hac verſione iudicat: Nec felicius Erpenio Elmacinum interpretatus eſt noſtra lingua vir ceteroqui Arabice doctiſſimus, qui Latinam potius verſionem ſecutus videtur, quam Arabica autoris verba, cum praeterea nomina propria ſingulari et qua nemo alius forma expreſſerit, in qua Arabibus ipſis fuerit divinandum. Eiusdem generis eſt *Anglicana* verſio, quae Latinam prorſus ſequitur. — Nullibi amplius quidquam de hac verſione Anglicana indagare nobis licuit.

Cf. IOH. HENR. HOTTINGERI Promtuarium ſ. bibl. orientalis p. 75 ſqq.

GER. IOH. LETTE Notitia auctorum Arab. adiect. Obſervatt. in ſacr. cod. v. *Elmacinus.*

IOH. BERN KOEHLERS *Nachrichten von einigen Arabiſchen Geſchichtſchreibern*; in *Repert. für bibl. und morg. Litt.* P. II. p. 45 — 53. — *M.*

carere nequit, praeſertim quum Abulfeda geographus nondum proſtet *).

Idem Golius hiſtoriam quoque Timuri, florido et ſublimi ſtylo ſcriptam ab IBN ARABSCHAH, edidit **), librum vix uni atque alteri utilem. Nam difficilis atque obſcurus quum per ſe ſit, auctoris- Ibn Arabſchah.

*) MUHAMMEDES ALFRAGANUS ſ. ALPHERGANUS, h. e. Ferganenſis Arabs, Aſtrologus, vulgo Λογιστικός nuncupatus, florens circa annum poſt Chr. nat. 880, ſcripſit *Elementa chronologica et aſtronomica*, quorum Latina verſio, a Iohanne Hiſpalenſi, ut creditur, elaborata, primum prodiit *Ferrariae* 1493. 4. (Cf. Goetzii *Merkwürd. der Dresdn. Bibl.* T. II p. 307.) Eadem verſio cum praefatione *Phil. Melanchthonis* typis repetita *Norimb.* 1537. 4, atque *Pariſ.* 1546. 8. *Iacob Chriſtmannus* Latine reddidit libri verſionem Hebraicam *Iacobi*, Antoli filii, e vetuſtiore Latina, comparata tamen cum archetypo, confecta. Addidit Commentarium, qui rationem Calendarii Romani, Aegyptiaci, Arabici, Perſici, Syriaci et Hebraei explicat, et intervalla praecipuarum aerarum ita declarat, ut ab Olympiadibus et Urbe condita usque ad noſtram memoriam, per annos Nabonaſari, Iulii Caeſaris et Chriſti, certa temporum ſeries conſtare poſſit. *Francof.* 1590. 8. Optimam vero editionem curavit *Iacobus Golius* Amſtelod. 1669. 4. — Excerpta ex Alphergani Aſtronomicis exſtant in libro, qui inſcribitur: Arabia ſ. Arabum vicinarumque gentium orientalium leges, *Amſtelod.* 1635. 12.

Cf. G. I. VOSSIUS de artium et ſcient. natura p. 120.
GOLIUS in Praef. ad Alpherg. aſtronom.
HERBELOT in Bibl. orient. v. *Fargani.*
I. F. WEIDLERI hiſt. aſtronom. p. 207.
HAMBERGERS *Zuverläſſ. Nachr.* etc. T. III. p. 641 ſq. — *M.*

**) Hoc quidem titulo: AHMEDIS ARABSIADAE vitae et rerum geſtarum Timuri, qui vulgo Tamerlanes dicitur, hiſtoria. *Lugd. Bat.* ex typographia Elzeviriana 1636. 4. *M.*

ctoriſque ſui ex deſtinatione, multo eum facit difficiliorem foeda vitiis ſcribarum et typorum iſta Leidenſis editio, qua Golius (ſi verum volumus audire) Arabicae linguae ſe monſtravit admodum imperitum. Neque exputo, quomodo idem vir tantam potuerit in hoc prodere ignorantiam, quantam contra prodidit peritiam Arabiſmi ſuo in Gjeuhario, quam ego certe ſtupui tum, quum particulam iſtius Arabici lexici, quod Golius latine in ſuo Lexico exhibuit, Leidae mihi exſcriberem. Uſu deprehendi, quam difficilis fuerit iſte labor, quam capitale opus perfecerit Golius, cui par aliud abſolvere hodie poſſe credo neminem. Sed ad hiſtoriam Timuri redeo. Illa non rerum et narrationum, ſed verborum et ſtyli gratia legi meretur. Sunt mihi ex codicibus Pariſinis atque aliis ſubſidia, quibus hunc auctorem emendare poſſem et integrare. Praeterea ex ingenio haud pauca reſtitui. Et fieri poſſet, ut haec aliquando volente Deo proferrem.

Abulfeda. ABULFEDAE hiſtorici particulas duas in lucem ediderunt praeclari viri, *Gagnier* et *Schultens*. Ille Oxonii vitam Muhammedis, ab illo Principe Ejjubita Hamateno traditam, edidit, cum commentario, qui ipſa eius verſione melior eſt *). Laudem

*) JOANNES GAGNIERUS, natione Francogallus, ſed qui apud Anglos floruit et aetatem exegit, excerptam ex Arabico Abulfedae opere, quo hiſtoriam generis humani univerſam narravit, illam partem, quae res a Muhammede geſtas exſequitur; primigenio ſermone cum Latina interpretatione ſua et doctiſſimis commentariis hac epigraphe in lucem edidit: ISMAEL ABU'L FEDA de vita et rebus geſtis Mohammedis, Moslemicae religionis auctoris et imperii Saracenici fundatoris ex codice Mſto Pocokiano bibliothecae Bodleianae textum Arabicum primus edidit, Latine vertit, praefation

dem enim magnam illa ſua Abilfedae interpretatione meritus non eſt. Saepe ſic vertit, ut integrae paginae nequeant niſi una litura corrigi.

L 2 Arabice

et notis illuſtravit *Ioannes Gagnier*, A. M. *Oxoniae*, e theatro Sheldoniano 1723. fol. mai. — Verſionem Gagnieri Latinam etiam inculpat *Koehlerus*, qui varias eiusdem correctiones Specimini ſuo in ſcriptores Arabicos, paullo ante laudato, inſeruit. Gagnierus Abilfedae narrationem de Muhammede in LXXV capita diſpeſcuit, iisque praemiſit commentationem doctiſſimam de Abulfedae fatis ſcriptisque. Copioſae et utiliſſimae annotationes adiectae ſunt. Idem Gagnierus Muhammedis vitam, non ſolum Abulfedae, ſed etiam aliorum ſcriptorum Arabicorum ope, Francogallice compoſuit, hac inſcriptione: *La vie de Mahomet, traduite et compilée de l'Alcoran, des traditions authentiques de la Sonna, et des meilleurs auteurs Arabes. Par Mr.* JEAN GAGNIER. à Amſterdam 1732. II Tomi in 8. Tractationi ipſi praemittitur introductio ſane utilis, eaque in partes duas dividitur, quarum illa de origine Arabum, haec de genealogia Muhammedis agit. Operis ipſius tomi duo ſeptem complectuntur libros, quibus ordine chronologico Muhammedis fata resque geſtae narrantur. Liber I a nativitate Muhammedis incipit, eiusque infantiam et iuventutem, itinera, matrimonium primum, miſſionem, perſecutiones, fugam priorem, apparitiones angeli Gabrielis, aliaque miracula et prodigia, quae ipſi contigiſſe creduntur, usque ad converſionem Cazregjitarum ad religionem Muhammedanam, capitibus XXII deſcribit. Liber II, comprehendens capita XVII, narratione itineris nocturni, quod Muhammedes Mecca Hieroſolymas et inde usque ad ſeptimum coelum feciſſe fertur, paene abſolvitur; niſi quod de ulteriore progreſſu cultus Muhammedici et de fuga altera Pſeudoprophetae quaedam ſubnectuntur. Liber III introitum Muhammedis in urbem Medinam et inſtitutionem cultus atque caerimoniarum novae eius religionis, tum varia bella, contra Coraiſchitas, Iudaeos, Aſaditas, Arabesque, ab eo geſta, capitibus XII enarrat. Liber IV, qui ultimus eſt tomi prioris, VIII capita exhibet, in quibus hiſtoria quarundam expeditionum militarium, nec non uxorum aliquot, Gagnier.

Arabice non ſatis callebat, et carebat iudicio critico, quod rationem monſtrat, male a librariis exarata emendandi, et ex iis, quae bonum ſenſum

aliquot, quas duxit Muhammedes, percenſentur. Libro V per XII capita agitur de ſomniis, viſionibus et inauguratione voluntaria M., de pace, quam cum Coraiſchitis iniit, de viſitationibus locorum ſanctorum, ab ipſo inſtitutis, de faſcino et veneficiis, quibus affectus fuit, de legatis, ab eo ad principes terrarum emiſſis, de crimine fornicationis ab eodem commiſſo, de pugna demum apud Mutam contra Chriſtianos Graecos, Imperatoris Heraclii ſubditos. Libro VI in capitibus XX narratur, quomodo Muh, Mecca recuperata, idola deſtruxerit, templa eorum everterit, bella geſſerit contra infideles, urbesque eorum oppugnaverit; quibus adduntur ſingularia quaedam de caerimoniis ritibusque nonnullis, ab eo inſtitutis, nec non de rebus geſtis per legatos, vicarios et amicos ipſius, tandem de morbo noviſſimo, obitu et ſepultura M. Libro denique VII et ultimo XXI capitibus notabilia multa referuntur, de M. ſtatura et forma corporis, ingenio et moribus, liberis, amicis, miniſtris domeſticis, ſervis, libertis, praefectis provinciarum, gladiis, arcubus, aliisque armis, variis praerogativis, cum perſonae, tum familiae ipſius, tandem etiam de modo inviſendi ſepulcrum pſeudoprophetae, de nobilitate et excellentia urbis Medinae, quam habitavit, nec non de ſingulari cognitione artis medendi, qua polluiſſe dicitur. Scriptio auctoris eſt nitida et elegans, ipſa etiam narrationum ſimplicitate, ad morem Orientalium accommodata, placet. De ſuo nihil addidit Gagnierus, ſed omnia ipſis Corani, Sonnae, ſive traditionis authenticae, et auctorum Arabicorum verbis recenſet; unde venerabilis *Apoſtoli Dei* titulus, quo Muhammedes ubivis inſignitur, magna et fere divina eius encomia, una cum ſeria deſcriptione miraculorum et prodigiorum, quae perpetraſſe falſo perhibetur, primo intuitu, lectorem talium inſuetum offendere poſſe videntur.

Cf. (BAUMGARTENS) *Nachrichten von einer Halliſchen Bibl.* T. I. p. 15 — 25.
Nova Acta Erud. a. 1733. p. 10 ſqq. — M.

ſum non fundunt, humanae rationi congruos ſenſus eliciendi. Veniam non aeque meretur atque Erpenius. Abundabat codicibus manuſcriptis, quorum collatione potuerat ſe locis ex impeditis expedire. Alia res eſt, ſi quis ibi locorum degat, ubi codices Arabici neque proſtant, neque haberi poſſunt. Sed carebat uſu tam linguae, quam codicum manuſcriptorum; (ſaepe enim paret, ipſum ductus literarum aſſequi non potuiſſe:) uſu ſanae propemodum dixeram rationis. (Nemeſin veneror.) Tam enim abſurda ſapienti viro, Abilfedae tribuit, quae non niſi a fatuo exſpectes. Atqui uſu linguarum qui carent et uſu codicum, et bono, quem dicunt, ſenſu communi, ſcriptoribus edendis cuiuscunque generis illi apti non ſunt.

Alteram ABILFEDAE particulam celeberrimus edidit *Albertus Schultens* in ſuo Syntagmate de vita Saladini *), ex eodem illo codice Leidenſe, ex quo meum codicem anno 1745 indultu magni huius viri, praeceptoris et patroni mei, eius in aedibus, feci. Sed vidi eum praeteriiſſe paſſim aliqua neceſſaria; intellectu quaedam difficiliora omiſiſſe; mutaſſe non monito lectore bonas lectiones praeter rem, et ſiniſtre quaedam accepiſſe. Quod mihi valde mirum accidit. Unde intellexi, perquam difficile eſſe, hiſtoricum ſcriptorem bene interpretari; et multo maius id opus eſſe, quam vel obſcuriſſimos poëtas. De ipſo Abilfedae opere paullo poſt dicam **).

*) Edito *Lugd. Bat.* 1755. fol. Ibi enim p. 1—64 legitur: *Auctarium ad vitam Saladini ex Abulfeda.* M.

**) Alia operis Abulfedini pars edita e codice manu ſcripto bibliothecae regiae Eſcorialienſis huncce prae ſe fert titulum: *Hiſtoria Saracenorum in Sicilia, excerpta e Chronologia univerſali* Iſmaelis Abulfedae; Arabice et Latine a *Marco Dobelio*

Geographus Nubienſis.

GEOGRAPHUS ſic dictus NUBIENSIS, Romae editus e typographia Medicea, eſt rarus liber, et bonae notae. Multo plura locorum nomina exhibet, quam Abulfeda. Sed ordinem ſequitur deteriorem. Obſcurior eſt, quam ille, et lacera fere dat et hiulca omnia, maioreque cum cura, quam Abulfeda, legi meretur. Satis emendate, pro libro certe Arabico typis edito, proſtat; et immerito queruntur viri docti de vitiis impreſſionis. Quid ſentiendum ſit de *Gabrielis Sionitae* et *Abr. Ecchellenſis* *) interpretatione huius libri latina, dicere non habeo, ut qui non inſpexerim **).

Quid

Dobelio Citerone, Meſſanae 1640. Repetita in *I. B. Caruſii* Bibliotheca hiſtor. regni Siciliae T. I. p. 18 ſqq. et Latine ſolum in *L. A. Muratorii* Rer. Ital. Scriptt. T. I, P. II. p. 249 ſqq. *M.*

*) Lapſus memoriae eſſe videtur, locoque *Abr. Ecchellenſis* ponendum *Ioannes Heſronita.* M.

**) Licet in hoc opere *Geographi* ſic dicti *Nubienſis* omnium paene Aſiae, Africae et Europae partium geographia contineatur: tamen Orientis, et in ſpecie Arabiae, geographia curatius et copioſius caeteris pertractatur; ideoque hoc loco notitiam qualemcunque huius libri inſeramus.

Auctor ab Abulfeda appellatur SCHARIF OL' EDRISI ſ. ADRISI, i. e. illuſtris Adriſides. *Scharif* ſ. *Scherif* autem titulo ii praecipue gloriantur, qui a Muhammede genus ducunt, vel ei affinitate coniuncti ſunt. Nomen vero ipſi cum agnominibus eſt: ABU ABDOLLAH MUHAMMED EBN MUHAMMED EBN ABDOLLAH, EBN ADRIS IMPERATORIS FIDELIUM. Oriundus ergo, addit Pocockius, cuius verbis utimur (*in Specimine hiſt. Arab.* p. 373.) illuſtri *Edriſidarum* familia, qui olim in aliquibus Africae partibus regnarunt. Chaliphatum in Africa eundem tenuiſſe dicunt, indeque audiviſſe *Emir al Mumenin*; pulſum autem e regno ad Rogerium II, regem Siciliae, confugiſſe, eiusque in uſum, ad globum terreſtrem, ex

argento

Quid de Beniamin Tudelenſe? De Chronico Ecchellenſis or? De Bradutti? de Maillet et Maſcrier. de Teixeira. (Olim cum haec commentarer, libri hi in poteſtate mea non erant, cum otium eſſet eos examinandi. Nunc ſunt, ſed deeſt otium, deeſt voluntas expendendi, aliis ita diſtricto, ut haud ſciam, ſimne unquam ad has priſtinas iuventutis meae delicias reverſurus.)

Pertinet huc ſupra iam laudatus POCOKII liber, ſpecimen hiſtoriae Arabum. Eſt libellus incomparabilis. Hiſtoriam Arabum Paganorum Pococke.

 exponit

argento puro conflatum, explicandum, geographiam ſuam compoſuiſſe, anno quidem Hegirae 548, anno autem poſt Chr. nat. 1153. Quapropter liber iſte etiam vocatur *Katab Ragiar* i. e. *Rogerii liber.* Auctor vero ipſe eundem nuncupat *Nozhat al Moſchtaak phi echterak al aphak* (Deliciae peregrinatoris, novarum rerum avidi). Alii, haec omnia de epitomatore operis maioris, non amplius ſuperſtitis, dicenda eſſe contendunt. Haec epitome Arabice prodit hac epigraphe: *De geographia univerſali; hortulus cultiſſimus, mire orbis regiones, provincias, inſulas, urbes, earumque dimenſiones et orizonta deſcribens.* Romae, in typographia Medicea 1592. 326 pagg. in 4 mai. Rariſſimis accenſetur libris. Rara etiam eſt verſio eius Latina, Thuani conſilio elaborata atque hoc titulo inſignita: *Geographia Nubienſis*, id eſt, accuratiſſima totius orbis in ſeptem Climata diviſi deſcriptio, continens praeſertim exactam univerſae Aſiae et Africae, rerumque in iis hactenus incognitarum explicationem. Recens ex Arabico in Latinum verſa, a *Gabriele Sionita*, Syriacarum et Arabicarum litterarum Profeſſore, atque interprete regio, et *Ioanne Heſronita*, earundem regio interprete, Maronitis. *Pariſiis*, ex typographia Hieronymi Blageart 1619. 1 Alph. 21 plagg. in 4. Adiectus eſt interpretum iſtorum *Tractatus brevis de nonnullis Orientalium urbibus et indigenarum religione ac moribus.* Excerpta ex geographia Nubienſi dedit *Sam. Purchas* in *Pilgrimes* etc. T. II. n. 12.

Epitomatorem non Muhamedanum fuiſſe (ut *Iſ. Caſaubonus* in notis ad epiſtolam Gregorii Nyſſeni ad Euſtathiam

exponit ex Abilfeda. Sed in ea re valde imperfectus is eſt, ut omnes Arabici ſcriptores. Verum in theologia Muhammedana tradenda excellit, et plenus eſt literaturae Arabicae, bonaeque frugis. Ex hoc libro *Salius* concinnavit illa decantata ſua Prolegomena ad al Corani ſuam Anglicam verſionem.

Petis de la Croix. *L'Hiſtoire de Genkizchan par Mſr.* PETIS DE LA CROIX egregium eſſe librum deprehendi *). Praeſertim utilis eſt index, libro ſubiectus, auctorum, quibus ad concinnandum ſuum eruditus hic Francus uſus fuit. Notitiae ibi excellentes proſtant Turci-

thiam p. 66 putat) ſed Chriſtianum, forte e ſecta Iacobitarum, e variis libri locis apparet. *Nubia* patria illi fuit; quamobrem Maronitae iſti epitomen a ſe compoſitam appellarunt *Geographiam Nubienſem*. Caeterum verſionem ſecundum archetypum Romae editum condidere, nullis adhibitis codicibus manu ſcriptis, e quibus lacunae ſuppleri vitiaque emendari potuiſſent. Exſtat in Miſcell. obſervatt. crit. nov. T. II. p. 105 — 116 epiſtola *Samuelis Bocharti*, in qua nonnulla huius geographi peccata corriguntur. — *Mich. Caſiri* in Bibliotheca Arabico-Hiſpana Eſcurialenſis (*Matriti* 1770. fol.) T. II. p. 13 novam Geographi Nubienſis editionem, eamque multo emendatiorem et perfectiorem reliquis pollicitus eſt; adhuc vero promiſſis non ſtetit.

Cf. *Hamburgiſche Bibl. hiſt.* Cent. I. p. 206 ſqq.
(GOETZII) *Merkwürdigkeiten der Bibl. zu Dresden* T. II. p. 224.
BAUMGARTENII Praef. ad *Allgemeine Welthiſtorie* T. III. p. 11.
Eiusd. *Nachrichten von einer Hall. Bibl.* T. IV. p. 381 - 386.
Eiusd. *Nachrichten von merkwürdigen Büchern* T. VI. p. 23.
FREYTAGII Analecta litter. p. 379 ſq.
IOH. GEORG HAGERS *geographiſcher Bücherſaal* T. III. p. 116 — 143.

*) Nos de illo agemus in capite de ſcriptoribus rerum Tataricarum et Mungalicarum.

Turcicorum et Perſicorum aliquot hiſtoriae Muhammedanae ſcriptorum. Quemadmodum etiam hiſtoria Tatarorum Gallice Leidis edita: *L'hiſtoire de Timurbek, par Mſ.* PETIS DE LA CROIX, eſt liber ſatis bonus, verum multa ſunt in eo obſcura hiſtorico-genealogica, quae debuerat interpres explicuiſſe, loco eorum, quae centies et ad nauſeam repetit.

Hiſtoriam regni Ottomanici ſcripſit DEMETRIUS CANTEMIR, Princeps Moldaviae, libro qui editus eſt Londini lingua Anglicana, tam magnifice et ſplendide, quam non meretur *). Eſt enim liber valde mediocris. Videtur ex Leunclavio et Bradutti interpretatione Italica Sadeddini et aliunde ſuum librum compilaſſe. Ritus Muhammedanos et ſtatum Turcicum et Graecum hodiernum pulchre tradit. Sed hiſtoriam praeſertim Arabicam et Perſicam, et quae eo pertinent, geographiam, et genealogias omnino ignoravit. Forte fuit Graecos inter ſuos et Ruſſos eruditus vir, et eruditiſſimus etiam, ſi velis, abſque controverſia. Sed a noſtratibus erit ad deos minorum gentium ablegandus. Cantemir.

Geographos et itineratores noſtros non legi. Chartas (*Mappas ſ. tabulas geographicas*) inſpexi noſtratium, neque malas deprehendi.

Nunc ad libros manuſcriptos nondum editos me confero, quibus utor et uſus ſui in diſcenda hiſtoria orientali. Hi praecipue ſunt ABULFEDA tam 1. hiſtoricus, quam 2. Geographus. 3. IBN SCHENAH. 4. HAMZAH, ISFAHANENSIS. 5. IBN KOTAIBAH. 6. IBN DORAID. 7. IBN ZAIDUN. 8. ON NUWAIRIUS. 9. OL MAIDANENSIS. 10. Alii minores. Libri manuſcripti.

*) In poſterum de hoc opere plura referemus, capite de ſcriptoribus rerum Osmanicarum.

Abulfeda.

Et primo quidem loco nominandus fuit ABULFEDA hiſtoricus, ſive *Kitab ot Tarich li Sahebi Hamat*, hiſtoria univerſalis principis Hamatae, ut inſcribitur a librariis, ſive ut ipſe auctor appellavit *ol Mochtaſero fi Ahwali 'l Baſchari*, compendium rerum ab humano genere geſtarum. De vita illuſtris huius viri alibi agam. Commode poteſt hic liber in partes duas, ſed mole perquam impares, dividi; nam prima pars in codice Leidenſe paginas fere quinquaginta, ſecunda vero paginas fere quingentas quinquaginta implet. Illa prior rurſus praeter praefationem diſtributa eſt in quinque capita, et complectitur res ante Muhammedem natum geſtas. Adeoque poſſunt non male prolegomena dici. In praefatione recenſet autores, e quibus compendium ſuum compilavit. Iuvat ipſa eius verba huc apponere: *Lubuit mihi*, ait, *in hunc codicem conferre quaedam rerum cum antiquarum tum Iſlamicarum, memoriae cauſſa, quo non haberem opus libros longiore filo hac de re deductos itemdidem inſpicere et relegere. Excerpſi itaque et redegi ad ſuccinctam brevitatem memorabilia ex ol Camel, libro 's Schaichi Azzedin Ali, qui vulgo Ibn ol Atſchir ol Gjazarenſis (ſive ex Gjazirat Ebn Omari oriundus) audit. In eo libro perſequitur auctor res ab orbis initio geſtas usque ad annum poſt fugam propheticam 628. viginti tribus fere voluminibus. Porro ex Tagjarib el Omami (ſeu periculis et experimentis gentium), libro Abi Ali Ahmadi, filii Maskujeh. Item ex Tarich (ſeu hiſtoria univerſali) Abi Iſa Ahmad, filii Ali, 'l Monaggjemi, ſeu aſtronomi, qui liber inſcribitur Kitab ol Bajjani an tarichi ſani Zamani 'l Alami etc. liber declarationis aerae annorum temporis mundi, modo demonſtrativo, quo perſequitur aeras veteres. Libellus eſt modicus. Item ex ot Tarich ol Mothafferico auctore 'l Khadi Schaha-*

Schahaboddin Ibn Abi 'd Dami Hamateno, quae hiſtoria tantum de rebus Moslemicis exponit ſex fere voluminibus. Ut et ex Tarich ol Kadhi Schamſeddin Ibn Chalekan, quae hiſtoria inſcribitur Wafijat ol Ajani, ſeu mortes virorum illuſtrium, et ordine alphabetico eſt congeſta, fere quatuor voluminibus. Nec non ex Tarich ol Jamani (ſeu hiſtoria Arabiae felicis) auctore 'l Fakiho Amarah; modico libello. Porro ex Taricho 'l Kairowan (ſeu hiſtoria Cyrenaea) ol Gjameo wal Bajano inſcripta (ſeu collectio et declaratio) auctore 's Sanhagjenſe. dein ex Taricho 'd Dowali 'l Monkathaati (ſeu hiſtoria dynaſtiarum particularium), (vel etiam, *deſitarum*, ſi quis putet ſic melius verti, eſt enim ad verbum *abſciſſarum*. Neque poteſt absque libri inſpectione iudicari utrum rectius) *auctoris Abi Manſur, fere quatuor voluminibus; nec non ex Taricho Ali filii Muſa, filii Mohammadi, filii Abd el Maleki, filii Saidi* (vulgo unde citatur Ibn Said) *occidentalis Andaluſeni, qui Tarich (vel hiſtoria) inſcribitur Kitabo Luddzati 'l Ahlam fi Tarichi Omami 'l Agjami, ſeu liber recreationis intellectuum in hiſtoria gentium barbararum. Fere duobus voluminibus. Ex eiusdem Ibn Saidi libro ol Mogreb fi achbari ahl il Magrabi, ſeu mirabilium et curioſorum narratore de rebus occidentalium, quindecim fere voluminibus. Deinceps ex Moſarregjo 'l Korubi fi achbari Bani Ejubi, ſeu diſcuſſore curarum (amuſements d'eſprit) per res geſtas Ejjubidarum, auctore 'l Kadhi Gjamaloddino, filio Waſeli, tribus fere voluminibus, ex Tarich Hamzah 'l Iſſahanenſis quoque, modico libello, ex hiſtoria Challatae, auctore . . . . . . oddino filio Abbi 'l Mothahhari, 'l Anſarita. Ex libro iudicum, qui penes Iſraelitas eſt, et ex libro regum eiusdem gentis; hi libri depromti ſunt ex libris 24. ſacris, quos Iudaei ſucceſſiva traditione poſſident. Antiquas quidem hiſtorias compoſui*

ſic,

ſic, ut praefationem praemitterem, cui ſubiiceret quinque capita; Iſlamicas autem recenſui ſecundum ſeriem annorum. Praefatio pertractat triplex argumentum. Primum ſcire debet cupidus harum rerum quod magna ſit inter chronologos de rebus antiquis diſcrepantia. — Secundo ſciendum quod Legis (vel Torae, aut Pentateuchi) tria ſint exemplaria, Samaritanum, Hebraeum et Graecum. — Tertio de tabulis dicendum, quas confinximus, et quibus uno conſpectu exhibemus differentias aerarum celebriorum. — Quinque illa praefatione ſubiecta capita ſunt haec. Primum, de prophetis et iudicibus Iſraelitarum. Secundum de regibus Perſarum; tertium de Faraonibus (regibus Aegypti antiquis), regibus Graecorum, et Romanorum Caeſaribus; quartum de regibus Arabum; quintum de gentibus mundi in genere. Hactenus Abulfeda. Et tantum eſt, quantum ex eius praefatione in meum codicem transſcripſi. Neque ex illis quinque capitibus transſcripſi quidquam, praeter caput ſecundum, de regibus Perſarum, caput quartum de regibus Arabum; et illam capitis quinti partem, quae de gente Arabum et eorum genealogiis agit. Nam caetera illius quinti capitis, quibus gentes, ſectas et ritus Iudaeorum, Chriſtianorum, Magorum, Indorum deſcribebat, omiſi, item vitam Muhammedis a Gagniero editam. Contuli tamen cum meo Gagnierano et haud abſque inſigni fructu. Caetera vero ab exceſſu Muhammedis ad finem usque libri ad verbum omnia transſcripſi fideliter. Deſinit hiſtoriae huius codex Leidenſis et meus inde factus in anno 730, quum alii codices decennio vel et vicennio citius deſinant. Codex Leidenſis notae eſt non optimae quidem, neque tamen peſſimae. Nullum reperire licet codicem manuſcriptum arabicum abſque plurimis ſcribarum erroribus, niſi

fort

forte generis grammatici, ut lexica etc. qui cum cura ſolent exarari. Hunc librum adeo celebratum partim Leidae, partim Lipſiae converti in Latinum ſermonem, ſuoque tempore, ubi perpolitus fuerit et ſecundum votum meum perfectus, luci publicae mandabo *). Meretur enim. Sed habet tamen naevos ſuos. Initio hiſtoriae Muhammedanae iuſto eſt ſterilior. E. c. de ortu dynaſtiae Saracenorum in Hiſpania, et eorum illuc ex Africa primo traiectu, nil habet; et in progreſſu quoque, ut de dynaſtia Alitarum il al Kuſah; in al Hegjaz, in Thabareſtana; nil memorat de Saffaridis in Africa; de Saffaridarum in Choraſana et Kermana ſatis diuturno imperio; de illo Medraridarum, de Ohaiſaridis, Eliaſidis, Kakujahidis, Spankarahidis et aliis; de Chakanis Turcarum, cum quibus Ommiadae, Abbaſidae, Samanidae bella geſſerunt; de dynaſtia

*) Mandare re vera coepit vir de litteratura Arabica immortaliter meritus. Prodiit nempe pars prima hac epigraphe: ABILFEDAE Annales Moslemici; Latinos ex Arabicis fecit *Io. Iac. Reiske.* Lipſ. 1754. 4. Poſt auctoris mortem novo ſolum titulo, annum 1778 prae ſe ferente. Secunda et tertia pars in hoc hiſtoriae Arabicae contemtu nunquam forte lucem publicam adſpicient. Praefatio Reiskiana bonae frugis eſt pleniſſima. Adiungere voluit interpretationi ſuae Latinae indices, unum hiſtoricum, nomina hominum ab Abilfeda memorata ex ordine alphabetico recenſiturum; alterum geographicum, et forſitan alios quoque; tum tabulas genealogicas gentium illuſtrium, quae, qua late patet Muhammedanum imperium per Aſiam, Africam et Europam, ad ſuperius ſaeculum usque regnarunt. Agmen ex mente Reiskii claudere debuit libellus Hagji Chalifae, qui horum prodidagmatum conficiendorum anſam dedit. Prima interpretationis Reiskianae pars incipit a Muhammede, annoque Hegirae 363 ſive a. Chr 963 abſolvitur.

Cf. Nova Acta Erud. a. 1755. p. 308 ſqq.
Zuverläſſige Nachr. von dem gegenwärt. Zuſtande der Wiſſ. P. CLXXXI. p. 53—78. *M.*

dynaſtia Algazorum (vel Uguzorum) in Chorasa
et Samarkenda ſub Selgjukidis orientalibus; (
regulis Turcicis in Aſia minore, ſub lapſum im
perii Selgjukidarum occidentalium; quibus tame
admodum vicinus erat, quum ipſe militaverit, i
agro Siwaſeno; de regibus Indicis poſt Samid
(vel Gurenſes) prorſus nihil affert, quorum tame
omnium in hoc parvo libello memoriali non co
temnenda reperitur notitia. Opuſculum hoc mu
tos exhibet memorabiles caſus et viros haud ol
ſcurae famae, de quibus altum ſilentium apu
Abulfedam. Ut autem multa tranſit ſcitu dign
et neceſſaria, ſic praeſertim ad finem inepte pro
lixus eſt, et ad inſtar magnorum fluminum, tenui
principio, ubi proceſſit ulterius, amplior quiden
ſed lutulentus fluit. Nimium intentus Syriae re
bus et Aegypti, ſuaeque gentis, Ejubidarum ſc
licet, oblivifcitur aliorum remotius poſitorum
Tam minuta et puerilia ſaepe de ſe ſuisque rebu
affert, ut a crimine ἀπειροκαλίας et ἀκρισίας ab
ſolvi nequeat. Corruptum quoque ſuum et aegrum
prodidit in eo guſtum, quod poetarum Arabico
rum ſaepe citet atque laudet inepta et nive Thra
cica frigidiora deliramenta. Sed de caetero laud
ſua dignus eſt. Non enim habemus compendium
luculentius hiſtoriae orientalis. Hic certe aucto
noſter, Hagji Chalifah, viciſſim multa non habet
quae apud Abulfedam leguntur; neque tam ube
eſt, neque connexiones rerum demonſtrat, ut, qu
commentarium et clavem non habet ad haec pro
pemodum dixerim myſteria, nullo modo ea poſſ
intelligere. Quae alia ad hanc Abulfedae ſpectan
hiſtoriam, poſſunt in praefationibus Gagnieri e
Schultenſii ad ſua ſpecimina *) legi.

5) D

*) Nec non in ipſius Reiskii praefatione ad Abulfeda
annales Moslemicos. *M.*

2) De Abilfedae geographia iam ſupra dixi, et ſumma eius capita percenſui. Gravius etiam de illa ſua in praefatione ad tabulam Choraſmiae et Transoxanae latius egit *). Meum exemplar feci ex codice, qui in uſum ipſius Abilfedae fuerat exaratus, et in quo multa deleverat, addiderat, pro lubitu refinxerat ipſe auctor, et erat plane talis codex, qualem illum eiusdem viri hiſtoricum, qui Remis exſtat, verbis Renaudotii, Gagnier in praefatione ad vitam Muhammedis deſcripſit; quo fit, ut meum exemplar ab aliis diſcrepet. Sed longitudines et latitudines locorum parum exhibebat diſtincte. Ideoque meliores codices circumſpicio. Et huius libri copiam et caeterorum fere omnium, quos manu mea mihi comparavi Leidae, ex bibliotheca Leidenſe mihi fecit vir humaniſſimus, inſignis meus patronus, Albertus Schultens. Auctores, quibus uſum ſe in opere geographico profitetur Abulfeda, ſunt hi. 1. Ibn Haukal. 2. ol Mamalek wal Maſalek, auctore 's Scharifo 'l Edriſida. 3. Ibn Chordadzabah. 4. Genealogiae 's Samanenſis. 5. ol Moſchtarek, Jakuti Hamarenſ. 6. Mozil ol Irtejabi an Moſchtabehi 'l Anſabi, ſeu diſcuſſor dubiorum in ſimilitudinibus nominum gentilium, Abi 'l Magid Iſmael, filio Hebat ellahil Mauſelita, auctore. 7. Eiusdem Kitab ol Faiſali (ſ. Faſili). 8. ol Kanun ol Maſudicus, auctore Abi 'r Rihano 'l Birunenſe. 9. ol Maſalek wal Mamalek, vulgo 'l Azizicus, auctore 'l Haſano, filio Ahmadi

*) En libri inſcriptionem! *Choraſmiae et Mawaralnahrae, hoc eſt, regionum extra fluvium Oxum deſcriptio, ex tabulis* ABULFEDAE ISMAELIS, *Principis Hamah; Arabice et Latine, opera* IO. GRAVII. Lond. 1650. 4. Quae particula, cum Abulfedae Arabia, itidem a Gravio Latine reddita, exſtat etiam in *Geographiae veteris ſcriptoribus Graecis minoribus*

Ahmadi 'l Mohallebenſe. 10. Kitab Raſmi 'r Ra
'l Mamuri, ſeu ὁρισμὸς terrae habitabilis, liber vul
go Ptolemaeo attributus. 11. ot Tadzkirah, au
ctore Naſireddino 't Thuſenſe. 12. ol Kadhi Kotl
boddin. 13. ol Lobab, auctore 's Samanenſe. 14
ot Tartib, auctore Ibn Motharrek. 15. Raſm c
Ardhi, auctore 'l Chawarezmico. 16. ol Lobał
auctore Ibn el Atſchiri. 17. Tarich ol Kolai wa
Hoſumi, ſeu Hiſtoria caſtellorum, et arcium, au
ctore Ibn Monkedz. 18. Harawenſis Zejadat (i
eſt ſupplementa). 19. ot Tamjiz wa 'l Faſl, auctor
Abi 'l Magjd, qui forte idem eſt liber, cum eo
quem n. 7. citavimus. 20. Ibn Chalekan. 21. Ama
doddin ol Kateb, ol Iſfahanenſis, ſcriptor bell
ſacri Francorum et Saladini. 22. Kitab ol Bol
dani, ſeu liber regionum, auctore 'l Beladerenſe
23. on Naſaënſis, de rebus Chawarezmſchahi e
Tatarorum. 24. ol Anwar. 25. ol Mogreb f
Achbari Ahli 'l Magrabi, auctore Ibn Said.

Ibn Schehnah.

3) IBN SCHEHNAH eſt epitomator Abilfedae
ſed vix alicuius momenti. Mirum itaque mih
ſemper viſum fuit, quod D'Herbelot hunc aucto
rem ubique alleget, Abulfedam vix unquam; quod
uſu didici, quamvis Abulfeda quoque comparea
in indice auctorum ad Bibliothecam orientalem
condendam adhibitorum. Hunc auctorem ut mih
deſcriberem, ea fuit occaſio. Videbam eius codi-
cem apud virum celeberrimum et ampliſſimum,
Philippum Iacobum Dorvillei, rogabam eius co-
piam, et facile impetrabam; pollicebar librum
edere, quem bene noveram a D'Herbeloto ſae-
piſſime laudatum; et reperibam quoque ſummum
iſtum meum quondam et literarum fautorem et
evergeten, comparando librario, qui ſumtus edi-
tioni faceret, paratum. Conferebam deinceps cum
codice Leidenſis bibliothecae optimae notae: nam
Dor-

Dorvillianus erat notae peſſimae; et iam animo volvebam editionem, quum haeſitans paſſim, et non intelligens rerum momenta, quae nutu tantum demonſtrabat compendiator, et uberiorem ideo deſiderans declarationem, adirem Abulfedam, ea tantum modo mente, ut cum Ibn Schehnah conferrem. Sed ex ea collatione naſcebatur Abulfedae transſcribendi conſilium, et edendi Ibn Schehnae abiiciebam. Procedit quidem Ibn Schehnah usque ad ultimam fere Timuri aetatem, id eſt, annum 807 propemodum; quum Abulfeda deſinat in anno 730. Sed nil habet, quod me certe in hoc opuſculo procudendo, et intelligendis rebus poſt Abulfedam in oriente praeſertim Perſico geſtis multum adiuvaret. Pertinet ad id librorum genus, quod olim florebat, quum dioeceſeos quisque ſuae conderet annales paſtor paulo, quam vulgus literatior.

4) HAMZAH ISFAHANENSIS ſcriptor eſt antiquus (vixit enim medio ſaeculo poſt fugam quarto) et notitias perhibet rerum praeſertim Perſicarum (erat enim ipſe Perſa) et Arabicarum, quas alibi nuſquam reperias. Ex hoc ſolo ſcriptore coepi aliquid in hiſtoria ferocium Arabum videre. Sic appellant eos, qui ante Muhammedem et ab eo emendata ſacra moresque vixerunt. Ex hoc potiſſimum duxi lineamenta obſcurae et intricatae hiſtoriae, quam omnes Arabici praetermittunt hiſtorici. Sed etiam e contrario non vidi compilatorem tam ἄκριτον, tam ſui obliviosum, tam ſibi contradicentem, atque eſt hic Hamzah. Codex Leidenſis, e quo meum exemplar feci, magnificentiſſime, et ad miraculum pulchre ſcriptus eſt, et vetuſtus utut ſit atque multa paſſus a temporum iniuria, oculos tamen lectorum ferit et allectat. Non potuit niſi pro principe exaratus fuiſſe. Sed Hamzah Iſfahanenſis.

 ſcriba

ſcriba melius ſciebat literas pingere, quam quae ſcribebat capere. Miſeris modis coruptus eſt, praeſertim in Perſicis. Libellus eſt modicus. Continet libros decem. Primo exponit ſeriem regum Perſarum; et quidem capite primo nuda recenſet regum Perſicorum ex omnibus quatuor gentibus nomina, absque rerum ab iis geſtarum narratione, et characterum eorum notatione. Capite ſecundo repetit in primo dicta, cum commentario Muſae, filii Iſae, 'l Koſroënſis, capite tertio recenſet eosdem ex mente Bahram, filii Mordanſchah, Mubadzani (ſeu magi ſupremi) in Curah (ſeu nomo) Sapur in Perſide. Capite quarto exponit res geſtas regum Perſicorum breviter. Libro ſecundo res Romanorum (ſic Graecos appellant) quinque capitibus. Primo de regibus Macedoniae. Secundo de regibus Romae. Tertio de Capitaniis. Quarto de rebus cuique laudatorum regum geſtis. Quinto eadem, ex relatione Wakii 'l Kadhii. Perpauca ex hoc libro deſcripſi. Librum tertium de regibus Graecis (Ptolemaeis, Seleucis etc.) quartum, de annis Copthorum, et quintum, de annis Iſraelitarum, prorſus omiſi. Liber ſextus recenſet Arabum Chaldaeorum reges Lachmidas in al Hirah. Liber ſeptimus reges Arabum Syrorum in campania Syriaca, circa Damaſcum et Gazam, de gente Gaſſan. Librum octavum, de regibus Himiaritarum in Arabia felice (vel alias Homeritarum), prorſus omiſi, quia celeberrimus Schultens illum arabice et latine in Hiſtoria regni Jokthanidarum edidit *). Liber nonus recenſet reges de tribu Kendah. Liber decimus perſequitur reges

*) Cf. REISKII Animadverſiones criticae in *Hamza* Hiſtoriam regni Joktanidarum ab *Alb. Schultenſio* editam in *Io. Gottofr. Eichhornii* Monumentis antiquiſſimis hiſto-

xiae

reges Arabicos Moslemos, de gente Koraiſch; et complectitur decem capita. Primum agit de aeris veterum Arabum Maaddicorum, ſive Ismaelicorum, ante Muhammedem uſitatis. Secundum figit aeram, diem, menſem fugae propheticae; ut et nativitatis et miſſionis Muhammedis. Caput tertium enarrat Arabum inſignia quaedam acta ſtatim poſt mortem Prophetae. Caput quartum agit de cataſteriſmis indicantibus, quod Iſlamiſmus omnes alias mundi religiones ſubacturus ſit. (*Omiſi.*) Quintum exhibet ſeriem regum Koraiſchiticorum (id eſt Chaliſarum tam Omajjadarum, quam Abbaſidarum) usque ad annum fere 334. Capite ſexto ſollicite definivit, in quam diem menſium Arabicorum inciderint Nauruzi (ſeu calendae anni Perſici), inde a Fuga, usque ad ſua tempora. (Omiſi.) Capite ſeptimo de calamitatibus, quae ſub aera Muhammedica contigerant, ut ſunt peſtis, annonae caritas, diluvium, venti etc. (Omiſi.) Capite octavo exponit ex Tſchabeti, filii Karrah, Chronico tumultus Bagdadicos, et iniurias, quas Abbaſici Chaliſae a Bujidis acceperunt. Capite nono perſequitur praefectos Choraſanae a Chaliſis conſtitutos, et inter eos Thaheridas, atque Samanidas. Capite vero decimo et ultimo praefectos Thabareſtanae. Dolendum, quod in hoc capite folia quaedam perierint, ex quibus potuiſſemus procul dubio lucem obſcurae hiſtoriae regni Alitarum in Thabareſtana accipere.

5) IBN KOTAIBAH fuit vir doctus, et ſecretarius Dainawarae, ubi obiit anno 276. Eſt ergo valde antiquus. Quando illum cito, intelligo eius aureum librum *Kitab al Maaref* ſeu notitiarum, quo Ibn Kotaibah.

M 2

riae Arabum, quae poſt Albertum Schultenſium collegit edidítque cum Latina verſione et animadverſionibus (Gothae, 1775. 8.) p. 205—215. *M.*

quo carere nemo poteſt, qui primorum a Fuga ſaeculorum hiſtoriam ſcrutari cupit. Nam multa ſcripſit alia, quae non vidi. Transſcripſi ex codice Leidenſe peſſimae notae. Totum latine a me converſum in ſchedis ſervo. Notitias perhibet virorum apud Arabes tam armis, quam eruditione per tria prima poſt fugam ſaecula illuſtrium. Ipſe ſui libri conſpectum dat in praefatione: *Liber hic meus*, ait, *complectitur varia genera rerum ſcitu dignarum. Incipit a principio rerum. Pergit inde ad prophetarum et patriarcharum fata et tempora, migrationes, aetatum ſpatia, poſteros, et quomodo fuerint — diſſipati. Per haec continuo ad Meſſiae tempora, — ſubnexui recenſionem tribuum Arabicarum — commemoro dein, quibus uxoribus, liberis, libertis, fatis Muhammed uſus ſit — recenſeo deinceps al Oſchrah, as Sahaba — inde Chaliſas a Moawia, — usque ad al Moſtainum — celebriores miniſtros ſummos ſummorum principum. ol Charegjitas. ot Tabeine. Sectarios, lectores diverſarum gentium, genealogos, hiſtoricos, carminum recenſores et mirabilium narrationum et ludimagiſtros. — Primos inventores rerum — templa celebriora; deſcribo quoque Arabiam, as Sawad, Meſopotamiam, Moslemorum praelia celebriora, quae urbes vi expugnatae fuerint a Moslemis, quae deditione acceptae — — de inſtitutis Arabum paganorum, de ἀναπήροις et morboſis — Arabum paganorum inſignia praelia — proverbia praeſtantiora, et eorum origines — de regibus al Hirae, et ar Ridaſah, de regibus Perſis, Syris, Homeiritis. En conſpectum libri, in quo compilando et excerpendo mihi maxime propoſui, cui ſtuderem, brevitatem et ἀκρίβειαν*, etc. Haec ille. Ex hoc libro concinnavi tabulas genealogicas tribuum Arabicarum, quas primis lineis hiſtoriae veteris Arabum paganorum pleniores et certiores, quam

apud

apud Abulfedam ſunt, addidi *). Scripſit hic idem Ibn Kotaibah librum *Adab ol Katebi*, ſeu de literatura, ſecretario et librario ſcitu neceſſaria **). Item de vitis poetarum Arabum, ut et *Farajed od dorri*, (unicos et incomparabiles uniones) quo ex titulo non aſſequor argumentum ***).

7) Habeo IBN DORAID; quo nomine intelligo nullum alium huius auctoris librum, quam eius *Kitab al Iſchtikaki Camel* ſeu completum Lexicon Etymologicum. Exſcripſi e codice Leidenſe (n. 362.) bonae notae, elegante doctaque et accurata manu ſcripto. Inſtitutum auctoris hoc eſt. Recenſet tribus Arabum, maiores, minores, familias peculiares, et illuſtres in unaquaque viros: occaſione horum nominum indicat, a qua radice arabica veniant, quid illa radix ſignificet, caetera affert ab illa derivata, cum eorum diverſis et ſaepe abſtruſis ſignificationibus, quas allatis poetarum dictis adſtruit. Neque omittit, virorum illuſtrium res bene geſtas ſtrictim enarrare. Qua ratione ſimul grammaticus eſt et hiſtoricus hic liber, et quidem parte prima magis grammaticus, parte altera magis hiſtoricus. Poſſet ex hoc non magnae molis libro Golii Lexicon egregie augeri. A Muhammedis familia incipit. Inde procedit ad illam Eliaſi. Parte ſecunda pertractat familias ab an Naſo Ibn Doraid.

 vel

*) Easdem tabulas, una cum hiſtoria priſcorum regum Gaſſaniorum et Hirtenſium, e Reiskii ſcriniis Arabice edidit ſuasque annotationes adiunxit *Io. Gottofr. Eichhorn* in *Monumentis antiquiſſimae hiſtoriae Arabum paullo ante laudatis*. Uberiorem utilemque libri deſcriptionem dedit *I. B. Koehlerus* in *Allgem. text. Bibl.* T. XXX. p. 141 — 154. Cf. idem de Ibn Kotaibah in *Repertorio für bibl. und morgenl. Litt.* P I. p. 65 ſqq. *M.*

**) Cf. *Koehler* in Repert. l. c. p. 67 ſq.

***) Cf. *Koehler* l. c. p. 68 ſq.

vel Kais Ailan oriundas; dein a Rabiah, et ſic abſolutis Arabum Iſmaeliticorum genealogiis, addit tandem genuinorum Arabum, id eſt Himjaritarum, vel Homairitarum gentes. Patet ubique magni auctoris celebrata doctrina philologica. Multa ſcripſit alia. Ut *al Mochammaſah*, poemation, quod exſcripſi, praeconio incitatus, quo celeberrimus Schultens illud ornat. Me vero deinceps operae inſumtae poenituit. Argumentum eſt leve et obſcurum. Vim intulit ſibi auctor in eo componendo, quando refercire vocibus inuſitatis et caſcis ſtudebat. Et aliquo modo poſſet cum Caſſandra Lycophronis comparari. Alia eius non vidi. Sed egregius procul dubio liber eſt eius Lexicon Arabicum, tribus voluminibus in folio, quod eſt in Bibl. Leidenſe n. 321. et appellatur *Gjomharat ol Logati*, maxima et lectiſſima pars linguae (nempe Arabicae). Obiit anno 321. et valde celebratur. Appellant eum poetam doctiſſimum, et doctorum poetieotatum.

Ibn Zaidun. 8) Per IBN ZAIDUN intelligo Reſalet Ibn Zaidun (ſeu epiſtolam Abi 'l Walid filii Zaidun). Fuit Wezirus apud el Motamedum, al Abbadidem, principem Sevillae in Hiſpania, et obiit an. 463. In hanc epiſtolam, quam ſcripſit nomine illuſtris puellae, quae proco cuidam ſuo repulſam dabat, plurima congeſſit proverbia arabica et alluſiones ad veteres hiſtorias. Exempli cauſſa, quum iſta puella proci ſui faſtum et arrogantiam perſtringere vult et riſui exponere, ait inter alia: *Imaginaris tibi quod — od Dhahhak provocarit te in pacem faciendam, quod Gjodzaimah 'i Abraſch habere te compotorem praeoptaverit, quod Belkis te az Zobbaae inviderit aemula: quod Schirin propter te cum Buran contenderit, quod Malek filius Nowairah tibi fuerit Radiſus, quod Orwah, filius Gjafari, ad te*

peregre

peregre venerit: quod Kolaib territorium ſuum prae-ſtiterit inacceſſum tua potentia: quod Gjaſſas ipſum occiderit tua iniuriarum impatientia. Quod Mohal-hel vindicias ceperit tuis ſpiritibus. Quod — ol Ah-naf tua toga ſe amiciverit. Quod Hatem tuis de divitiis fuerit liberalis: quod Zaid equitaverit tuis cum femoribus. Quod Solaik tuis pedibus ſuas perfecerit expeditiones. — Quod interceſſione tua coaluerit pax inter Bacr et Taglab. Quod negotia, quae Abs et Dzobjan intercedebant, fuerint ſponſioni tuae innixa: et talia perquam multa ibi leguntur — Circa finem, *Quam*, ait, *fuerit anceps et pronum te advenam al Bargjamitarum evadere; et domum redire cum epiſtola 'l Motalammaſi; et imitaturam me in te fuiſſe illud Okaili, qui proco filiae ſuae inungebat podicem melle, et prope nidum formicarum deponebat.* — Verbo, epiſtola iſta polita, faceta, ſalium plena, ſed ob multas hiſtorias et proverbia, ad quae fit alluſio, perquam obſcura. Propterea commentario eam explicuit prolixo doctoque praeter alios etiam Ibn Nobata quidam. Hoc opuſculum ea mente mihi exſcripſi, ut aliquando ederem. Luce enim non eſt indignum.

9) ON NUWAIRIUM quando cito, intelligo magnum illud opus, viginti et ultra voluminum, quod haud male Encyclopaediam Arabicam appellare poſſis; ipſe auctor Nehajat ol Arabi fi fonuni 'l Adabi ſeu ultimum terminum ſtudii in variis generibus literaturae inſcripſit, et eum congeſſit in uſum principis Aegyptiaci Kalawuni, de gente Mamlucorum Turcomanorum. Adeoque fuit Abulfedae aequalis, et obiit anno uno poſt Abulfedam, ſcilicet anno 733. Feci huius libri mihi quaedam excerpta, ſed quorum magnam partem amici alicuius, quicum communicaveram, ſingulari benevolentia perdidi. Hiſtorica, quoniam on Nuwairius.

 nimis

nimis multa erant, non attigi. Neſciebam enim, ubi facerem initium, ubi finem. Tantum exſcripſi partem illam, quae de regibus et regnis Arabum paganorum agit, et de praeliis eorum ante Muhammedem geſtis. Hanc particulam magni facio; quoniam in ea librum antiquum Abi Obaidah, qui certe Leidae non exſtat, de praeliis Arabum, excerpſit. Caeterum exſcripſi ex eodem libro alia quaedam poëtica, et antiquos Arabum ritus atque ſuperſtitiones ſpectantia. Sed ut eum deprehendi in tradenda vetere hiſtoria parum accuratum et parum fidis uſum auctoribus: ſic etiam deprehendi corrupto uſum iudicio in allegandis poëtarum ſpeciminibus. Raro enim veteres citat ſanos et maſculos poetas, ſed plerumque recentes, obſcuros, fatuos et frigidos homines. Videtur eo tempore, quo barbaries vigebat, communis fuiſſe orbi terrarum morbus, ineptias magni facere. Sed, ut appareat, quid praeſtet et tractet grandis ille celeberque liber, apponam ex eius praefatione totius operis brevem delineationem.

Diſtribuit auctor ſuum opus in quinque genera vel *Fonun*, quod eſt pluralis a ſingulari *Fenn*. Primum Fenn agit de rebus creatis, et complectitur rurſus quinque partes. Quarum prima de coelo agit et quinque capitibus abſolvitur. 1. De initio creationis coelorum. 2. De coelorum forma. 3. De angelis. 4. De planetis. 5. De ſtellis fixis. Secunda pars agit de meteoris. 1. De nubibus, nive et frigore. 2. De fulminibus, tonitru. 3. De aëris elemento. 4. De elemento et nominibus ignis. Tertia pars agit de temporibus. 1. De noctibus et diebus. 2. De menſibus et annis. 3. De quatuor anni tempeſtatibus. 4. De nundinis et feſtis. Quarta de terra. 1. De eius creatione. 2. Diſtinguit nomina terrae. 3. De longitudine et ſpatiis

ſpatiis terrae. 4. De ſeptem climatibus. 5. De montibus. 6. De maribus et inſulis. 7. De fluviis, ſtagnis et fontibus. Quinta de regionibus. 1. De indole cuiusque regionis, et characteribus incolarum. 2. De propriis unicuique regioni. 3. De antiquis aedificiis. 4. De caſtellis. 5. De palatiis et catalymatibus.

Fenn (ſeu genus ſcientiae) ſecundum agit de homine, rurſus quinque partibus, quarum prima exponit etymologiam nominis eius, varias denominationes, indoles, affert deſcriptionem membrorum eius et comparationes, quibus poetae pulchram eius ſtaturam, ſuavem odorem, gratum ſermonem, commodum greſſum etc. depinxerunt. Secunda de proverbiis et apophthegmatibus prophetae et ſodalitii; de iis, quae innotuerunt de ſuperſtitionibus Arabum, et eorum ſcientia vaticinandi, augurio, cleromantia, ornithoſcopia, proſopogrammoſcopia, anchinoea, cryptologia, et aenigmatologia. Tertia de virtutibus et vitiis. 1. De laude; et quae ſcriptores aut poetae dixerint in laudem a) liberalitatis, et hiſtoriis liberalium. b) De fortitudine, patientia laborum, animo imperterrito. c) De abundantia intellectus. d) De veracitate. e) De fidelitate et obſervatione ſui axiomatis. 3. De animo ſubmiſſo. f) De contento paucis et abſtemio. g) De grato. h) De promiſſis et eorum complemento. i) De interceſſione. k) De deprecatione et οἰκτισμῷ. 2. De iis, quae dicta et narrata in vituperium. Ut a) De convitiis et ea merentibus. b) De invidia. c) De delatione. d) De calumniatione et proditione ſecretorum. e) De avaritia et ſordibus et ſordidorum hiſtoriis, et quae illi ſuam ad excuſationem attulerint. f) De iis, qui ſe non invitati in convivia ingerunt; item de voracibus. g) De meticuloſis et fugacibus. h) De fatuis

fatuis et ferociter ſtolidis. i) De mendacibus. k) De defraudatoribus et perfidis. l) De faſtu et philavtia. m) De aviditate. n) De tarditate in praeſtandis promiſſis. o) De loquendi infantia et balbutie. 3. Pars agit de iocoſe, rare, argute lepideque dictis. 4. De vino, quare prohibitum ſit, quid noxae inferat, et ſcelerum; quibus appelletur nominibus. De iis, qui iam ante Muhammedem eo abſtinuerunt; de viris primi ordinis, qui propter eius uſum caeſi publice fuerunt; de iis, qui ab eius uſu inclaruerunt, et propter vinum induerunt pallium τῆς ἀναισθησίας καὶ ἀναισχυντίας. Quae poetae de vino pulchre dixerint; quae de vaſis eius, ut calicibus, et apparatu ad oenopoſiam neceſſario: quibus rationibus rapere voluptatum uſum ante fatalem neceſſitatem ſuaſerint. De ſympoſiis, et ſimilibus. 5. De compotoribus et pincernis. 6. De cantu et muſica; et quae eo pertinent, ut quinam de as Sahabah, et τῶν Tabeine, al Imamorum, aliorum fidelium, hominum auſterae vitae, muſicam amaverint; quinam ex al Chalifis, eorum liberis, Scharifis aut nobilibus, ducibus exercituum, aulae magnatibus cecinerint: de hiſtoriis muſicorum; quinam cantica e Perſica lingua converterint in Arabicam. 7. De ſcitu poſſeſſuque neceſſariis muſico, et deſcriptiones inſtrumentorum muſicorum. Quarta pars 1. de gratulationibus. 2. De Epicediis et condolentiis. 3. De abſtinentia a rebus mundanis ſuique permiſſione deo. 4. De votis et precibus. Quinta eſt politica, et agit 1. de requiſitis Imamatus legalibus et moralibus. 2. Characteribus regis, et moribus, et quibus caeteros excellit; ubi commemorantur apophthegmata Chaliſarum et regum, e quibus iudicium fieri poteſt de nobilibus et excelſis eorum ſpiritibus. 3. Qualem

erga

erga cives oporteat eſſe principem *). 6. De pulchro regimine, et eius conſtitutione per prudentiam, conſtantiam, captationem occaſionis, manſuetudinem, ignoſcendi facilitatem, puniendi et ulciſcendi peritiam. 7. De conſultatione, adhibitione boni conſilii, ut quis omnia ſua agat ex arbitrio, de iis, qui ſuae conſiſi ſapientiae noluerunt alios in conſilium adhibere. 8. De ſecretorum occultatione, de munere cubicularii et introductoris ad principem. 9. De Weziris et miniſtris familiaribus. 10. De ducatu exercitus, de bello contra infideles. De ſtrategematibus. De praeliis, excubiis, deſcriptiones armorum. 11. De Kadhii munere. 12. De commiſſariis appellationum. 13. De regiſtraturis computorum. 14. De ſcriptione et ſecretariatu, ut de pulchris ſcribis et diſertis ſecretariis; de eorum variis officiis et generibus ſcripturarum; ut eſt ſcriptura 'l Inſchai (ſeu diplomatum et literarum ad extraneos principes). Scriptura in Diwan (ſeu conſilio intimo), et in expeditione rerum regni. Scriptura reſcriptorum et ſententiarum in cauſſis forenſibus. Scriptura librorum pro condendis bibliothecis. Scriptura tandem ludimagiſtrorum in ſcholis ad inſtructionem inventutis.

Fenn ſeu genus tertium agit de mutis animalibus. Primum de feris ſaevis. 1. De leone, Babar (ſeu tigride), et pardo. 2. De thoe, cane, lupo, hyaena et ichneumone. 3. De ſciuro, vulpe, urſo, fele, et ſue. Secundo de feris mitioribus, ut 1. de elephanto, rhinocerote, de oz Zarafah (vel camelopardali vid. Hyde de Schachilud. p. 107.) vaccis et capris ſylveſtribus. 2. De onagris, rupicapris etc. 3. De cervis, leporibus, ſimiis, et ſtruthiocamelis. Tertio de iumentis et pecoribus. 1. De equis. 2. De aſinis

*) 4 et 5 omiſſa ſunt. *M.*

aſinis et mulis. 3. De camelis, bobus et ovibus. Quarto de venenatis. 1. De iis, quorum venenum actu perimit. 2. Quorum actio lethalis non eſt. (Hoc ſic intelligo, de iis, quae non morſu, et contactu, ſed viſu tantum, et auditu aut odore perimunt.) Quinto de avibus, et piſcibus. 1. De avibus rapacibus, ut aquila, falcone, accipitre, falcone albo. 2. De avium canino genere, vel venationi faciendae apto, ut eſt vultur, pellecanus, milvus, corvus. 3. De genere avium bruto et pigro humigrado, ut francolino, tarda, pavone, gallo, gallina, anſere, anate, النجام القبس الغواند hirundo, القبق الذرور coturnix, upupa, pica, paſſer. 4. De avibus de genere accipitrino vilioribus tardivolis, venationi ineptis, ut palumbes, الدبشي columba livia, palumbes torquatus, turtur, Kathae, columbae domeſticae et earum diverſa genera, papagus. 5. De avibus nocturnis, ut veſpertilio, grus (vel otis) ulula, bubo. 6. De inſectis, ut ſunt formicae, muſcae magnae, araneae, locuſtae, tineae, muſcae, culices, pulices جرقوصد. 7. De piſcibus. 8. De inſtrumentis venationis terreſtris pariter atque aquaticae, de iaculatoribus glandium ex arcu, et ſimilibus.

Fenn quartum tractat de plantis. Et quidem parte prima, capite 1. de origine et ſolo plantarum. 2. De plantis cuique regioni propriis. 3. De alimentis, viridibus herbis et oleribus. Parte ſecunda de arboribus et 1. de iis, quarum fructus induti ſunt cortice, qui comedi nequit. 2. De iis, quarum nuclei comedi nequeunt. 3. De iis, quae neque corticem, neque nucleos duros habent. Tertia, de fructibus odoratis. 1. De recentibus fragrantibus et quae deſtillantur, ut roſa, roſa canina

nina (Naſrin) Chelak (nigrae baccae botryos vulpinae) et Nilufar (Nymphaea). 2. De recentibus fragrantibus, ſed deſtillari non ſolitis, ut viola, iaſmin, narciſſus, myrtus, crocus, ocymum. Quarta parte 1. de hortis. 2. De floribus. 3. De gummatibus, quorum ſunt 28 ſpecies. 4. De mannis. Quinta de aromatibus. 1. De muſco et eius ſpeciebus. 2. De ambara et eius ſpeciebus et locis natalibus. 3. De agallocho. 4. De Sandalo. 5. De ſpica Indica et caryophyllis. 6. De coſto. 7. De compoſitione galliarum, et naddorum (ندّ). 8. De compoſitione 'r Ramek et es Sukki ex or Ramek et unguentis. 9. De compoſitione 'n Nadhuhat (guttarum quae ori ſolent inſtillari) et aquarum ſtillatitiarum et non ſtillatitiarum. 10. De medicamentis venerem languentem erigentibus.

Fenn quintum eſt hiſtoricum, et exponit Partis primae capite 1. Initia Adami. 2. Res Sethi. 3. Edriſi. 4. Noachi et diluvii. 5. Hudi cum Aditis. 6. Salehi cum Tſchemuditis. 7. De τοῖς putei vacui, et palatii firmi (vid. Surat). 8. De τοῖς er Raſſi (Surat). Secundae partis capite 1. de Abrahamo 'l Chalil, et Nimrodo. 2. De Loth et Sodom. 3. De Iſak et Iacob. 4. De Ioſef. 5. De Ejub. 6. De Dzi 'l Kefl, filio Ejub. 7. De Schoaib et Midianitis. Tertia de Moſe agit et Faraone et Ioſua, et Charkil (Hercule), et Elias, et Eliſa, et Gila, et Samuel, Saulo, Goliath, David, Salomon, Eſaia, Ieremia, Bochtanſar, deſtructo templo Hieroſolymitano, et reſtaurato, de Ozair, filio Ionae, de Balukia (de quo mira narrant Iudaei) Zacharia, Ioanne, Omran patre Mariae, matris Chriſti; de apoſtolis, de Georgio; de rebus geſtis ante adventum Chriſti, de al Mahdi, et antichriſto; de altero Chriſti adventu in terras, quamdiu manebit; quid poſtea fiet, de reſurrectione. (Hanc partem,

id

id eſt, hiſtoriam veteris Teſtamenti deſcriptam vidi et latine verſam Leidae ab erudito viro *Ioanne Heymanno*, LL. OO. olim Leidae profeſſore.) Utinam vir doctus otium operamque ſuam ad aliud quid melius, ad aliam huius Nuwairii partem convertiſſet. Sed adhaerebat ipſi guſtus theologicus ipſius. Fuerat olim Smyrnae paſtor eccleſiae Belgicae. Sed ſiniſtra uſus fuit fortuna. Nam omnes ſuos orientales theſauros in ipſo portu Livornenſi perdidit in undis. Deinde Leidae contemtus iacuit, vir non illiteratus, et adverſario ſuo, Schaſio, multo doctior, et aeger atque paralyticus traxit miſeram vitam. Optandum, ut edatur eius uberior recenſio codicum manuſcriptorum Bibliothecae Leidenſis, quam ſex voluminibus concinnatam vidi apud eius ex fratre nepotem et haeredem, *I. G. Heymannum*, M. D. et Practicum Leidenſem, auctorem commentarii in Inſtitutiones Medicas ſummi Boerhavii. Vidi quoque I. Heymanni ſat grandem et fuſam recenſionem huius ipſius operis Nuwairiani, apud celeb. Schultens. His in catalogis argumenta et diſpoſitiones librorum celebrium et alicuius momenti fuſe diſtincteque perſecutus fuerat, libros et capita ſigillatim enotaverat, et auctores, unde ſua quisque ſumſerat. Utiliſſimo inſtituto. Tales edi catalogos multum intereſt. Saepe reperias in libro quodam, quae non quaeſiveras neque exſpectaveras. Saepe vano et pompoſo titulo foede deludaris. Habuit quoque idem Io. Heymannus volumina duo epiſtolarum varii generis, praeſertim Turcicarum et Arabicarum, quas ad ſe ſcriptas Erpenius et Golius ex oriente acceperant. Multum laboravi, ut eas nanciſcerer. Sed ab hodierno poſſeſſore, qui uti theſauro ſuo nequit, impetrare non potui.

Tan-

Tantum occaſione Heymanni. Redeo in viam et ad Nuwairianum opus.

Parte quarta Fenni quinti reges enarrat variarum gentium. 1. De Dzul Karnain, cuius ſit in Alcorano mentio (vid. Sale p. . .) 2. De regibus Aegypti, Indiae, Sinae, Turcarum, gentium in Caucaſo. 3. De regibus Perſarum, ut de primis eorum regibus (quos vicit Alexander Magnus), de ſecutis regulis provinciarum, de regibus Saſanicis, de regibus Graecorum, Syrorum, Kawanicis *), Sclavis (Chalybibus) Tukbord (forte Longobardis) Francis, Gallaecis, et Nigritis. 4. De regibus Arabum et ruptura catarrhactae. 5. De praeliis Arabum tempore ferociae. (Haec duo poſtrema capita mihi exſcripſi, et eſt animus ea, ſi Deus vitam et vires concedat, aliquando in lucem proferre.) Pars quinta res a Muhammedanis geſtas perſequitur. 1. De vita Muhammedis. 2. De legitimis Chaliſis, Abu Bacr, Omar, Otſchman, et Ali eiusque filio 'l Haſan. 3. De dynaſtia Omajjadarum in Syria, et alibi. 4. De dynaſtia 'l Abbaſidarum in al Irak et Aegypto. 5. De Omajjadis in Andaluſia, et ſtatu Hiſpaniae poſt eorum ruinam. 6. De rebus Africanis, et quinam ibi tanquam legati, aut tanquam autocratores imperarunt. 7. De iis qui ſuſtulerunt caput Chaliſatum quaerentes, de gente Abi Thaleb, ſub utraque dynaſtia, tam Omajjadica, quam Abbaſica, ſed occiſi fuerunt irrita ſua in molitione poſt caedem el Hoſaini. 8. De rebellione Zengjorum, et Karmathitarum, et

*) Nullos poteſt alios intelligere, quam tertiam claſſem regum Perſicorum, alias Aſchganidas vel Arſakidas dictos. Sed illi regnarunt ante Saſanidas vel Coſroës. vid. Pocok. S. H. A. p. 75. et Petav. Rat. T. 2. p. 150. lin. ult. ed. noviſſ. Magnum in hoc commiſit Nuwairius parachroniſmum. Neque ſemper eſt fidus. *R.*

et al Charegjitarum in al Mauſela. 9. De iis, qui regnum ſibi vindicarunt durante Chaliſatu 'l Abbaſidarum, tam in provinciis verſus orientem, quam verſus ſeptentrionem ſitis, (ſcripſit auctor in Aegypto) nempe principes Choraſanae, Transoxanae, regionis montanae, Thabareſtanae, Gaznae, ol Guri, Sindiae, Indiae: ut Samanidae, Saffaridae, Gaznawidae, Gurenſes, Dailomitae, Chottalanici. 10. De principibus el Iraki, et eo ſpectantibus, ut qui in al Mauſel, in al Gjazirah, in Deiar Becr, in Syria (vel Damaſci et Halebi) regnarunt, ut Hamdanidae, Dailomitae, Buiidae, Selgjukitae, Atabeki. 11. De dynaſtia Chawarezmica, et Genkizchanica (ſeu Tatarica) et inde propullulantibus. 12. De principibus Aegypti, ut qui nomine Chaliſarum Abbaſicorum eam adminiſtraverunt, ut principes Thulunici et Achſchidici; et qui eam autocratice tenuerunt ereptam legatis Abbaſidarum, ut principes Obaiditae (vel Fathemitae), qui ſe ad genus Abi Thaleb (ſeu Alii) retulerunt, quomodo hi antea regnaverint in Africa, et quomodo potiti fuerint Aegypto, et Damaſceno deinceps et Halebenſe principatu, et Armenia minore, et Palaeſtina, et aliis, usque dum deſineret ipſorum dynaſtia et ſurgeret Ejubitica; porro de his ipſis, ſcilicet Ejubidis, ad illud usque tempus, quo Turcica ſubibat dynaſtia, et quid hi, Turcae, eorumque liberi expugnaverint et acquiſiverint provinciarum et geſſerint alia, usque ad tempus, quo compoſuimus hanc hiſtoriam, nempe anno ſeptingenteſimo et .... (erat ſpatium in codice) in diebus domini noſtri Solthani potentiſſimi, il Maleki 'n Naſeri Naſereddonia waddini Solthanil Iſlami wal Moslemine, Abi 'l Fatahi Mohammadi, filii 's Solthani 's Schahidi 'l Maleki 'l Manſuri Saifeddonja

donja waddini Abi 'l Mothafferi Kalawuni 's Salehici. Tantum de hoc en Nuwairii opere.

9) Nunc de AL MAIDANENSE dicendum. Intelligo eo nomine collectionem proverbiorum Arabicorum, ab al Maidanenſe curatam. In ea proverbiorum origines ex antiqua repetit hiſtoria, ritus indicat antiquos, et obſcura verba ex intimis Arabicae linguae penetralibus declarat. Unde patet, librum eſſe Arabicarum literarum amantibus ſumme neceſſarium. Et bene certe fecit ſummus Pocokius, quod hunc librum in latinum ſermonem tranſtulerit. Dolendum tantummodo, quod utiliſſimus hic labor adhuc cum tenebris, forte quoque cum tineis et blattis in Bibliotheca Bodlejana Oxonii certet. Specimina quaedam eius dedi in opusculo meo Leidenſe, id eſt ad Tharafae Moallakah; et praeſertim luculentum in prologo a pag. XLVI. usque ad L. unde genius huius libri poteſt intelligi. Eſt facetus, ſapientiae, bonae frugis et antiquarum rerum pleniſſimus. Sed eius editio virum requirit Pocokio parem. Codex Leidenſis, unde meum paravi, eſt elegante doctaque manu ſcriptus, quamvis neque ſic abſque vitiis, ut poteſt ex emendationibus meis intelligi, quas inter transſcribendum codicis Leidenſis margini allevi. Continet ultra ſex millia proverbiorum; et paginas implet meae ſcriptionis 718. Al Maidanenſe.

10) De libris quibusdam ad hoc argumentum ſpectantibus nunc diſſeram, quorum tantummodo particulas et excerpta mihi comparavi. Et primo quidem loco nominandus eſt RIHAN OL ALBABI (ſeu ocymum cordium) egregius liber. In catalogo Leidenſe p. 485. n. 872. dicitur hiſtoria eruditorum, qui in quacunque ſcientia vel arte excelluerunt. Sed pertinet hoc ad illa perperam et ςοχαςικῶς dicta, quorum ſat larga ſeges in iſto Rihan ol Albabi.

catalogo eſt. Refert ad certa capita hiſtorias quasdam, fere ut modo vidimus in Nuwairio: de liberalitate, ſordibus, fortitudine bellica, ſtrategematibus, de heroibus et bellis antiquis; et adducit illis temporibus dicta antiqua carmina, quae alibi non reperias. Deinde inſpexi quoque codicem Bibl. Leidenſis 973. qui catal. p. 480. n. 1750. ſatis obſcure indicatur. Eſt particula Mirat ez Zamani, ſpeculi temporum auctore 'l Gjuzi; et multa bona continet de vita Muhammedis, et obſervationes aliquot curioſas de ſuperſtitionibus Arabum. 3. Deſcripſi mihi ex eodem codice Dorvilliano, in quo exſtabat Ibn Schehnah, adiunctam ipſi hiſtoriam principum Aegypti auctore MORIO, filio Ioſefi, Hieroſolymitano, qua recenſet omnes tam praefectos, quam dominos Aegypti inde ab initiis Iſlamiſmi, usque ad annum 1034. fere poſt Fugam. Non magni quidem momenti libellus eſt: neque tamen ideo contemnendus; neque foret inutile, latina illum lingua loquentem introducere *). 4. Inſpexi codicem Bibliothecae Leidenſis 73. (Catal. p. 484. n. 1859.) illectus elogio, quod ibi dederunt iſti libro catalogi auctores. Sed deprehendi eum non continere niſi vitas theologorum ſectae Schafiaei, et pauca ex illo excerpſi. Si quis vellet hiſtoriam eccleſiaſticam Muhammedanorum condere, huic liber iſte poſſet magnopere inſervire. 5. De Abi Oſaibah vitis illuſtrium medicorum latius diſſerui in diſſertatione mea inaugu-

Marai.

*) Introduxit ipſe Reiskius, non tamen Latina, ſed Theotiſca lingua loquentem, in BUESCHINGII *Magazin für die neue Hiſtorie und Geographie* T. V. p. 367 — 454. Studio omiſit praefationem atque primum caput vel hiſtoriam Aegypti ſub Chaliphis. Deeſt etiam libri finis, de quo conſulendus eſt *Kuehlerus* in Repert. l. c. P. III. p. 276. *M.*

augurali. 6. Inſtitui aliquando Maſudii, vulgo celebrati hiſtorici, Morugi od Dzahabi, ſeu campos aureos excerpere. Sed brevi deſtiti. Diſplicebat enim. Scatet fabulis. 7. In al Hamaſa, ſive Anthologia Arabica, ut et in Diwan (ſeu collectione poeticorum operum) Gjeriti et in commentariis, ad illam Tebrizii, ad hanc Nagjirii, multa ſunt ad antiquam Arabum hiſtoriam. Sed haec nimis ſunt particularia.

Haec ſunt fere ſubſidia, quae mihi ad hiſtoriam orientalem Leidae magno labore comparavi. *Plura* collegiſſem, inſpexiſſem, examinaſſem, ſi maiore libertate potuiſſem incomparabilem, quem ibi poſſident, theſaurum orientalem verſare. Sed illuſtres eius academiae curatores pari ſeveritate peregrinos et indigenas ab eius uſu, certe tali, qui faciat operae pretium, arcent. Olim aliter erant res comparatae. Sed poſtquam Burmannus, ἄμικτον illud et terribile numen Hollandiae, regimen accepit eius bibliothecae, damnati ſunt manuſcripti libri perpetuis carceribus, et murium dentibus. Ego certe, qui longe aliter meritus fui de iſta bibliotheca (nam pulchrum ordinem, quo nunc digeſta comparet, mihi debet) ego inquam, fuiſſet absque rara humanitate et indultu celeberrimi Schultenſii, vacuus et ſpe votisque meis deluſus Leida diſceſſiſſem. Et vel ſic tamen furtim fere clanculumque mihi corraſi qualemcunque meum apparatum codicum Arabicorum. Inde fit, ut multos libros, qui bonum aliquid in fronte promittunt, examinare et agnoſcere non potuerim. Ideoque parcus ero et brevis in commendandis libris ad orientalem hiſtoriam ſpectantibus, quos ipſe non poſſideo, neque vidi.

Ad hos pertinent illi fere omnes, quos Abulfeda in praefatione ad hiſtoriam ſuam, quam ſupra

exhibuimus, laudat. Ut et illi, quos paſſim citat in ipſo ſuo opere hiſtorico. Nec non illi, quos ad Geographiam ſuam laudat. Quorum equidem omnium indices huc poſſem apponere, a me confectos, malo tamen ipſi eorum librorum editioni reſervare. Pertinent huc libri, hiſtorici, geographici etc., qui in Catalogo Bibliothecae Leidenſis a pag. 477. usque ad p. 487. recenſentur. Sed ſunt ibi mala mixta bonis; neque ſatis mala a bonis diſtinguas, aut inde diſcas verum cuique ſuum pretium ſtatuere. Multa quoque graviter in eo peccata deprehendi. Sed non poterat aliter. In tanta librorum farragine, et tanta linguarum diſcrepantia, forte quoque magnis in temporum anguſtiis, quando non licuit ſingula per otium excutere, legere et relegere, et tandem in tanta argumentorum diverſitate, non potuit vir doctus, eius catalogi auctor et digeſtor (orientalis dico), quem coniicio ſupra laudatum I. Heymannum fuiſſe, non labi. Palmam tamen omnibus editis hactenus hoc in argumento catalogis hic praeripit. Recens enim editus Bibliothecae Regiae Pariſinae catalogus ab homine harum literarum prorſus imperito fuit conſarcinatus. Dolendum, miſerabiles ſaepe nugas chartam typosque tam ſplendidos inveniſſe. Percurram itaque ſtrictim Catalogi Leidenſis libros hiſtoricos et geographicos, et recenſioni meum iudicium ſubiungam. Sciendum autem quod codices huius bibliothecae diſpoſiti ſint, non ſecundum numeros, quo in catalogo recenſentur, ſed ſecundum numeros cuivis libro ſubiectos, ut e. c. Geographia Abilfedae, quae p. 477. n. 1700. recenſetur, non eſt volumen milleſimum ſeptingenteſimum, tot enim libros orientales manuſcriptos Leidae non habent: ſed eſt volumen 57. ut numerus ſubiectus indicat. Et ita de caeteris.

Nume-

Numerus itaque 1701. (ſeu volumen centeſimum quinquageſimum octavum) Charidat ol Agjajebi, eſt liber vetus et interdum citatur a Geographo Nubienſe. Iudicare de illo non poſſum. Exſtat eius particula in bibliotheca Senatus Lipſienſis.

1703. Iacuti Hamateni liber magni momenti, ſaepe citatur ab Abulfeda; ut et qui num. 1705. legitur. Ibn Haukal n. 1704. pariter eſt auctor geographus capitalis. Sed n. 1706. Zamachſcharii Lexicon Geographicum eſt nullius momenti, parvique uſus liber. Non enim continet niſi nuda vilium et obſcurorum Arabiae pagorum nomina, quae paſſim apud poetas occurrunt. Praeterea peſſime ſcriptus. Eum olim in iuventute ſua, quum ſtudiis his operam daret, deſcripſit vir clariſſimus, Abrahamus Gronovius, bibliothecae Leidenſis praefectus; ſuumque mihi apographum communicavit; unde quaedam exſcripſi. Sed operae taeduit. Et hinc agnovi librum, quem olim, experientia nondum doctus, magni faciebam.

N. 1708. 1709 et 1710. videntur bonae notae libri eſſe. D'Herbelot al Kazwinenſis operum geographicorum cum laude meminit.

N. 1711. Macrizius de valle Hadhramaut eſt liber fabuloſus. De ſequentibus non audeo meum iudicium interponere.

N. 1727. Ibn Schehnah hiſtoria eſt liber, de quo iam ſupra dixi. Codex hic vetuſtus eſt et bonae notae.

N. 1728. Schuthaibius male appellatur, pro Schathibius, aut Schathibenſis, aut Xativenſis. Eſt liber parvi momenti, male ſcriptus, charactere Africano. Compendium al Maſudii.

N. 1729. Ibn Amid Chriſtiani hiſtoria ab O. C. usque ad Imperatorem Heraclium, eſt eiusdem

auctoris, qui vulgo nobis Elmacini nomine celebratur, et eſt prior quaſi tomus eius libri, cuius, ſi placet, ſecundum tomum appellare poteris hiſtoriam ſic dictam Saracenicam ab Erpenio editam. Hottingerus ex hoc codice multa in Smegmate ſuo prodidit.

N. 1730. Abu 'l Haſan Ali ben Hoſain geographia et hiſtoria univerſalis orientalis. Sic ſatis obſcure deſignatur hic liber, quem, niſi deprehenderem ex Arabica inſcriptione addita, fere non noſſem quis ſit. Ibi autem video Morugjodz Dzahabi eſſe, ſeu prata aurea. Unde apparet hunc eſſe vulgo celebratum al Maſudium. Conf. N. 1738: Incedebat aliquando me cupiditas, viri tam celebris opus mihi comparandi. Et deſcribere quaedam incepi. Sed brevi deſtiti. Mihi certe non placuit. Obſcurus admodum et fabuloſus eſt. Id ſaepe mihi contigit, ut, magiſtrorum defectu, qui me monerent, quid bonum, quid minus ſit, temporis et operae cum iactura rectum videre, et congruum de rebus ferre iudicium didicerim.

N. 1733. ſcilicet Arabſchiadae, celebris illius ſcriptoris vitae Timuricae, liber alter ineditus, male huc relatus eſt. Non enim continet hiſtorias, ſed fabulas orientales. Potius ad apologos pertinet, quales ſunt Bilpai, Stefanites et Ichnelates. Moſchel Kadmoni etc. Librum hunc ſibi Leidae deſcripſit meus ibi quondam amicus vir Pl. Reverendus et Eruditiſſimus, Iacobus Kocher, Bernas, in patria V. D. M. vir ut aliarum OO. LL. ſic etiam Kopticae perquam peritus, ut ſpecimen eius de voce Knef, Miſcellaneis criticis Amſtelodamenſibus inſertum, monſtrat.

N. 1741. Nebaketaei hiſtoria, Perſice ſcripta, laudem mereatur nec ne, neſcio, cum quia non inſpexi, tum quia Perſice prorſus non intelligo.

Videtur

Videtur idem cum Binaktaeo D'Herbeloti eſſe. N. 1742. eſt celeber ille a Pocokio editus Abulfaragjius. N. 1743. Abulfedae hiſtoricum opus ſat iam celebre eſt et a nobis ſupra fuit deſcriptum. N. 1746. Baidaſii hiſtoria Perſica eſt eadem cum illa Baidawii, cuius particulam Andr. Mullerus Berolini an. 1677. Perſice et Latine edidit. Vid. ibi p. 2. notarum.

N. 1747. eſt Hamzah Iſſahanenſis, de quo iam ſupra dixi. N. 1750. eſt ille, de quo iam ſupra monui, quod ſit excerptum ex el Gjuzii ſpeculo temporum. Conditori catalogi Bibliopegus obſuerat, qui titulum libri munda charta oblimaverat; qua remota libri inſcriptionem detexi. Sequentes libri de hiſtoria Perſica et Indico - Mogalica commendandi ſunt ideo ſtudioſis et peritis Perſicae linguae, quod non adeo multa neque certa de hisce rebus novimus.

N. 1768. non eſt talis liber, qualis fertur. Sed, ut ex curſoria inſpectione intellexi, alia omnia continet. De n. 1770. id eſt Ibn Doraid Lexico Etymologico - genealogico ſupra dixi. Vitium modo hic animadvertam, quod catalogi auctori obrepſit. Dicit ab hoc philologo decem priorum Muhammedis califarum ſeu ſucceſſorum vitam deſcribi. Atqui Muhammed non habuit decem Chaliſas. Decem illi, ol Oſchrah, ſeu decuria dicti, diverſi ſunt ab al Chaliſis, referuntque duodecim Chriſti diſcipulos, ut rem exemplo illuſtrem, quemadmodum os Sahabah ſeu Muhammedis ἑταιρεία ſub imagine 72. diſcipulorum Chriſti poteſt praeſentari.

N. 1772. perperam relatus fuit inter ſcriptores rerum Arabicarum. Aut non ſatis exercitato in hiſtoria orientali, aut nimis feſtinanti auctori huius catalogi vitium ſcripturae impoſuit, quod aut in

codicis titulo inveniebat, aut ſaltim ſibi viſus fuit inveniſſe. Certe non exhibet titulum, ut invenit, ſed ex ingenio ſuo concinnatum. Pro voce جمن tantum (unde credidit hunc librum res Arabiae felicis tradere) legere debuerat, et procul dubio habebat ſuo libro يمين الدولة *Jamin od Daulah.* Adeoque pro verbis *regis Arabiae felicis* reponenda ſunt haec: regis *Jaminoddaulah Abi 'l Caſem Mahmud* etc. et pertinet hic liber non ad res Arabiae felicis, quam certe ille Mahmud nunquam oculis vidit, ſed ad res Gaznae et Indiae. Vid. D'Herbelot p. 533. Poſt haec a me iam dudum ſcripta, incido in locum memorabilem in Hiſtoria Timurbeki III. p. 132. qui haec luculenter confirmat. Legitur ibi ſic. *Abn Nair* (lege Abu Naſir) *Otbi a rapporté dans ſon livre appellé Temini:* et in nota Petiſi de la Croix: *Temini, hiſtoire celebre du Sultan Mahmud Sebukteghin aux Indes* (*forte legend. et de ſes expeditions aux Indes*). Appellatus fuit hic liber Jemini, a Jemin oddaulah, principe, cui dedicatus fuit liber, et cuius res geſtas exponit. Qui mos eſt orientalium. Conf. Arabſchiades p. 157. et Raudh p. 52. ubi Otabi, Otabenſis, non Otbi aut Otbenſis ſcribendum et pronunciandum eſſe tradit.

De N. 1773. ſeu Ibn Kotaibah iam ſupra dixi. N. 1777 et 1792. id eſt Sojuthenſis de hiſtoria Aegypti videtur non contemnendus liber eſſe. De N. 1779. 1780. et 1801. et 1888. id eſt operibus Wakidaei parum magnifice ſentio. Eſt quidem ſcriptor antiquiſſimus bellorum et victoriarum, quibus primi Moslemi ſuam fidem Syriae et Aegypto obtruſerunt; ideoque laudatur et magni fit. Mihi vero diſplicuit ob ſuperſtitioſas et fabuloſas multas relationes; miror que, quare Simon Okley

magnam

magnam huius auctoris partem voluerit in hiſtoriam ſuam Saracenicam transferre. Potuerat ille quoque hinc didiciſſe, plura exiſtere in Europa exemplaria tam ſibi amati auctoris, quam credebat. Adhuc magis mirum, quod Petis de la Croix totum exiſtimaverit dignum interpretatione, quam concinnavit, Gallica.

De n. 1782. ſeu Macrizii hiſtoria Aegypti conſtat, quod in ſuo genere ſit praeſtantiſſimus, ex quo Dn. de Maillet et Maſcrier deſcriptio Aegypti comparuit. Neque male videtur n. 1787. ſeu Ibn Abi Hagjelah hiſtoria naturalis Aegypti. N. 1734. procul dubio parvum quidem, et curioſum eſt opuſculum, quis ille Karmathita ſit, id eſt quotus numero, et quo nomine appellatus, et quis ille Amir ol Mumenice Aegypti, ſcire velim. Sed nimis particularis eſt haec hiſtoria.

Sequentes quinque libri boni videntur et curioſi, hiſtoriam Saracenorum in Africa et Hiſpania ſpectantes. Quae vero cuiusque dos, et quis eorum altero praeſtantior, dicere non valeo, ut qui non examinavi.

N. 1800. eſt ille cothurnatus belli ſacri Francorum cum Saladino ſcriptor, cuius ſpecimina quaedam celeb. Schultens edidit. N. 1803. videtur vitam aut Amadeddini Zenkii, aut eius filii Nureddini, complecti. Quare autem auctor in titulo dicat *res utriusque dynaſtiae*, non perſpicio, niſi forte uno volumine Nureddini, altero Saladini res geſtas expoſuerit, quorum ille princeps dynaſtiae Atabekicae, hic Ejubicae, erat.

N. 1804. pars hiſtoriae orientalis, dictae ſpeculum temporum, prodit eſſe el Gjuzii, auctoris boni, eiusdem qui N. 1908. ſcripſit. N. 1806. quid valeat, nempe Ibn Ajas annales dynaſtiae mamlukorum Circaſſorum in Aegypto, non dixerim.

Operae pretium interim eſt, quod auctor huius catalogi foedo errore Circaſſos et Saracenos eosdem eſſe putaverit. Atqui Saraceni non ſunt niſi Arabes. Inde quoque corrigendum n. 1807. et pro *hiſtoria Saracenica* ſcribendum *hiſtoria Turcica* Ibn Habibi. Hunc auctorem laudat Petis de la Croix indice auctorum ad Genkizchani vitam N. 1808. Dzahabaeus eſt bonus auctor, ut iam ſupra dixi. Sed nequit integer eſſe; ut qui duodecim volumina implet. Forte compendium eſt Conf. n. 1816. N. 1818. a celeberrimo Schultenſio editus eſt, ſcriptor vitae Saladini, et ab eodem notatus error, quo auctor catalogi titulum et nomen Saladini pro nomine ſcriptoris accepit.

N. 1824. ſeu Mirchond eſt ſcriptor iam apud nos celeberrimus. Iudicium de Chondemiro fer D'Herb. p. 203. b. Cuius quaedam Texeira Hiſpa nice dedit, et ex eo Anglice aliquis Stevens Lond 1714. Quem Anglicum librum, neſcio qua for tuna, quod doleo, perdidi. Qui p. 483. b. recen ſentur libri, ab argumento ſuo ſe commendant Quibus vero excutere eos licet, illi de cuiusqu meritis viderint.

N. 1843. eſt ille celeber primordiorum imper Turcici ſcriptor Saadoddin, cuius partem Bratuti edidit Italice. N. 1857. eſt philoſophus autodi dactus ab Ed. Pocokio editus et in multas Euro paeas dialectos converſus.

N. 1858. eſt celeber ille Ibn Chalekan, qui pe D'Herbelotum et Pocokium noſtris hominibus iar ſatis innotuit. Sed immerito ad ſcriptores hiſto riae literariae refertur. Narrat omnino vitas eru ditorum apud Muhammedanos hominum. Se non eas ſolas; verum ad inſtar Bibliothecae D Herbeloti aut Dictionarii Bayliani aliorum quoqu

princi

principum virorum armis et potentia illuſtrium res geſtas exponit ordine alphabetico.

N. 1860. Ibn Sebeki liber ſic deſcribitur, ut deſiderium mihi moverit eius inſpiciendi. Et eſt liber certe cura dignus, qui praeclara multa hiſtoriae literariae monumenta continet. Opinione tamen inferiorem eum deprehendi. Non enim hiſtoriam ſectarum omnium Muhammedicarum continet, ut titulus latinus praedicat, ſed ſolos theologos ſectae Schafiei, quos inter non poſſunt non eſſe multa obſcura et parum memorabilia nomina. Quemadmodum talium librorum natura fert, ut ſi quis theologos Saxoniae, aut alterius cuiusdam provinciae recenſere velit, non poteſt humiles multos et parum de literis meritos homines non adferre.

N. 1861. Keſſaei hiſtoria prophetarum, liber fabuloſus ex Hottingeri Smegmate et Relandi libris de religione Muhammedana ſatis notus eſt.

N. 1865. vitioſe, ut ſaepe, titulus exhibetur, mancus enim eſt, et pro verbis *Ali Ibn Ghazargaei* legendum eſt *Ali Ibn Amarah, 'l Ghazragaei.* Eſt ille auctor, ex quo affert Abulfeda, quae de rebus Arabiae felicis annotat.

N. 1869. et 1870. notandi ſunt. Multum enim intereſt, noſſe rectam nominis cuiusque ſcriptionem, quum linguae Arabicae ſcriptio plus quam alius cuiuscunque linguae erroribus librariorum obnoxia ſit. Neceſſarium quoque, noſſe ſingulorum ethnicorum et patronymicorum rationem. Ea vero tradunt hi duo libri.

N. 1872. aliud eſt quam in catalogo fertur. Iam ſupra de hoc libro, Rihan il Albabi, dixi, verumque eius argumentum indicavi. N. 1879. de ſolis grammaticis tractat.

N. 1904.

N. 1904. Ibn Haſcham de vita Muhammedis ex traditionibus Ibn Ishak, maxime commendatur a Muhammedanis, tanquam praecipuus et fide prae caeteris digniſſimus huius argumenti ſcriptor *). N. 1910. etiam vita Muhammedis eſt. Abu 'l Caſem enim eius eſt praenomen, quo ſolet a Muhammedanis interdum citari.

Patet hinc, bibliothecam iſtam Leidenſem optimis libris abunde inſtructam eſſe. Dolendum modo, quod poſſeſſorem non habeat, Warnero ſimilem, aut potius poſſeſſores. Non enim ſufficit unus homo, tanto apparatui excutiendo. Dolendum, quod invidia et moroſitas quorundam malit hos theſauros muribus et tineis, quam doctorum uſibus permittere. Modo concederetur uſus, non dubito multos fore, qui uſuri ſint, quum hodie ſit in Belgio, qui literas has calleat, unus quantum ſcio, aut forte alter.

Conferri quoque debent caeterarum bibliothecarum catalogi, ut Bodlejanae, in qua Pocokiani praeſtant. Pariſinae, Florentinae, ab Evodio Aſſemano editus. Sed hi omnes prae Leidenſe macri et jejuni ſunt. Legendus quoque D'Herbelot paſſim et praecipue v. *Tarikh;* et Hottingeri bibliotheca orientalis, donec prodierit Noſtri Hagji Chalifah bibliotheca. In genere tenendum, quod hiſtoriae univerſalis orientalis ſeu Muhammedanae hi boni ſint ſcriptores: Abulfeda, Dzahabaeus, ol Gjannabius, Kondemir, Nighareſtan, Lobb ot Tawarich, Ibn Chalekan, ol Gjuzi, Tarich ol Moagjgjam, Nitham ot Tawarich, Firdauſi, Hezarfen **).

SECTIO

*) Cf. I. B. Koehleri *Nachrichten von einigen Arab. Geſchicht-ſchreibern;* in *Repert.* l. c. P. II. p. 31.

**) Integro nomine *Huſein Efendi Hezarfen, autor moderne Turc*, qui ſcripſit hiſtoriam monarchiarum omnium Muhamme-

SECTIO I.

Scriptores de Arabia.

Praeter ABULFEDAE geographicum opus atque GEOGRAPHIAM ſic dictam NUBIENSEM, de quibus *Reiskius* in *Prodidagmatibus* etc. nosque in notis ad eadem egimus, huc pertinet alius geographus Arabs celeberrimus, cui nomen SCHEHABODDIN ABU ABDALLAH JAKUT IBN ABDALLAH ALHAMVI. Jakut. Plura itinera fecit, mortuusque eſt a. Heg. 646. ſ. anno Chr. 1249. Scripſit Arabice *Lexicon regionum* ſ. geographicum, maius et minus. E maiore epitomen condidit SAFJODDIN ABDALMUMEN IBN ABDILHAKKI. Safjoddin. Nec Jakuti nec Safjoddini Lexica geographica typis expreſſa ſunt, nosque hanc ob rem eorum mentionem haud feciſſemus (quippe qui librorum typis expreſſorum notitias tantum dare ſolemus), niſi *Alb. Schultenſius* multa loca ex Safjoddini epitome cum orbe litterato communicaſſet, nimirum in *Indice geographico in vitam Saladini ex Abulfeda et compendio theſauri geographici Iacuti Hamatenſis maximam partem concinnato et inſtructo.* Qui index copioſiſſimus lucem haud exiguam affundit et hiſtoriae et geographiae, licet auctor multo plura praeſtare potuiſſet, ſi aliis quoque ſubſidiis, quibus bibliotheca Leidenſis abundat, uſus fuiſſet.

Cf. KOEHLERS *Nachrichten von einigen Arab. Geſchichtſchreibern* l. c. T. II. p. 36 ſqq.

ATHELARDI ſ. ADELARDI, *Bathonienſis*, Monachi Benedictini, Athelardus. qui ſaeculo duodecimo omnem Europam occidentalem, Aegyptum et Arabiam pera-

hammedanarum, quam Petis de la Croix, filius, Gallicam fecit, ut conſtat ex eius vita, quam filius eius Hiſtoriae Timuricae Schafareddini praefixit p. XXXVI. R.

peragravit, exſtat iter per Aegyptum et Arabiam a. 1130 peractum Anglice redditum in *Richard Hackluyt* Navigations, voyages etc. Vol. II. P. I.

Dapper. Diligenter, quae ante aetatem ſuam de Arabia aliisque orientis terris ſcriptores occidentales potiſſimum narrarunt, collegit OLFERT DAPPER in opere ſequenti: *Naukeurige Beſchryving van Aſie behelſende de Geweſten van Meſopotamie, Babylonie Aſſyrie, Anatolie, of klein Aſie: Beneffens een volkome Beſchryving van gantſch Gelukkigh, Woeſt en Petreeſis of ſteenigh Arabie. Vertookt in een boudigh optwerp van's Lants benamingen, bepalingen verdeelingen, ſteden, vlekken, gewaſſen, dieren, zeden, en aert der inwoonders, beſtiering, geſchiedeniſſen en godsdienſt, inſonderheit die van d' oude Arabieren, Mahomet en Mahometanen. Doorgaens verrykt met Landkaerten en afbeeldingen van de voornaemſte Steden, drachten der inwoonders, dieren en gewaſſen enz. Na't leven getekent en in't Koper geſneden. Getrokken uyt verſcheide oude en nieuwe Schryv.* Rotterdam 1680. fol. Theotiſce a *Ioh. Chſtph. Beren.* Nürnb. 1681. fol.

Vitringa. CAMPEGIUS VITRINGA de deſerto Arabiae Petraeae Iſraelitarum caſibus illuſtri; in *eiusd.* Obſ. ſacris (*Franequ.* 1708. 4.) p. 182 — 193.

Aſſemani. IOSEPHUS SIMONIUS ASSEMANI de Arabia eiusque incolis agit in *Bibl. orientali Clementino Vaticana* T. III. P. II. p. 552 — 580.

Wesley. SAM. WESLEY Diſſertationes de Arabia Petraea, deſerta et felici; in *eius* Diſſertatt. in librum Iobi (*Lond.* 1736. fol.) p. 171 — 190.

Eiusd. Periplus rubri maris ſ. Arabici ſinus *ibid.* p. 155 ſqq.

Huc quoque pertinent nonnulla itineraria, ſupra (Vol. I. P. II. p. 74 ſqq.) recenſita, v. c. MARTIN A BAUMGARTEN IN BREITENBACH, CHSTPH

FUERE

FUERERI, RAUWOLFFI, BREUNINGI VON BUOCHENBACH, BREMONDI, THOMPSONI, POCOKII. Praecipue vero ſequentes:

DE LA ROQUE *Voyage de l' Arabie heureuſe, fait par les François 1708—1710, avec une relation d'un voyage du port de Moka à la cour du Roi de Yemen, dans la ſeconde expedition des années 1711—1713, et avec un mémoire, concernant l' arbre et le fruit du Café, dreſſé ſur les obſervations de ceux, qui ont fait le voyage.* à Paris 1716. 12 mai. *à Amſterd.* 1716. 12 mai. c. figg. aen. Anglice *Lond.* 1733. 8. c. figg. aen. Theotiſce *Lipſ.* 1739. 8. c. figg. aen.— *Hoc* itinerarium quatuor narrationibus abſolvitur. *Prima* iter maritimum a. 1708 e Gallia in Arabiam ſuſceptum et duobus annis ſubſequentibus perfectum deſcribit. *Secunda* eiusdem eſt argumenti; ſiquidem a. 1711. 1712. 1713. eandem viam repetierunt Francogalli. *Tertia* naturam modumque creſcendi ſabarum Arabicarum, quibus utimur ad praeparationem potus calidioris, quam *Caffé* ſalutamus, explicat, nec non effigiem arboris, unde proveniunt, aeri inciſam exhibet. *Quarta* et ultima hiſtoriam de ortu et progreſſu laudati potus explanat. Duo nimirum illa Francogallorum itinera, iſtud genus mercium comparandi, eoque Galliae lucrum conciliandi cauſſa, fuerunt ſuſcepta. de la Roque.

Voyage fait par ordre du Roi Louis XIV dans la Paleſtine vers le Grand Emir, Chef des Arabes du Deſert, connus ſous le nom de Bedouins, ou d' Arabes Scenites, qui ſe diſent la vraye poſterité d' Iſmaël fils d' Abraham; où il eſt traité des moeurs et des coutumes de cette nation; avec la deſcription générale de l' Arabie, faite par le Sultan Iſmaël Abulfeda, traduite en François, ſur les meilleurs Manuſcrits, avec des notes. Par M. DE LA ROQUE. *à Paris* de la Roque ſ. d' Arvieux.

à Paris 1717. 12 mai. *à Rotterdam* 1717. 12 mai. à Amſterdam 1718. 12. avec fig. *Anglice*, Lond. 1724. 8. *Theotiſce*, Lipſ. 1740. 8. — Auctor itinerarii eſt LAURENTIUS D'ARVIEUX, rei mercatoriae Francogallorum Halebi degentium praefectus, alibi a nobis iam laudatus: *la Roque* vero, qui epiſtolam dedicatoriam ſubſcripſit, ſtilum tantum accommodavit.

Plaiſted. BARTHELEMY PLAISTED'S *Journal from Calcutta in Bengal by ſea to Buſſerah* (Balſora) *from thence acroſs the great deſert to Aleppo.* London 1758. 8. Francogallice hac epigraphe: *Itinéraire de l'Arabie déſerte, ou Lettres ſur un voyage de Balſora à Alep, par le grand et le petit déſert, fait en 1750, par MM.* PLAISTED et ELIOT, *traduit de l'Anglois.* à Paris 1759. 12 mai. — Praeter diarium ſat ſterile, cuius inſcriptionem dedimus, ineſt etiam *Elioti* epiſtola, in qua rationem, qua iter per deſertum minus a Balſora verſus Bagdadum et Aleppum prudenter inſtitui poſſit, declarat. Tertia epiſtola ab anonymo ſcripta nonnulla de quibusdam urbibus Bengalicis et de itinere a fluvio Gange verſus regionem Tibetanam traduntur, cum tabula geographica, qua oſtia Gangis delineantur. Ultima particula continet diarium Webbii de naufragio horribili, quod ad oras Africae orientalis fecit. Anglus *Plaiſted* de Arabibus non adeo magnifice ſentit, ut *d'Arvieux* Francogallus.

Montagu. EDUARDI WORTHLEY MONTAGU Obſervationes ſuper ſinu Arabico et Arabia Petraea, Anglice ſcriptae, exſtant in *Philoſophical Transactions* T. LVI. a. 1767 edito. Deſertum maius, comite ſacro codice, peragravit.

Niebuhr. CARSTEN NIEBUHR *Beſchreibung von Arabien; aus eigenen Beobachtungen und im Lande ſelbſt geſammleten Nachrichten abgefaſſet.* Kopenhagen 1772.

1772. 4 mai. cum XXV figg. aen. *Francogallica* ab anonymo elaborata verſio, recognita quidem a Niebuhrio, tamen aſpera, prodiit à *Coppenhagen* 1773. 4. cum iisdem figg. aen. Belgae typis repetierunt hanc verſionem (a. 1774.), ſed quoad vocabula Arabica vitioſiſſime. Melior verſio *Francogallica*, a *Deguigneſio* recognita et emendata, edita *Pariſ.* 1779. II Voll. in 4. — Auctor huius operis praeſtantiſſimi ſocius fuit quatuor virorum doctorum, qui iuſſu ſumtibusque Friderici V. regis Daniae, in uſus litteraturae biblicae atque orientalis, iter verſus Orientem, praecipue vero in Arabiam felicem, a. 1762 inſtituerunt. Niebuhrius unus ſuperfuit et hucusque ſupereſt, cum quatuor reliqui ſocii mox poſt iter ſuſceptum morbis periiſſent. Unus igitur ille non omnia, quae ſocietatis attentionem ferire debebant *), obſervare atque diſcutere potuit, quippe cui geographicae curae ſolum incumbebant: tamen, ſociorum ope orbatus, multo plura indagavit litterisque conſignavit, quam ſibi demandata fuerant. Egregium profecto bonaeque frugis pleniſſimum opus, e quo multa aut plane antea ignota aut minus recte ab aliis obſervata et deſcripta diſcimus. Pruritus iſte, multa ſingularia et incredibilia, portenta ac prodigia, videndi, credendi atque narrandi, longiſſime abeſt a Niebuhrio. Caute ſineque partium ſtudio tradit obſer-

*) Conſilio quidem ac auſpiciis *Ioannis Dav. Michaelis*, qui cum nonnullis collegis, profeſſoribus Goettingenſibus, viros iſtos ad iter recte inſtituendum praeparaverat, multasque quaeſtiones illis inquirendas propoſuerat, hac epigraphe: *Fragen an eine Geſellſchaft gelehrter Männer, die nach Arabien reiſen.* Goettingen 1762. 8. Adiectae ſunt quaeſtiones, ab Academia inſcriptionum Pariſina iisdem viris communicatae. Cf. *Hiſt. de l' Acad. des Inſcript.* T. XXIX. p. 1 ſqq.

obſervationes ſuas, ideoque narrationibus ſummam conciliat fidem. Bene diſtinguit, quae ipſe vidit, ab iis, quae tantum audivit. Opus ipſum duabus abſolvitur partibus. Altera de Arabia in univerſum agit, altera de ſingulis Arabiae regionibus. Et illa quidem ſiſtit primum fines rationemque phyſicam Arabiae, deinde Arabum nobilitatem, religionem, educationem, mores ritusque, v. c. circumciſionem, linguam et ſcripturam, eruditionem, agriculturam; annexis obſervationibus nonnullis in hiſtoriam naturalem. Pars altera deſcribit ſingulas Arabiae regiones, quaeque illis propria ſunt, nimirum: terram Jemen eiusque provincias, terras Hadramaut et Oman, minores dynaſtiae, nemini ſubiectae in ſinu Perſico et prope eundem, terras Lachſa ſeu Hadsjar, Nedsjed et Hedsjar. Sinus cum Perſicus tum Arabicus littoraque eorum multo maiore cum cura ac intelligentia, quam alibi, deſcribuntur tabulisque geographicis delineantur. Beduinorum ſive Arabum Scenitarum mores egregie pinguntur, aeque ac loca deſerta circa montem Sinai.

Cf. GATTERERS *hiſt. Journal* P. III. p. 1—64.
Goetting. gel. Anzeigen a. 1773. p. 457—471. 514—518.
BUESCHINGS *wöchentl. Nachr.* a. 1773. p. 1 ſqq. 49 ſqq. 149 ſqq.

Eiusdem *Reiſebeſchreibung nach Arabien und andern umliegenden Ländern.* Erſter Band. Kopenhagen 1774. cum figg. aen. LXXII. — Zweyter Band. *ebend.* 1778. cum figg. aen. LII. 4 mai. — Non omnia, multa tamen, ut vel titulus monet, ad cognitionem Arabiae pertinent. Variae ſcilicet obſervationes, quae in opere ſuperiore, maximam partem geographico, locum aptum obtinere haud potuerunt, hic quaſi ſupplementi vice tradita ſunt

ab

ab auctore peritiſſimo. Hoc ſine illo, praecipue propter tabulas geographicas, ſi Arabiam ſpectes, utilitatem praebet imminutam. Volumen primum hiſtoriam itineris per Aegyptum et Arabiam usque ad inſulam Bombay ſiſtit. Deſcriptio igitur Aegypti et Arabiae potiſſimum ineſt; et Arabiae quidem a p. 255 usque ad p. 450. Eadem circumſpectionis et ἀκριβείας laus, praeſertim in rebus geographicis, quae opus ſuperius magnopere commendat, huic etiam ſummo iure tribuenda. Multo facilior aditus ad regiones iſtas nunc patet peregrinantibus, auctorque aeſtumatiſſimus de re geographica orientali ac de humani generis cognitione penitiore immortaliter meritus eſt. — Epitomen operis poſterioris, cum tabulis duabus geographicis et quibusdam aliis figuris aeneis, invenies in collectione itinerariorum Berolinenſi Theotiſca, ſaepius a nobis memorata, T. XVII. p. 172 — 435, T. XVIII. p. 1 — 224. T. XIX et XX. Alia epitome exſtat volumine primo et ſecundo operis ſic inſcripti: *Reiſen und Beobachtungen durch Aegypten und Arabien, aus den groſsen Werken verſchiedener gelehrten Reiſenden.* Bern und Winterthur 1779 et 1781. 8 mai. cum figg. aen.

Cf. GATTERERS *hiſt. Journal* P. III. p. 65 — 124. P. XII. p. 275 — 286. P. XV. p. 261 — 282.

Goetting. gel. Anzeigen a. 1774. p. 914 — 920. a. 1778. *Zugabe* p. 449 — 456.

I. D. MICHAELIS *orientał. Bibl.* P. IV. p. 64 — 127. P. VII. p. 1 — 54. 174 ſqq. P. VIII. p. 1 — 6.

BUESCHINGS *wöchentl. Nachr.* a. 1774. p. 116 ſqq. 124 ſqq. a. 1775. p. 115 ſqq. a. 1778. p. 19 ſqq. 27 ſqq. 111 ſqq. 117 ſqq. 121 ſqq. 159 ſqq.

A Series of Adventures in the courſe of a Voyage up the Red-Sea on the Coaſts of Arabia and Egypt; and of a Route through the Deſarts of Thebaïs, hitherto unknown to the European Traveller,

in the year 1777. in Letters to a Lady, by EYLES IRWIN, *Esq. in the ſervice of the hon. the Eaſt-India Company; illuſtrated with Maps and Cuts. The ſecond Edition.* London 1780. 4 mai. Eodem anno etiam editio prima prodierat. — Theotiſce (a *I. A. Engelbrecht*) *Lipſ.* 1781. 8 mai. — Geographia parum incrementi ex hoc diario capiet (mappae adeo geographicae, quibus littus ſinus Arabici ſeptentrionale atque Nili Delta repraeſentantur, nihil novi offerunt, ſed ex opere Niebuhriano modo recenſito deſumtae ſunt, ſine huius mentione, adeoque corrupte); maior etiam libri pars ad Aegyptum, minor ad Arabiam ſpectat, cuius poſterioris incolae eorumque mores levi penicillo pinguntur. Caeterum auctor narrator fatorum ſuorum non eſt iniucundus. *Niebuhrius* ipſe (in *Teutſchen Muſeo* a. 1781. Decemb. p. 481, ubi usque ad p. 499 Irwini itinerarium ſub examen vocat) fatetur, ſe ex huius libri lectione voluptatem cepiſſe. Idem, rei mercatoriae huius itineris deſcriptionem profuturam eſſe, affirmat, additque, ante Irwinum neminem Europaeorum iter inſtituiſſe inde a portu Koſſir verſus Nilum, indeque in Aegyptum inferiorem. Ea igitur libri pars, in qua regio iſta deſcribitur, emolumento eſt geographiae. Quae Niebuhrius ibid. p. 497 ſqq. de Sabaeis ſive Chriſtianis St. Ioannis, circa Baſram potiſſimum degentibus, narrat, conferenda ſunt cum monitis in *I. D. Michaelis oriental. Bibl.* P. XX, p. 3 ſqq. et p. 149 ſqq.

Cf. *Goetting. gel. Anzeigen* a. 1780. p. 963—970.
I. D. MICHAELIS *oriental. Bibl.* P. XVI. p. 20—61.
Allgem. teut. Bibl. T. XLVIII. p. 495—502.
MEUSELS *hiſtor. Litteratur* a. 1781. Octob. p. 289—303.

Travel

Travels to the Coaſt of Arabia felix, and from Rooke.
thence by the Red-Sea and Egypt to Europe — in a Series of Letters by HENRY ROOKE, *Esq. late Major of the 100. Regiment* of foot. London 1783. 8 mai. — Epiſtolis XIII auctor fata itineris longinqui ita exponit, ut lectores facile alliciat, licet multum novi inde vix reportaturi ſint. Idem paene curſus, quo Irwinus iter ſuum direxerat, tamen felicior; coeptus quidem a. 1781, atque finitus a. 1782.

Cf. *Goetting. gel. Anzeigen* a. 1784. p. 91 ſqq.

His adde, ſi tanti videtur, deſcriptionem itineris facti per deſertum Arabiae minus, notata varietate ventorum ac tempeſtatis, itemque natura locorum, etc. in *Geſchichte der Empoerung des Ali Bey, — von Hrn.* SAVIOUR LUSIGNAN (Leipz. 1784. 8.) p. 208—251. et IACOBI CAPPERS *Obſervations on the Paſſage to India through Egypt and acroſs the great Deſart. London 1783. 4.* German. in *Beyträge zur Völker- und Länderkunde. — von M. C. Sprengel. IV Th.* p. 183 ſqq.

SECTIO II.

SCRIPTORES DE HISTORIA ARABUM.

I. *Scriptores univerſales.*

Poſt ABULFEDAE, MACINI aliorumque opera, in Reiskii Prodidagmatibus et in notis ad illa, recenſita, nominandi ſunt ſcriptores ſequentes:

ABU DSCHAFAR MUHAMMED IBN DSCHORAIR AL THABARI, theologus et iureconſultus Bagdadenſis inclytus († a. Chr. 922) compoſuit hiſtoriam univerſalem a condito telluris orbe usque ad a. Chr. 914, cuius tamen pars potior exponit hiſtoriam Arabum aliorumque Muhammedanorum. Thabari.

Macini hiſtoria epitome huius operis eſt usque ad annum iſtum. Duo operis volumina, ſecundum ſcilicet, Muhammedis hiſtoriam comprehendens, tertiumque, de hiſtoria Arabica ac Perſica, in bibliotheca Leidenſi, n. 1737 et 1987, ſervantur. ALB. SCHULTENS *Hiſtoriae imperii vetuſtiſſimi Joktanidarum in Arabia felice* ex hoc fonte inſeruit hiſtoriam interitus imperii Homeritarum in Arabia felice. Caeterum Thabari hiſtoria a popularibus eius maxime laudatur. *Fidus fuit in allegationibus ſuis, eſtque hiſtoria ipſius hiſtoriarum veriſſima et certiſſima,* inquit *Ibn Chalikhan.*

Cf. I. B. KOEHLERS *Nachr. von einigen Arab. Geſchichtſchr.* in Repert. P. I. p. 69 ſqq.

Schultens. *Schultenſii* opus, modo memoratum, alia etiam monimenta antiquiſſimae hiſtoriae Arabum continet. Quae collectio quidem haud prorſus ad finem perduci poterat ab auctore, quippe qui a. 1750 illi immortuus eſt: proſtat tamen Lugduni Batavorum venalis, ſine titulo autem et praefatione. Quo factum, ut laudetur vel hac inſcriptione: *A. Schultens hiſtoria imperii vetuſtiſſimi Joktanidarum in Arabia felice;* vel iſta: *Monimenta antiquiſſimae hiſtoriae Arabum, ex editione et cum verſione Latina Alberti Schultenſii, opus morte eius interruptum.* Forma quadrante typis impreſſum continet particulas ſequentes: *Hiſtoria imperii vetuſtiſſimi Joktanidarum in Arabia felice ex Abulfeda* p. 1 — 16. *Hiſtoria i. vet. J. in A. f. ex Hamza Iſpahanenſi* p. 17 — 45. — ex *Nuweirio* p. 46 — 99. *Hiſtoria everſi imp. Jokt. in Ar. fel. ex Taberita* p. 100 — 137. *Hiſt. everſi regni Jokt. in Ar. fel. ex Meſudio* p. 139 — 159. Adiecta eſt *Hiſtoria diluvii Elarim, quo Sabaea everſa,* p. 160 — 183. De argumentis et utilitate harum ſectionum conſulendus eſt *I. D. Michaelis* in *oriental. Bibl.* P. IV. p. 142 — 160.

Alii

Alia eiusdem Schultenſii collectio hoc loco haud inepte laudari poterit. Carmina quidem ſolummodo inſunt, at maximam partem *hiſtorica*, notisque *hiſtoricis* ab editore illuſtrata. En titulum!

Monumenta vetuſtiora Arabiae, ſive ſpecimina quaedam illuſtria antiquae hiſtoriae et linguae. Ex variis Manuſcriptis Arabicis excerpſit et edidit ALBERTUS SCHULTENS. *Lugd. Bat.* 1740. 10 plagg. in 4.

Sunt autem XIV carmina, et ſingula non adeo longa. I. exhibetur carmen Principis GIORHAMIDAE, Salomonis aut Davidis aetatem attingentis, qui illud compoſuit, Mecca cum ſuis eiectus. Qua occaſione de *Giorhamidis*, *Joktanidis*, et *Iſmaëlitis*, ac ſimul de aede Meccana ſacra diſſerit. *Nuweirii* quoque mentionem facit, e quo carmen hoc excerptum eſt. II. Aliud fragmentum carminis, ab eodem GIORHAMIDA conſcripti; et hanc laciniam editor tomo IV *Nuweirii* exſtare ait. III. Verſus multo antiquiſſimus, ex *Abulfeda* deſumtus, quem dixit decimus regum *Joktanidarum* in Arabia felice, cui nomen NOOMANO ALMONAPHIRO inditum fuit. Hoc verſu artem ſancit augendae ac retinendae in perpetuum dominationis. Aetas eius *Moſe* non inferior eſt, vel et ſuperior aliquanto. IV. Fragmentum carminis, ab ASAAD TOBBAO, ſive rege magno Homeiritarum, editi, ſeptingentis ante Muhammedem annis, cum veſtiviſſet *Caabam* praenobilem, ſeu templum Meccanum, pretioſis aulaeis, ac foribus aureis ornaſſet. Excerptum e libro *Kotboddini*, *Nabarwalienſis*, quo hiſtoriam templi Meccani breviter complectitur. V. Specimen *Homeiriticae* linguae et venae, quod in *Hamaſa*, veterum poëtarum anthologia, exſtat, in proelium aliquod, verſus *Homeiritas* factum. VI. Aliud carmen eiusdem temporis in idem

proelium. VII. Aliud eiusdem auctoris in eundem conflictum, ex *Hamaſa.* VIII. Aliud eiusdem temporis in eundem caſum, quod ex Scholiaſte Hamaſae, *Taurizio*, illuſtrat editor, et nobilis Arabum ductoris, AL-ADBATI, ſpecimen ſententioſum ex Tomo III *Nuweirii* ſubiungit. IX. Verſiculi, dicti a ſecundo Hirenſium rege, GIODEINA EL-ABRASCH, quibus ſororem *Rikaſch*, furtim compreſſam, perſtringit. X. Verſiculi, dicti ab AZZEBBAA, regina, quae *Giodaimam* e medio ſuſtulit. XI. Fragmentum carminis, ad *Nooman El-Awari* ſeu Luſoi, decimi Hirenſium regis, aetatem pertinens, quod in ſuam baculi pulſationem, quam explicat, dixit, ex *Taurizio* illuſtratum. XII. Inſignes verſus, quos panxit Arabice BEHRAM GIAUR, rex Perſiae. Fragmentum primum, cum viciſſet *Chakanum*, eumque occidiſſet. Fragmentum ſecundum, cum brevi acceſſione, illuſtrandis num. XI et XII ſubſerviente. XIII. Carmen, dictum ab ABU ADINA, cum *Alaswadum*, *Mondari* filium, duodecimum Hirenſium regem, incitaret ad captivos principes *Gaſſanidas* interficiendos, ubi de *Gaſſanidis* nonnulla obſervat editor. XIV. Carmina antiquiſſima, in Arabia felice inventa, ſuper marmoribus arcium dirutarum, in tractu littoris Hadramateni, prope emporium *Aden.* Carmen primum et ſecundum, ex opere *Geographico-hiſtorico*, quod allegat, excerptum, quo vitae genus hanc arcem inhabitantium deſcribitur. In notis varia hiſtoriae ac geographiae Arabicae argumenta explicantur. Sic p. 6 agitur de duobus montibus prope Meccam, *Hagioun* et *Tzapha*; p. 8 de *Himjeritis* vel *Homeiritis*, Arabiae felicis ſeſſoribus, vulgo *Sabaeis*; p. 17 de *dzu Jazan*, rege Homeritarum, et Jazaniticis haſtis. Proverbia etiam varia, quibus Arabes abundant, explicantur

et

et ſubinde illuſtrantur. In praefatione Schultenſius de triplici Arabum gloria, cuius ſtudioſi erant, ex gladio, hoſpite et eloquentia, tam per poëmata, quam per orationes, obtinenda, diſſerit.

Cf. *Nova Acta Erud.* a. 1743. p. 330 ſqq.

WOLFGANGI DRECHSLERI (*de cuius aetate et vita plane nihil reperire licuit*) Chronicon Saracenicum et Turcicum, ab a. Chr. 596, qui eſt Muhammedis annus nativitatis, usque ad a. 1303, quo imperium Osmanorum ortum, primum, quantum indagaſſe datur, prodiit a. 1550, et quidem emendatum curatius, auctumque usque ad eundem annum a *Georgio Fabricio*. Secunda editio prodiit inter tomos Chronicorum Turcicorum a *Conr. Clauſero* editos *Baſil.* 1556. Tertia *Francof.* 1568. fol. cum Curionis libro, ſtatim indicando. Quarta *Baſil.* 1578. 8. Quinta ſtudio *Ioan. Roſini*, qui appendicem ad ſua usque tempora ſubiunxit, *Lipſ.* 1594. 8. Sexta rurſus cum Hiſtor. Saracen. Curionis, *Francof.* 1596. fol. Septima *Ioan. Gualterii* ſ. *Iani Gruteri* Chronico Chronicorum inſerta, *Francof.* 1614. 8. (Cf. de hoc opere Bibl. noſtram Vol. I. P. I. p. 113 ſqq.) Octava ſub titulo hiſtoriae Arabum recuſa, quam *Io. Ianſonius Amſtelod.* 1633. 12. emiſit. Nona, eaque recentiſſima, hac epigraphe: Chronicon Saracenicum et Turcicum WOLFGANGI DRECHSLERI, a GEORG. FABRICIO et IOANNE ROSINO emendatum auctumque; huic in libros quatuor et capita diviſo notas atque ſupplementa tum hiſtorica tum chronologica ex Arabicis, Perſicis, Turcicisque ſcriptoribus, nec non *Appendicem ſecundam* ad A. MDCLXXXIX usque addidit M. IOHANNES REISKIUS (*Rector ſcholae Guelpherbytanae* † 1701). Accedit b. IOH. ANDR. BOSII Diſſertatio de Im- Drechsler.

perio Turcico, ob raritatem exemplarium denuo excuſa. Lipſ. 1689. 8. — *Theotiſce* a *Nic. Hoenigero* cum Curione *Baſil.* 1580. fol. — Breviter haud ubivis ſatis accurate, notata ſunt memorabilia, additis in margine annis Hegirae et poſt nat. Chr. Continuationes ampliores ſunt Drechsleri plagulis, praeſertim recentior hiſtoria.

Curio. CAELII AUGUSTINI CURIONIS (*Philologi Baſileenſis* † 1567) Sarracenicae hiſtoriae libri III; in quibus Sarracenorum, Turcarum, Aegyti Sultanorum, Mamalucarum, Aſſaſſinorum, Tartarorum, Sophianorumque, qui in Perſide regnant, origines et incrementa, ſeptingentorumque annorum res ab illis geſtae, breviſſime explicantur. His acceſſit WOLFGANGI DRECHSLERI, rerum Sarracenicarum Turcicarumque chronicon, auctum, et ad annum M.D.LXVII usque perductum. Cum rerum et verborum in hisce praecipue memorabilium copioſo indice. Omnia ab erroribus innumeris nunc primum vindicata, et concordantiis in margine illuſtrata. *Francof. ad Moen.* 1568. 8. De editione prima *Baſil.* 1567. fol. apud bibliographos, quos conſulere licuit, altum ſilentium. Prodiit etiam *Francof. ad Moen.* 1596. fol., qua editione *Drechsleri* Chronicon emendatum et auctum a *Georgio Fabricio* et *Ioanne Roſino*, itemque *Caelii Auguſtini Curionis* Marochenſis regni in Mauritania deſcriptio atque CAELII SECUNDI CURIONIS de bello Melitenſi a Turcis geſto hiſtoria nova, comparet. — *Nicolai Hoenigeri* verſio *Theotiſca* prodiit *Baſil.* 1580. fol. — *Curio* hanc hiſtoriam totam, breviſſime comprehenſam, et cum ex Graecorum Byzantinorumque et Latinorum voluminibus, tum ex Arabum Maurorumque annalibus collectam, in tres libros partitus eſt; ſic, ut *primus* Muhammedis et Saracenorum originem, imperii-

imperiique incrementa, ad ſummum usque faſtigium, per ducentorum annorum ſpatium contineat; *ſecundus*, a prima eius inclinatione ad eiusdem excidii initium, totidem annorum ſpatio; *tertius*, excidium ipſum ac Turcici imperii originem ad Osmanum usque, trecentorum videlicet annorum res geſtas complectatur. Ita ut haec omnis hiſtoria ab a. poſt Chr. nat. DLX, quo natus eſt Muhammedes, ad MCCC perveniat. Praeſtitit caeterum, quantum pro penuria fontium orientalium potuit, ſtiloque uſus eſt ſatis probabili.

IOH. HENRICI HOTTINGERI, Tigurini, (theologi, *hiſtorici et philologi eximii*, *mox Tigurini*, *mox Heidelbergenſis*, *mox iterum Tigurini* † 1667.) Hiſtoria orientalis: quae, ex variis Orientalium monumentis collecta, agit I. de *Muhammedismo*, eiusque cauſſis tum procreantibus, tum conſervantibus; inprimis de Muhammede, eius maioribus, parentibus, patria, nativitate, educatione, pſeudoprophetia, aemulis, dogmatibus, Hegira, ſucceſſoribus, morte. II. De *Saracenismo*, ſeu religione veterum Arabum. III. De *Chaldaismo*, ſeu ſuperſtitione Nabataeorum, Chaldaeorum, Charranaeorum etc. IV. De *ſtatu Chriſtianorum* et *Iudaeorum* tempore orti et nati Muhammediſmi. V. De *variis* inter ipſos Muhammedanos, circa religionis dogmata et adminiſtrationem, *ſententiis*, *ſchiſmatis* et *haereſibus* excitatis. VI. Acceſſit, ex occaſione genealogiae Muhammedis, plenior illuſtratio *Taarich Bene Adam*, qua ex ipſis Arabum ſcriptis vita et res geſtae Prophetarum, Patriarcharum, quorundam etiam Apoſtolorum, Regum Perſiae, aliorumque ab Adamo ad Muhammedis usque natales in orbe degentium et regentium, explicantur. *Tiguri* 1651. 4. Editio auctior, atque, ut auctor ipſe in fronte libri notat, chara- Hottinger.

charactere Orientali nunc primum veſtita, *ibid.* 1660. 4. — Omnia, quae libri titulus promittit, ſingulari diligentia et eruditione, ordine vero et dilectu paſſim neglectis, expoſita ſunt.

Ockley. SIMON OCKLEY'S, *M. A. Vicar of Swaveſey in Cambridgeshire* (poſtea Profeſſor linguae Arabicae Cantabrigienſis † ....) *Conqueſt of Syria, Perſia et Egypt by the Saracens: containing the Lives of Abubeker, Omar, and Othman, the immediate Succeſſors of Mahomet. Giving an account of their moſt remarkable Battles, Sieges etc. particularly thoſe of Aleppo, Antioch, Damaſcus, Alexandria and Jeruſalem. Illuſtrating the Religion, Rites, Cuſtoms et Manner of living of that warlike People. Collected from the moſt authentick Authors, eſpecially Manuſcripts, not hitherto published in any European Language.* London 1708. — Volumen II. *ibid.* 1718. 8. Nova editio prodiit *ibid.* 1757. II Voll. in 8. *Theotiſce* a *Theodoro Arnold. Leipzig* und *Altona.* 1745. II Partes in 8. *Francogallice* a *Jault*, Profeſſore linguae Syriacae Pariſino. *à Paris* 1748. II Voll. in 12 mai. *Belgice* ..... — Opus, ex ſententia *Reiskii* *), ſummo iudicio haud conſcriptum: quamvis enim auctor Abulfedam quoque in iis auctoribus laudet, quibus ſe uſum profitetur, parum tamen illi ſe familiarem eo prodit, quod Herbelotium et Gravium, prava de Abulfedae aetate perhibentes, quae pro illis recte vereque a Pocokio traditis nonnulli arripuerunt, ſecutus eſt. — Codices manu ſcripti, quibus Anglus uſus eſt, Oxonii in bibliotheca Bodlejana aſſervantur. Per omnem fere primam partem ſequitur opus hiſtorici Arabici, OL WAKIDI, de Syriae expugnationibus, plenum fabularum anilium prodigio-

*) In praefatione ad eius verſionem Latinam Abulfedae Annal. Moslem. p. IV.

digiorumque. Teſtimonia ſcriptorum negligenter in margine ſunt notata. Verſio Francogallica minus adſtricta eſt: auctor potius loca contextus plura ope ſcriptorum Arabicorum, quos bibliotheca regia Pariſienſis offerebat, emendavit et dilucidavit, varias inſuper annotationes in margine addidit. Multa quoque loca, minus ſibi arridentia, omiſit. Quid? quod Muhammedis vitam, ex optimis auctoribus, ut ipſe affirmat, hauſtam, deſcripſit, eamque volumini primo paginis CIII praemiſit.

Cf. *Zuverläſſige Nachrichten von dem Zuſtande der Wiſſ.* P. CVI. p. 735 — 763. Haec cenſura critica a *Reiskio* profecta nobis videtur.

Hiſtoire des Arabes ſous le gouvernement des Caliſes. Par M. l'Abbé (AUGIER) DE MARIGNY († 1762). *à Paris* 1750. IV Voll. in 12mai. *Theotiſce* (a *Gotthold Ephraim Leſſing*) Berolini 1753. 1754. III Partes in 8. *Anglice* Londini 1758. IV Voll. in 8. — Laudanda quidem auctoris voluntas, qui, cum hiſtoriam Romanam a *Rollino* coeptam, et ab aliis continuatam, placere avideque legi noſſet, Arabumque res memoria omnino dignas eſſe cognoviſſet, conſilium cepit, de illis eo modo, quo illi de Romanis fecerant, breviter exponendi. Sed levem profecto oportet eſſe ac ſui praefidentem, qui de rebus Arabum diſſerere, ſermonis morumque, quibus ea gens utitur, ignarus, audet. Si hiſtoriae rerum geſtarum condendae ſufficit narratio facilis et lepida, quae ignavis et parum de veritate ſollicitis tempus fallat, animumque oblectet, ſi cauſſas geſtarum rerum tales fingere licet, quales caſus phantaſiae obtulit, ſi mores et ingenia hominum, de quibus ſermo eſt, aetatis ſuae indoli conformare, ſi, penuria et inſcitia rerum grandium, minutis inhaerere, ſi in loco Marigny.

com-

communi, undecumque arrepto, eloquentiam oſtentare, ſi tempora, locosque et viros aut non notare, et ſecernere, aut miſcere, decet et laudi eſt; locus huic auctori aſſignandus erit inter hiſtoricorum principes. Agnovit ipſe virium ſuarum defectum in praefatione. Negat, ſibi ſubſidia ad manus fuiſſe, praeter *Herbelotum* et *Renaudotum*, et Gallicam interpretationem *Mucini*. At illum quidem paſſim tradere pugnantia, quae conciliare facile non ſit: alterum intra fines Aegyptiacae hiſtoriae ſe continere, quis neſcit? *Vatierianum* opus quis denique non novit mali codicis Erpeniani multo peiorem interpretationem eſſe? *Abulpharagium* prorſus ignoraſſe videtur. Qui ergo mirum ſit, a viro tam praeclaris opibus inſtructo profectum fuiſſe opus, quod perquam frequenter emendari, niſi una litura, nequeat? Aequum eſſe verumque hoc iudicium, demonſtravit cenſor anonymus, *Reiskius* ſine dubio, in *Novis Actis Erud.* a. 1752. p. 248.—253. et in *Zuverläſſ. Nachr.* etc. P. CXLIII. p. 673 — 696. Addimus, *Marignium* perpetuo fere eſſe *Ockleii* metaphraſten, et quidem ſatis ineptum. Minime igitur dignus erat, quem *Leſſingius* Theotiſce loquentem introduceret. Reprehenſus ob officium illud intempeſtivum a *Baumgartenio*, defendere ſe conatus eſt acerbe, ut ſemper ſolebat, et immitius: at auſu irrito.

Eodem tempore *Marignius* edidit operis continuationem ſive hiſtoriam minorem et ſingularem dynaſtiarum, quae variis temporibus variae inter Arabes, et in univerſum Muhammedanos, emerſerunt, hoc quidem titulo: *Hiſtoire des revolutions de l'Empire des Arabes.* à Paris 1750. II Voll. in 12 mai. Iſtorum igitur regulorum hiſtoriam hoc gemino volumine perſequitur auctor eodem, quo coeperat, filo, ſed non omnium. Multos enim,

ex

ex parte quoque ſatis illuſtres, praeteriit, ſtudio an ignoratione, neſcimus; quosdam etiam volumini tertio, nunquam, quantum nos ſcimus, edito. Multa narrat, quae commode negligi potuerant: deſunt viciſſim, quibus hiſtoria aegre caret. Modus narrandi, quo uſus fuit, hic eſt, ut unicuique capiti, quorum octodecim numero ſunt, ſummaria, quae appellant, ſeu indices argumentorum, praefigat, deinde breviter ipſos Principes eo ordine recenſeat, quo ſeſe vivendo regnandoque exceperunt, eorumque res geſtas perſtringat, denique paullo fuſius eadem enarret. Quo fit, ut ſaepius eadem absque neceſſitate et fructu iterentur. Macilentus in plurimis et ſtrictus ibi exundat et colores eloquentiae conſumit omnes, ubi animum indolemque viri alicuius pingendam nactus eſt. Res nempe geſtae lectione et aſſiduitate comparandae ſunt: characterum colores ingenium foecundum ultro et absque labore ſuggerit. Francogallus noſter neque locorum ſitus, neque gentium affinitates et ſeries genealogicas, neque temporum rationes tenet, contradictionibus ſeſe implicat, librosque non conſulit, in promtu poſitos et ſermone eruditis familiari conceptos. Quae omnia multis exemplis probavit *Reiskius* in *Novis Actis Erud.* a. 1752. p. 307—316.

MICHAELIS CASIRI inſeruit Bibliothecae ſuae Arabico-Hiſpanae Eſcurialenſi (T. II. p. 17—27) diſſertationem, tenuem ac ſterilem, de Arabum origine, moribus, inſtitutis, ſtudiis, lingua et epochis. Cf. *Fortgeſ. Betracht. über die neueſten hiſt. Schriften* T. III. 483 ſq. *Caſiri.*

✱ ✱ ✱

Index horum librorum clariſſime docet, nondum hiſtoriam Arabum univerſalem, omnibus ſuis parti-

partibus abſolutam, exſtare. Nam et iſta, quae legitur tomis XIX, XX et XXI operis vaſtiſſimi, ex Anglico ſermone in noſtrum translati (*Allgemeine Welthiſtorie* etc.) melior quidem eſt prioribus Arabum hiſtoriis: at perfecta minime praedicari poteſt. Auctor ne linguam quidem Arabicam calluit, ſed verſionibus paucorum ſcriptorum Arabicorum typis expreſſorum Latinis, bene quidem, uſus eſt. Interpretes Theotiſci male rem ſuam geſſere, tomo in primis decimo nono. SEMLERUS tamen, editoris munere functus, permultos delevit naevos, atque in praefationibus doctiſſimis illuſtrationes et caſtigationes exhibuit. Epitome operis Anglici, a *Guthrio* et *Grayo* negligenter curata, quoque Arabum hiſtoriam offert, et quidem tomo VI, duabus partibus abſoluto, ſecundum verſionem Theotiſcam (*Lipſ.* 1768 et 1769). Eadem verò admodum manca eſt et inculta; licet enim viri doctiſſimi, C. G. HEYNIUS et I. I. REISKIUS, in notis adiectis multa Anglorum peccata ſuſtulerint et correxerint, neceſſariaque addiderint: operis tamen ſumma diſtorta et vitioſa apparet.

Silentio tandem praetermittere nequimus diſſertationem doctam utilemque, inſertam ab Anglis novae editioni hiſtoriae modo memoratae univerſali, tomo quidem XX, atque Theotiſce redditam tomo IV Supplementorum (*Sammlung von Erläuterungs-Schriften zur allgemeinen Welthiſtorie* 1756.) p. 317—376, ita inſcriptam: *Von der Unabhängigkeit der Araber.* BAUMGARTENIUS notas doctas larga manu adſperſit.

II. *Scri-*

II. *Scriptores hiſtoriae Arabicae ſpeciales.*

1. *De Muhammede.*

ABULFEDAM de vita et rebus geſtis Muhammedis, ex editione *Gagnierii*, huiusque librum Francogallice de Muhammede ſcriptum, ſupra in notis ad Reiskii Praedidagmata recenſuimus. Hoc loco reliqui huius generis ſcriptores enumerandi veniunt. Monendum vero antea, ex recentioribus Chriſtianis ſcriptoribus multos quaedam de Muhammede referre, quae Muhammedanis riſum excitent, eosdemque in ſuperſtitione ſua firmiores efficiant. Ita certe iudicat LUDOVICUS MARACCIUS praefatione *vitae rerumque geſtarum Muhammedis auctoris Alcorani ſynopſeos*, quae Corani editioni (*Patavii* 1698. fol.) eſt praemiſſa, atque ex probatiſſimis apud Arabes Muhammedis vitae auctoribus deſumta. Similia monuit IACOBUS ERHARTH diſſertatione de illuſtrium ac obſcurorum ſcriptorum erroribus praecipue in hiſtoria Mahometi, eorumque cauſſis. *Memmingae* 1731. 8. Digna ſane, quam paullo curatius deſcribamus. Capite I agitur de variis perſonis et vitae rationibus, quae Muhammedi affinguntur. Cap. II inſcitiae de Muhammedis rebus teſtes nonnulli allegantur cauſſaeque proponuntur; quas inter vulgarem nimis Arabicae linguae ignorantiam paene principem eſſe, capite III luculentis exemplis demonſtratur. Succedunt cap. IV errores chronologici et geographici, atque infinitae fere variationes circa Muhammedis aetatem et patriam notatae; ſigillatim indicantur cap. V errores, circa epocham conditi Corani vulgo commiſſi. Quae de eius magiſtris atque maxime Sergio communi ore circumferri ſolebant, non adeo firmis omnia talia niti, oſtenditur cap. VI. Sequenti VII in plagia et

Maraccius.

Erharth.

ſurta erga Iudaeos atque Chriſtianos commiſſa inquiritur curatius. Cap. VIII inveſtigantur offuciae, quibus Muhammedes auctoritatem ſibi parare voluiſſe traditur, praecipue miraculum columbae. Errores circa ſepulcrum Muh. delineandum a ſcriptoribus commiſſi cap. IX propalantur. Cap. X ſingulari opera de fabulatoribus Muhammedanis diſſeritur; cuius rei in praeclarum ſpecimen cap. XI proferuntur, quae Arabes de icone Muhammedis inſipienter nugantur. Claudit denique cap. XII inanis de ipſius epilepſia fabula.

Bibliander. Hoc etiam loco commemorare iuvat collectionem THEODORI BIBLIANDRI hoc inſignitam titulo: Machumetis Saracenorum Principis, eiusque ſucceſſorum vitae, doctrina, ac ipſe Alcoran, quo velut authentico legum divinarum codice Agareni, et Turcae, aliique Chriſto adverſantes populi reguntur; quae ante annos 400 vir multis nominibus Divi quoque Bernardi teſtimonio, clariſſimus, D. Petrus Abbas Cluniacenſis, per viros eruditos, ad fidei Chriſtianae ac ſanctae matris eccleſiae propugnationem, ex Arabica lingua in Latinam transferri curavit. His adiunctae ſunt confutationes multorum, et quidem probatiſſ. authorum, Arabum, Graecorum et Latinorum, una cum doctiſſ. viri Phil. Melanchthonis praemonitione. Quibus velut inſtructiſſima fidei Catholicae propugnatorum acie, perverſa dogmata et tota ſuperſtitio Machumetica profligantur. Adiuncti ſunt etiam de Turcarum ſive Saracenorum (qui non tam ſectatores Machumeticae veſaniae, quam vindices et propugnatores nominisque Chriſtiani acerrimos hoſtes, aliquot iam ſeculis praeſtiterunt) origine ac rebus geſtis a 900 annis ad noſtra usque tempora, libelli aliquot lectu digniſſimi. Haec omnia in unum volumen redacta ſunt, opera et

ſtudio

ſtudio THEODORI BIBLIANDRI, eccleſiae Tigurinae miniſtri († 1564.) qui collatis etiam exemplaribus Latinis et Arab. Alcorani textum emendavit, et marginibus appoſuit annotationes, quibus doctrinae Machumeticae abſurditas, contradictiones, origines errorum, divinaeque ſcripturae depravationes atque alia id genus indicantur. Quae quidem in lucem edidit ad gloriam Domini Ieſu Chriſti, et multiplicem eccleſiae utilitatem, adverſus Satanam principem tenebrarum eiusque nuncium Anti-Chriſtum: quem oportet manifeſtari, et confici ſpiritu oris Chriſti ſervatoris noſtri. *Baſil.* 1543. III Tomi in fol. *ibid.* 1550. III Tomi in fol. Editio prior maioris et rarioris aeſtimatur; poſterior etiam rara eſt, ſed Graeca ſcripta omnia omiſſa ſunt, ſolaeque verſiones Latinae retentae. In *prima* quidem parte continentur: 1. *M. Lutheri* ad Corani lectionem praemonitio; quae in editione an. 1550 *Melanchthoni* tribuitur. 2. *Th. Bibliandri* apologia pro editione Corani, non Arabica, ſed Latina vulgata. 3. *Petri*, Abbatis Cluniacenſis, epiſtola de translatione Corani. 4. *Eiusd.* ſummula quaedam brevis contra haereſes et ſectam diabolicae fraudis Saracenorum. 5. Praefatio *Roberti* Retenenſis Angli de Corani verſione. 6. Codex authenticus Corani, verſus per *Robertum* Ret. et *Hermannum* Dalmatam. 7. Doctrina Machumetis ſummatim comprehenſa, ab eod. *Hermanno* ex Arabico translata. 8. De generatione Mahumet, et nutritura eius, eod. *Hermanno* interprete. 9. Chronica mendoſa et ridiculoſa Saracenorum, de vita Mahumetis et ſucceſſorum eius, eodem interprete. 10. Annotationes eruditi cuiusdam et recentioris ſcriptoris, quae in Corani MSti marginibus adiectae fuerunt. — In *ſecunda:* 1. *Lud. Vivis* de Mahomete et Corano ipſius cenſura (ex

P 2 eius-

eiusdem libris de veritate religionis Chriſt.). 2. *Volaterranus* de Mahomet eiusque legibus et Saracenorum rebus. 3. *Hieron. Savonarolae* commentatiuncula de Muhametanorum ſecta. 4. Diſputatio Chriſtiani et Saraceni. 5. *Nic. Caſani* cribrationes Corani. 6. *Richardi*, frat. ord. Praedicator. confutatio, Latine et Graece. 7. Chriſtianae fidei confeſſio, Saracenis facta, Gr. et Lat. — In *tertia:* 1. *Lutheri* Epiſtola ſ. Praef. ad Lectorem. 2. Tractatus de moribus, religione, conditionibus et nequitia Turcorum, auctore Septemcaſtrenſe quodam. 3. Epiſtola Pii II ad Morbiſanum, Turcarum principem, de erroribus ſectae Mahumetanae, et amplexanda religione evangelica. 4. *Morbiſani* reſponſio. 5. Ordinatio politiae Turcarum. 6. Turcicarum rerum commentarius, auctore *Paulo Jovio.* 7. Ordo ac diſciplina militiae Turcicae, eodem auctore. 8. *Vives* de conditione vitae Chriſtianorum ſub Turca. 9. *Fel. Petantii* liber, quibus itineribus Turci ſint aggrediendi. 10. *Iac. Sadoleti* homilia de regno Hungariae ab hoſtibus Turcis oppreſſo et capto. 11. *Ioannis Cantacuzeni* chriſtiana et orthodoxa contra Mahometicam fidem aſſertio, conſtans 4 Apologiis et totidem orationibus. — Haec ſcripta in editione poſteriore excipiunt *Bartholomaei Georgievich* libelli et *Chriſtoph. Richeri* ſcripta de origine Turcarum etc. — Ex hac collectione olim maxima pars hiſtoricae ſcientiae de Arabibus ac Turcis hauriebatur, eaque vel hodie, ubi ſubſidiis firmioribus nitimur, non plane inutilis, hiſtoriam certe hiſtoriae atque errorum hiſtoricorum iuvare poteſt.

* Cf. (GOETZENS) *Merkwürd. der königl. Bibl. zu Dresden* T. III. p. 494 ſqq. (BAUMGARTENS) *Nachr. von einer Hall. Bibl.* T. V. p. 236 ſqq.

The

The true nature of impoſture, in the life of Mahomed demonſtrated; by HUMPHRY PRIDEAUX. London 1697. 8. Francogallice *à Amſterd.* 1698 8. cum figg. aen. nullius pretii. Theotiſce *Lipſ.* 1699. 12. — Fragmentum operis multo amplioris, quod de controverſiis et exitio eccleſiarum Orientalium Prideaux molitus erat, fama eius illuſtri non ſatis dignum. Prideaux.

PETRUS BAYLE in *Dictionnaire hiſtorique et critique* ſub voc. *Mahomet*, (T. III. p. 1851 — 1867. ed. Amſt. 1720. fol.) comite iudicio acri, varias de Muhammede eiusque religione opiniones praeiudicatas impugnare atque tollere conatus eſt, ſignumque quaſi dedit, altius in easdem inquirendi. Bayle.

In ADRIANI RELANDI libris II. de religione Mohammedica (*Ultraj.* 1705. 8.) de Muhammede ipſo varia docte diſputantur. Verſio germanica huius libri prodiit Hannoverae 1716. 8. Reland.

Cf. FRORIEPS *Arabiſche Bibliothek 1 Band.* Frankf. und Leipz. 1769. 8.

La Vie de Mahomed; avec des reflexions ſur la religion Mahometane, et les coutumes des Muſulmans. Par M. le Comte DE BOULAINVILLIERS, *Auteur de l'Etat de la France.* à Londres et Amſt. 1730. 8. *Seconde edition.* à Amſt. 1731. 8. ibid. eod. 12. *Anglice* . . . . . . *Italice* Venet. 1745. 8. *Theotiſce* Lemgov. 1747. 8 mai. — Opus fabulae Romanenſi ſimilius, quam biographiae, per tres libros diſtributum. *Primus* continet deſcriptionem Arabiae ieiunam minimeque accuratam. Inquiritur ſimul, at leviuſcule, in nationis Arabicae indolem ac in cauſſas ſimilitudinis linguae et morum gentis Iudaicae et Arabicae. Deſcribuntur praecipue Meccae ac Medinae memorabilia, resque in Arabia geſtae inde a Patriarcharum aetate usque Comes de Boulainvilliers.

 ad

ad Muhammedis tempora. Iudaiſmi ac Chriſtianiſmi in Arabia et Perſia propagatio enarratur. Regum Jamanenſium et Iracenſium, Gasvanenſium et Hegiaſenſium hiſtoria ex Pocokio contracta exhibetur, ac regni Palmyreni fata exponuntur. Status poſtea religionis ante Muhammedem, inter Sabios maxime, ac reliquus dein cultus et caerimoniae ſiniſtre ſatis delineantur, atque ritus varii, v. c. circumciſio et polygamia, ex cauſſis naturalibus, politicis et moralibus, ingenioſe haud raro, animo tamen ſimul pravo, deducuntur. Liber *ſecundus* genealogiam et vitam Muhammedis ad primam usque Hegiram, ſeu primum aerae Muhammedicae annum, continet; ubi monſtrat auctor, quibus adminiculis novam religionem cum imperio ſtabiliverit, eumque ſingularibus animi et corporis dotibus inſtructum, numinisque velut afflatu quodam tantum opus aggreſſum fuiſſe, oſtendere ſtudet, ac in utroque veras tam admirandi eventus cauſſas inveniſſe ſibi viſus eſt, cum quibus ipſam religionis ab eo inſtitutae naturam, rationi et ſenſibus amicam, coniungit. Ubique fere fanaticum hunc felicem immoderate laudando meliorem deſcripſit, quam fuit. Felicius paullo impugnat duas vulgares opiniones, de ſumma religionis Muhammedicae perverſitate et de inſigni auctoris illius ſtupore et barbarie. Acceſſit in fine liber *tertius*, vitam Muhammedis a primo aerae Muhammedicae anno usque ad mortem eius complectens, ſed nullis ſententiis aut meditationibus, nec bonis nec pravis, quibus duo libri priores abundant, ſtipatus, ab alio quippe auctore, ex *Abulfeda*, *Prideaux*, *Maraccio*, *Herbelotio*, ut auctor affirmat, collectus, re autem vera e Latina verſione Muhammedis, a Gagnierio e maiore opere Abulfedino edita, Francogallice redditus. Verſioni

ſioni Theotiſcae additae ſunt duae tabulae aeneae, deſumtae e verſione Theotiſca Corani Saliani, ab eodem interprete profecta.

Cf. *Acta Erud.* a. 1731. p. 42 ſqq. (BAUMGARTENS) *Nachr. von einer Hall. Bibl.* T. I. p. 26—33.

Nec ſilentio praetereunda ſunt GEORGII SALE Prolegomena verſionis Anglicae *Corani*, quae *Londini* edita 1734. 4 mai. In iis enim eruditione multiplici iudicioque ſubacto diſſerit de Arabibus ante Muhammedem, de ſtatu Chriſtianiſmi et Iudaiſmi in Oriente Muhammedis tempore, de huius adminiculis et aſtutiis, opiniones ſuas propagandi, de Corano eiusque ortu, indole ac praeceptis variis, de ſectis Muhammedanorum etc. Aequior eſt Sale caeteris ſcriptoribus in diiudicando Muhammede eiusque religione; reprehenſus propterea ab auctore operis vaſti Anglicani, hiſtoriam univerſalem continentis: probe vero defenſus a *I. S. Semlero* in praefatione ad tomum XIX verſionis Theotiſcae eiusdem operis. Sale.

DE BREQUIGNY *Diſſertation ſur la fondation de la religion de Mohamed et de ſon regne;* in *Mémoires de l'Acad. des Inſcript.* T. XXXII. p. 404—431. Tolluntur etiam in hac diſſertatione, ope auctorum Arabicorum, errores et criminationes, a Chriſtianis ſaeculorum ſuperiorum de Muhammede eiusque doctrina religioſa excogitatae et propagatae. Et primum quidem inquirit auctor in Arabum antiquitates religioſas ratione Muhammedis; deinde Muhammedis vitam delineat, habita quidem ratione eius ſectae atque imperii, ab illo conditi. de Brequigny.

TURPIN *Hiſtoire de la vie de Mahomet, legiſlateur de l'Arabie.* T. I et II. à *Paris* 1773. T. III. Turpin.

 ibid.

ibid. 1780. 12 mai. *Theotiſce* Halae Magdeb. 1781. 8 mai. — Egregie quidem narrat Turpinus, licet paſſim declamatorem verboſum agat: ſed opus ipſum minime e fontibus hiſtoriae Arabicae hauſtum; teſtimonia enim margine negligentiſſime laudata fuci excitandi gratia ſolum adſunt. Repetitiones, contradictiones, ſententiae temerariae atque narrationes ad rem nil facientes haud raro occurrunt.

Cf. *Goetting. gel. Anzeigen* a. 1773. *Zugabe* p. 215 ſqq. 304 ſq. a. 1781. p. 321 — 327.

Omnibus hisce de Muhammede ſcriptoribus conſideratis et examinatis, *Gagnierius* optimus videtur, certe a reliquis nondum ſuperatus.

2. *De variis ad hiſtoriam Arabum pertinentibus rebus, v. c. de eorum expeditionibus bellicis, imperio in Africa et in Hiſpania etc.*

Walch. De *Homeritis* in Arabia felici, ac de eorum mutatione religionis et imperii valde inſigni, ſaeculo poſt Chr. nat. ſexto facta, critice atque copioſe duabus diſſertationibus agit CHRISTI. GUIL. FRANCISCUS WALCHIUS in Novis Commentariis Societ. reg. ſcient. Gotting. (1774) T. IV. Epitome harum diſſertationum Theotiſca, ab auctore ipſo confecta, exſtat in *Goetting. gel. Anzeigen* a. 1773. p. 849 ſqq. 1281 ſqq.

Aſſemani. IOH. SIM. ASSEMANI de Chriſtianis ſ. Ioannis in Arabia, Perſide et India, in *eiusd.* Bibl. orient. Clementino - Vatic. T. III. P. II. p. 552 — 614. Non propter Chriſtianos iſtos, de quibus in bibliothecis hiſtoriae eccleſiaſticae agendum, huius

huius diſſertationis doctiſſimae meminimus, ſed quia plura alia, quae ibi haud quaeſiveris, de Arabia occurrunt.

✣ ✣ ✣

RODERICI XIMENIS ſive SIMONIS, Archiepiſcopi Toletani, († 1245.) hiſtoria Arabum in Hiſpania, ſupra in nota quadam ad Reiskii Prodidagmata a nobis laudata. Rodericus Ximenes.

La verdadera Hiſtoria del Rey Don Rodrigo, en la qual ſe trata la cauſa principal de la perdida de Eſpaña, y la conquiſta que della hizzo Miramolin Almançor: compueſta per el Sabio Alcayde ABULCACIM TARIF ABEN TARIQUE *de Nacion Arabe, y natural de la Arabia petria; traduzida por* Miguel de Luna, *vicino de Granada, interprete del Rey Don Phelippe.* Granada 1592. 1600. II Partes in 4. Saragoſſa 1603. 4. Valenza 1606. 4. ibid. 1646. 4. Madrid 1654. 4. ibid. ſ. a. 4. Ante hanc ultimam alia editio prodiiſſe fertur. Verſio Itala: *Vita del Re Jacob Miramamolino Almanſor* etc. (Florent. 1663. 4.) elaborata a *Franciſco Rinuccini*, qui vero hoc nomine: *Sennucci Cirſranci*, in fronte libri ſe inſignivit. Verſio Francogallica, auctore *le Roux*, hanc prae ſe fert epigraphen: *Hiſtoire de la conqueſte d'Eſpagne par les Maures, compoſée en Arabe par* Abulcacim Tarif Abentariq: *traduite en Eſpagnol par* Michel de Luna: *avec une diſſertation de celui, qui l'a miſe en François, ſur la verité de cette hiſtoire.* à Paris 1680. II Voll. in 12mai. Aliam verſionem curavit *Vitus Alexius Lobineau*, Benedictinus e congregatione S. Mauri, ſic inſcriptam: *Hiſtoire des deux conquêtes de l'Eſpagne par les Maures; la premiere faite par Tarif et Muſa ſur les Chrétiens; la ſeconde par Abdalaſſis ſur les Maures, revoltés, et les revolutions arrivées dans* Abul Caſſem ſ. Abulcacim.

l'empire des Califes pendant près de cinquante ans par Abulcacim-Tarif-Abentarique, l'un de ceux qui ont eu part à la premiere conquête: avec la deſcription de l'Eſpagne par le même auteur; la vie du grand Almanzor, par Ali Abenſufian, et quelques lettres ou pieces originales. à Paris 1708. 12mai. — Opus hocce veram fideque dignam hiſtoriam continere, olim a nemine in dubium vocabatur; indeque factum, ut errores, fabulae et contradictiones innumerae in hiſtoriam Arabum irreperent ibique invaleſcerent: hodie vero liber e claſſe hiſtoricorum eiectus ablegatusque in iſtam fabularum, quibus quidem hiſtoria fundamento, verum fictionibus ita corrupta eſt, ut vix agnoſcere poſſis, quid verum, quid falſum ſit. Hoc vere ſic ſe habere atque Michaelem de Luna eſſe impoſtorem, IOANNES LIRON, et ipſe Benedictinus e congregatione S. Mauri, contra ſodalem ſuum Lobineau clariſſime docuit ſcripto ſingulari, in Germania noſtra valde raro: *Queſtion curieuſe, ſi l'Hiſtoire des deux conquêtes par les Maures, par Abulcacim Tarif Abentarique eſt un Roman?* à Paris 1708. 12. Cf. etiam *Ockley* in Praef. ad T. II hiſtoriae Arabum ſupra a nobis laudatae. Interpres Ockleii Francogallicus. *Jault*, in praef. tomi II. p. 21 adeo affirmat, hiſtoriam huiusmodi Arabicam in bibliotheca regia Hiſpana minime aſſervari. Cf. etiam *Nic. Antonii* Bibl. Hiſp. T. II. p. 237.

Birago. *Hiſtoria Africana della diviſione dell' Imperio degli Arabi. E dell' origine, e dei progreſſi della Monarchia de' Mahometani diſteſa per l' Africa, e per le Spagne. Scritta dal Dottore* GIO. BATTISTA BIRAGO, *Avogadro.* In Venetia 1650. 4. Hoc volumen quoque libris, a quibus quisque ſibi praecaveat, accenſendum. Licet enim auctor longam a ſe in uſus ſuos converſorum librorum cum manu ſcripto-

:riptorum, tum typis expreſſorum ſeriem nobis
ſtendat, adeoque archivorum Hiſpanorum uſum
..tet; tamen hiſtoriae ipſius examen ſtatim docet,
aec omnia eſſe vana atque conficta, Italumque
nvoſtorem ne linguam quidem Arabicam calluiſſe.
ex libris vera falſaque narrantur de Arabum in
ſrica et Hiſpania rebus geſtis, inde a primordio
nperii Moravidici et Mohadenſis.

Cf BAUMGARTENS *Nachr. von merkwürd. Büchern.* T. IV. p. 264 ſqq.

Marchionis DE MONDEJAR *Examen chronologico del año en que entraron los Moros en España*; de Mondejar.
i eiusd. *Obras chronologicas* etc. (*en Valentia* 1744)
. 204 ſqq.

OTTER *Relation ſommaire de la conquête de Afrique par les Arabes.* Otter,

Eiusdem *Obſervations géographiques et hiſtoriques, tirées d'Auteurs Arabes*; in *Hiſt. de l'Acad. des Inſcript.* (à Paris 1747. 4.) Tom. XXI. p. 111-24 p. 125-136. — Narratio iſta e Nuweirio eſumta atque obſervationibus hisce memoratis lluſtrata eſt. Nonnulla alia hiſtoriae Arabicae geographiae eiusdem temporis Africanae argumenta imul explicantur.

Memoratu digniſſima quoque eſt Diſſertatio Aſſemani, OSEPHI SIMONIS ASSEMANI de hiſtoria Arabum in Africa et Hiſpania, ab a. 661. usque ad 33, e monimentis orientalibus condita, in qua hronologiae ratio praeſertim habita eſt; in *eiusd.* Italicae hiſtoriae ſcriptoribus ex bibliothecae Vaticanae aliarumque inſignium bibliothecarum manuſcriptis codicibus (*Romae* 1752. 4 max.) P. III. . 45—199.

(DIONYSII DOMINICI) DE CARDONNE de Cardonne.
Prof. ling. Arab. Pariſ. et interpretis regis Gallia-
rum

rum † 1783) *Hiſtoire de l'Afrique et de l'Eſpagne ſous la domination des Arabes.* à Paris 1765. III Voll. in 12 mai. *Theotiſce* a *Chſtph. Theoph. de Murr*, Norimb. 1768—1770. III Voll. in 8. et a *Ioan. Conr. Faeſi*, Tiguri 1770. 8., Liber, prae multis aliis magni aeſtimandus, quia auctor illius duodecim codicibus manu exaratis, ab aliis neglectis, in elaborando iſto uſus eſt. Lacunas ſupplevit atque narrationum Arabicarum ieiunitatem pellere ſtuduit uſu ſcriptorum Chriſtianorum, in primis Marianae, cum potius Ferreram fide digniorem conſulere debuiſſet. Hinc factum, ut fabulae Arabum et Chriſtianorum ſat multae repetitae ſint in libro, alias minime contemnendo. Prior verſio Theotiſca notulis inſtructa eſt ab eius auctore, quibus Francogallum ſupplevit et correxit. Pluribus, ut, videtur, opus fuiſſet. Praefixit tomo ſecundo indicem principum Arabicorum in Hiſpania chronologicum. Volumen huius verſionis tertium praeter librum quintum et ſextum hiſtoriae Cardonnianae, tres interpretis diſſertationes comprehendit, ſeorſum quoque a bibliopola venditas; primam, de hiſtoria Arabum (praeſertim de eorum chronologia); ſecundam, de numis Arabum; tertiam, de eorum ſigillis, quorum XIII e muſeo Prauniano Norimbergenſi aeri inciſa ſunt. Caeterum verſio Murriana bonitate et elegantia ſuperatur a Faeſiana, cuius auctor recentioris hiſtoriae Hiſpanae brevem addidit epitomen.

Hiſtoria Arabum imperiorumque ab iis conditorum hiſtoria perfecta omnibusque ſuis partibus abſoluta adhuc eſt in votis.

3. *De numis, gemmis et menſuris Arabum.*

de Laſtanoſa. VINCENCIO JUAN DE LASTANOSA, *Señor de Figaruelas, Muſeo de la Medallas deſconocidas Eſpa*

Eſpañolas; illuſtrado, con tres diſcurſos, del Padre Paulo de Rajas de la compaña de Jeſus; del Doctor Don Franciſco Ximenez de Urrea; i del D. Juan Franc. Andres de Uſtarroz. En Hueſca 1645. 4. — Vogtius in Catal. libr. var. hunc librum appellat *inter rariores rariſſimum*, quo continentur aeri inciſae numiſmatum icones centum ſeptuaginta quinque, quas communis velut rerum antiquarum naufragii reliquias collegerat Laſtanoſa. Intermiſcentur paſſim numi Arabici et Gothici.

Cf. GUST. PERINGER LILIENBLAD Ecloga ſ. Catalogus librorum, quos Sparfwenfeldt dedit bibliothecae Regiae, p. 41—45.
AUG. BEYERI Memoriae libror. rar. p. 67.

IOH. HENR. HOTTINGERI Diſſ. de numis orientalium, Iudaeorum maxime, et Muhammedanorum; ad calcem commentationis de cippis Hebraicis. *Heidelbergae* 1662. 8. Nonnulli numi Arabici aeri inciſi partim recte, partim prave explicantur. Hottinger.

HADRIANI RELANDI Diſſ. de marmoribus Arabicis Puteolanis et de numo Arabico Conſtantini Pogonati, litteris Cuficis. *Amſt.* 1705. 8. Reiskius non magnifice adeo de hac diſſertatione ſentit in epiſtolis mox laudandis. Reland.

GEORGII IACOBI KEHR (*Lectoris linguarum Oriental. Lipſ. poſtea profeſſoris et interpretis ling. orient. Petropolitani*) Monarchiae Aſiatico-Saracenicae ſtatus, qualis VIII et IX poſt Chriſtum natum ſeculo fuit, ex numis argenteis, priſca Arabum ſcriptura Kufica, a Monarchis Arabicis Al-Manſor, Harun Raſchid, Al-Mamon aliisque, in metropolibus Chaldaeae, Perſiae, Transoxanaeque cuſis, et nuper in littore maris Balthici prope Gedanum effoſſis, illuſtratus. *Lipſ.* 1724. 4. Cum duabus tabulis aeneis, quibus numi Arabici XVIII delineati Kehr.

delineati eorumque ſcripturae explicatae ſunt. Explicationes ipſae Reiskii plauſum haud tulere.

Eiusd. Monarchae Mogolo-Indici, vel Mogolis Magni Aurenk Szeb numiſma argenteum quinquelibrale in renovationem clientelarum urbis imperatoriae Dſchihanadab ſignatum, e gazophylacio Gothano recenſitum et explicatum. *Lipſ.* 1725. 4.

Müller. IOH. ERN. MUELLERI Programma de eodem nummo. Ienaci 1725. fol.

Scholtz. HENRICI SCHOLTZ, Sileſii, deſcriptio nummi Saracenici, anno 1712. in agro Slesvicenſi arano detecti; in *Novis Actis Erud.* a. 1732. p. 415—425. Numus ipſe in tabula V iſtius anni aeri inciſus conſpicitur.

Eiusd. *Erklärung einer Münze des Almamuns*; in *Hamb. Berichten* a. 1733. p. 812—814.

Schlaeger. JUL. CARL SCHLAEGERS *Anmerkung über dieſe Erklärung*; ibid.

Scholtz. H. SCHOLTZEN'S *Antwort auf dieſe Anmerkung, und Erläuterung einer Münze Almahtaphi Bellah, Chaliſens zu Bagdad*; ibid. a. 1734. p. 364—374.

Eiusdem *Erklärung zweyer Arabiſchen Münzen*; ibid. a. 1735. p. 653—656.

Schulz. IOH. HENR. SCHULZII Denarius argenteus Arabicus explicatus; in *Comment. Acad. ſcient. Petropol.* T. XIV. p. 375—381.

Triſtan. JEAN TRISTAN *Explication d'une medaille Armenienne et Arabe*; in *Commentaires hiſtoriques* T. III. p. 588 ſqq.

Lilienthal. THEOD. CHRISTOPH LILIENTHALS *kurze hiſtoriſche Beſchreibung und kritiſche Beurtheilung einiger griechiſchen, römiſchen und arabiſchen Münzen, welche in Preuſſen gefunden worden ſint.* Königsberg 1741. 8. Cf. *Erläutertes Preuſſen* P. IV. p. 832—843.

Nu-

Numiſmata quaedam cuiuscunque formae et metalli Muſei HONORII ARRIGONI, Veneti *Tarviſii* 1745. f. T. III inſunt quoque numi Arabici. Arrigoni.

SAM WILH. OETTERS *Erläuterung einer raren Münze vom Coelniſchen Erzbiſchoff Piligrim, wobey zwo Arabiſche Münzen zur Unterhaltung mitgetheilet werden.* Nürnb. 1748. 4. Oetter.

FRANCISCUS WISE quoque numos quosdam Arabicos exhibet in Numorum antiquorum, ſcrinii Bodlejanis reconditorum, catalogo. *Oxon.* 1750. fol. p. 32 — 35. 311 — 315. Explicationes Reiskianae leguntur in *novis Actis Erud.* a. 1752. p. 102 ſqq. Wiſe.

G. COSTARD *two diſſertations: I containing an Enquiry into the Meaning of the Word* Keſitah, *mentioned in Job. chap. 42. v. 11, in which is endeavoured to be proved, that though it moſt probably the ſtands for the Name of a Coin yet that there is no reaſon for ſuppoſing it ſtamped with any figure at all, and therefore, not with that of a Lamb in particular. II. on the ſignification of the word Hermes* etc. Oxford 1750. 8. Ineſt explicatio numi vetuſtiſſimi Cufici, anno 88 Hegirae cuſi. Coſtard.

BARTHELEMY *Diſſertation ſur les médailles Arabes;* in *Mém. de l'Acad des Inſcr.* (1753) T. XXVI. p. 557 — 576. Haec diſſertatio, inter optima huius generis ſcripta referenda, explicat XII numos Arabicos, duabus tabulis aeneis eleganter repraeſentatos. Omnes imaginibus inſigniti ſunt. Barthelemy.

CAROLI ABRAH. CLEWBERGII de numis Arabicis in patria repertis diſſertatio prior. *Aboae* 1755. 4. Poſteriorem auctor, morte praeventus, elaborare haud potuit. Clewberg.

Monnoyes des Arabes, qui ont eu cours en Portugal; in *Journal etranger* a. 1755. Mart. p. 52 — 60.

Numi

Koehler. Numi Arabici etiam occurrunt in IOH. DAVID. KOEHLERI *Münzbeluſtigungen* P. VIII. p. 317—320. VIII. 258. X. 249. 252. XII. 338. 341. XVIII. 105. XXII. 177.

v. Murr. CHSTPH. GOTTLIEB VON MURR *Abhandlung und geſammelte Nachrichten von den Münzen der Araber;* in eius verſionis libri Cardonniani P. III. p. 41—82. Numus Arabicus aureus aeri inciſus, cum explicatione Reiskiana, additus.

Eichhorn. IOH. GOTTOFR. EICHHORN, linguar. orient. Prof. ord. Ienenſis, commentatio academica de rei numariae apud Arabas initiis. *Ienae* 1776. 4. — Ineſt explicatio admodum docta ac ſubtilis teſtimonii Gregorii Macini de argumento iſto in hiſtoria eius Saracenica p. 64 ſq.

Adler. IACOBUS GEORGIUS CHRISTIANUS ADLER Muſeo Cufico Borgiano Velitris (*Romae* 1782. 4 mai.) praemiſit diſſertationem ſeu potius eiusdem primas lineas de Arabum re numaria. Longe aliter forte rem ſuam acturus fuiſſet, ſi epiſtolas Reiskianas, eodem fere tempore typis expreſſas, legiſſet.

Reiske et Eichhorn. Prodierunt nimirum in *Eichhornii Repertorio* ſaepe a nobis laudato, et quidem T. IX. (1781) p. 199—268. T. X. p. 165—240. T. XI. p. 1—44. IOANNIS IACOBI REISKE *Briefe über das Arabiſche Münzweſen*, cum EICHHORNII annotationibus copioſis doctisque. Reiskius, diu ante obitum ſuum, (mortuus autem eſt 1774) epiſtolas haſce ſcripſerat ad Richterum, cuſtodem numophylacii electoralis Dresdenſis. Sed ineditae manebant, atque cum aliis cimeliis Reiskii poſt huius mortem a *Suhmio*, litterarum ſummo patrono Hafnienſi, emtae, et ab hoc *Eichhornio* commiſſae, ut eas typis mandaret. Epiſtolas ipſas editor in ſectione

nes XIV diſpeſcuit, quibus agitur de recto veroque uſu numorum Arabicorum, de tempore, quo Arabes pecuniam cudere coeperint, de inſcriptionibus numorum Arabicorum, de litteris Cuficis, de pretio ac valore pecuniae Arabicae eiusque generibus, de numis Ar. argenteis et aeneis, de eo, quod proprium numis Turcicis, Perſicis et Mogolicis, de uſu numorum Arabicorum in hiſtoria et de mutuo adiutorio, quod numi et hiſtoriae ſibi praeſtant, de imaginibus in numis Arabum, de numis Ar. ſaeculi XIII, et de eorum, qui numos Ar. collegerint ac deſcripſerint, ſtudiis; quae ſectio ultima, ſat negligenter tractata, in poſterum ab Eichhornio perfectior reddetur.

* * *

HADRIANI RELANDI Diſſertatio de gemmis Arabicis; in *eius* Diſſ. miſcell. (*Traj. ad Rhen.* 1708. 8.) P. III. p. 231 — 250. — Poſt monita de uſu gemmarum Arabicarum, ad ipſam ſtatim commentationem de gemmis auctor ſe accingit, earumque quinque potiſſimum recenſet atque illuſtrat. Praecipue autem in quartae gemmae contemplatione copioſior fuit, quod ad exactam eius epigraphes cognitionem haud parum facere putaret, ſi praeter viri, qui ea uſus eſt, antiſtitumque ſive Imamorum XII nomina propria, quae in gemma exſtant, ex MSto, quod poſſidebat, *Taarich*, characteres quoque ac titulos, quibus illi antiſtites uſi ſint, uberius declararet, effigiemque laminae argenteae quadratae, quae Mahadi, ultimi antiſtitis, memoriam ſigillatim conſervat, ex cimeliarchio Bariano repraeſentaret. Reland.

C. G. VON MURR *Abhandlung von den Siegeln der Araber*, paullo ante iam memorata. v. Murr.

* * *

FRERET *des meſures des Arabes;* in *Mém. de l'Acad des Inſcr.* p. 538—546. Anno quidem 1723 auctor praelegerat hanc diſſertationem, ſeu potius libellum (nam antea p. 433—537 agit etiam de aliarum gentium priſcarum menſuris): poſt autem, antequam typis experimeretur, quod an. 1756 factum, eandem diligentiſſime perpolivit atque auxit.

CAPVT

CAPVT XIII.

SCRIPTORES DE REBUS OSMANICIS SIVE TURCICIS.

SECTIO I.

Itineraria et topographiae.

Maior itinerariorum pars, ſupra Vol. I. P. II. p. 74—94 inter ſcriptores de Palaeſtina recenſitorum, huc etiam referenda; praeſertim SANDY (p. 87), VON TROILO et VON STAMMER (p. 89), HEYMANN (p. 90), THOMPSON (p. 91), POCOKE (p. 92), aliorumque auctores. Et ex illis, qui Perſiam peragrarunt, ibidemque p. 54 ſqq. recenſentur, nonnulli, v. c. PAUL LUCAS (p. 62) et OTTER (p. 64). In hac ipſa etiam parte e prioribus capitibus plures huc pertinent, v. c. D' ARVIEUX, NIEBUHR. Nunc recenſum eorum agamus, quorum nondum a nobis mentio iniecta, quorumque plura etiam geographiae et hiſtoriae aliarum Orientis regionum atque populorum lucem foenerantur.

Türkey. Chronika, Glaube, Geſatz, Sitten. Von einem Siebenbürger, ſo da ynn der Türkey geſenklich bracht und viel jar nachmals dar gewonet. Zwickaw 1530. 4. — Praeter *Chſtph. Guil. Lüdeke*, qui in *Beſchreibung des Türkiſchen Reichs* (T. II. p. 101 ſq.) notitiam huius libri exhibuit, neminem, qui idem egerit, novimus. Idem ſuſpicatur, illum eſſe verſionem libelli ſic inſcripti: De moribus, conditionibus et nequitia Turcorum, a quodam Chriſtiano provinciae *Septemcaſtrenſis* (Transſilvaniae) diu in manibus Turcorum captivo conſcriptus liber.

Iunctim editus eſt cum *Ricoldi* libello contra ſectam Mahumeticam et opuſculo *Victoris a Carben* de vita et moribus Iudaeorum. *Pariſ.* apud Henr. Stephanum 1511. 4. Quae collectio plerisque rariſſima audit. Scriptor iſte Septemcaſtrenſis in prologuio affirmat, paullo poſt obitum Sigismundi Imp. et regis Hungariae, dum Turcae Valachis coniuncti in Transſilvaniam irrumpentes Sebeſſum obſediſſent, eamque Valachorum fraude cepiſſent, ſe, qui XV aut XVI annum agens illic ſtudiorum cauſſa morabatur, captum et Adrianopolim, Turcorum Caeſaris per id tempus ſedem, deductum et usque ad a. 1458 barbarorum iugo preſſum fuiſſe.

Menavino. GIOV. ANT. MENAVINO *Trattato de' coſtumi e vita de Turchi.* Firenze 1548. 8. Altera editio, hac epigraphe: *I coſtumi et la vita de Turchi*, di Gio. Ant. Menavino, *Genoveſe; con una prophetia, e altre coſe Turcheſche, tradotte per M.* Ludovico Domenichi. ibid. 1551. 8. Theotiſce à *Müllero*, Licentiato. *Francof. ad Moen.* 1577. fol. cum figg. ligno inciſis. — Auctor, quae, dum captivus Conſtantinopoli detentus fuit, ibi obſervavit et audivit, litteris ita conſignavit, ut hodie eius libro facile carere poſſemus.

Clenardus. CLENARDI epiſtolae de rebus Muhammedicis titulo quidem huc pertinent, at non argumento, utpote quod ad res Maroccanas potius ſpectat.

Marſigli. LUIGI FERDINANDO MARSIGLI *Oſſervazioni intorno al Boſforo Tracio, ovvero Canale di Conſtantinopoli, rappreſentate in Lettere a Criſtina Regina di Svezia.* Roma 1681. 4. — Opus hocce, tabulis aeneis V ornatum, raro occurrit, in Germania certe. Auctor, myſteriorum naturalium indagator feliciſſimus, agit de nomine, ortu et finibus Boſpori, obſervatque omnium primo,

quatuor

quatuor flumina unico illo alveo, ſed diverſiſſima ratione, decurrere. Ventos etiam notat, qui cumprimis Boſporum perflant. Naturam porro aquae, eiusque colorem, pondus, et quae ſunt reliqua, ſcrutatur, piſciumque genera enumerat.

Cf. Actorum Erud. Supplementa T. I. p. 207 ſqq.

PETRI GYLLII (*Albigenſis Aquitani, Archaeologi, hominis neutiquam feliciſſimae ſortis* † 1555) de Conſtantinopoleos topographia libri IV. *Lugd.* 1561. 4. *Lugd. Bat.* 1632. 428 pagg. in 12. In *Gronovii* Theſ. ant. Graec. T. VI; et in *Anſelmi Bandurii* Imperio orientali (de quo alibi agetur) T. I. *Anglice* Lond. 1729. 8. — Auctor iuſſu regis Galliarum Franciſci I iter per varias Orientis partes inſtituit, eo quidem fine, ut earum cognitionem penitiorem codicesque Graecos manu ſcriptos ſcrutaretur. Minime autem, ut par erat, adiutus a. 1547 vel 1548 coactus erat, caſtra Turcarum contra Perſas militantium ſequi. Poſt varia fata diſcriminaque rerum Romam advenit ibique, dum ſchedas ſuas in ordinem redigeret, in aedibus Cardinalis Armagnac, qui opem illi ferebat, mortuus eſt. Cardinalis iſte nonnulla Gyllii ſcripta, praecipue libros tres de Boſphoro Thraciae et hunc, de quo loquimur, librum typis excudi iuſſit. Nemo forte, praeter Gyllium, maiorem curam topographiae iſti impendit. Omnia diligentiſſime ſunt expoſita. Quae ſcriptores veteres, v. c. Strabo, Stephanus, Procopius, alii, de Conſtantinopoli retulere, cum iis, quae ipſe ibi viderat, dexterrime comparavit. Ipſe etiam ſuum iter ſingulari epiſtola deſcripſit, in Sylloge epiſtolarum Burmanni obvia T. II. p. 232 — 235.

Gyllius ſ. Gilles.

NIC. DE NICOLAY *quatre premiers livres des navigations et peregrinations orientales.* à Lyon 1568.

de Nicolay.

1568 fol. cum figg. aen. Editio auctior prodiit hoc titulo: *Les Navigations et Voyages faits en Turquie par* Nicolas de Nicolay, *Seigneur d'Arſeville, en la compagnie du Sieur d'Armont, Ambaſſadeur de France à Conſtantinople, commençant en 1551. Avec des figures d'hommes et de femmes.* Anvers 1576. 4. *Theotiſce* Norimb. 1572. fol. cum figg. aen. *Belgice* Antverp. 1576. 4. *Italice* a *Franc. Flori da Lilla*, Venet. 1580. fol. cum LXVII fig. aen. — Iter inde ab inſula Melita usque ad Conſtantinopolin, et haec ipſa urbs, uberius ſunt deſcripta, quam quae praecedebant. Perſarum quoque, Armenorum et Graecorum mores et veſtitus deſcribuntur. Comparationi utili et iucundae morum priſci ac praeſentis aevi opus hocce inſervire poteſt.

Busbeck. AUGERII GISLENII BUSBEQUII Legationis Turcicae epiſtolae quatuor. Quarum priores duae ante aliquot annos (*1581 Antverpiae in 8.*) in lucem prodierunt, ſub nomine Itinerum Conſtantinopolitani et Amaſiani. Adiectae ſunt duae alterae. Eiusdem de re militari contra Turcam inſtituenda conſilium. *Antverp.* 1595. 8.; cui editioni acceſſit Solimani Turcarum Imp. Legatio ad Ferdinandum Rom. Caeſ. anno 1562 Francofurtum miſſa, cuius apud Busbequium mentio. *Hanoviae*, typ. Wechel. 1605. 8. *Monachii* 1620. 12. (a *Sadelero* figuris exornatae) *Hanov.* 1629. 8. Accedunt LAUDINI, equitis Hieroſolymitani, aliorumque clariſſ. virorum de rebus Turcicis epiſtolae impenſe hactenus deſideratae. *Lipſ.* 1688. 12. (ita titulus: ſed nos in exemplo noſtro loco epiſtolarum iſtarum habemus Busbequii epiſtolas LIII ad Rudolphum II Imperatorem a. 1582 ſqq. Pariſiis ſcriptas) *Baſil.* 1740. 8. (Huic editioni etiam inſunt epiſtolae ad Rudolphum II Imperator. atque Solimani legatio ad Ferdinan-

dinandum Imp.) Exſtant quoque cum aliis Busbequii opuſculis et epiſtolis iunctim editae *Amſtelod.* ex officina Elzev. 1633 et 1660. 24. — *Theotiſce* Francof. 1596. 8. *Francogallice* Pariſ. 1636. 8. iunctaeque epiſtolis ad Rudolphum II, cum notis hiſtoricis et geographicis, haud magni momenti, ab-batis *de Foy*, ibid. 1748. III Voll. in 12. — *Busbequius* ſ. *a Busbeck*, Cominienſis Flander, vir eruditione, rerum agendarum peritia, candore et probitate inſignis, natus a. 1522, rem publicam primum attigit 1554, cum in Anglia ſolennibus nuptiis Mariae Reginae et Philippi II, Hiſpanorum regis, affuiſſet, idque in comitatu Petri Laſſi, quem Ferdinandus, Germanorum rex, honoris cauſſa eo miſerat. Londino in Flandriam patriam reverſus, regis litteris Viennam evocatus eſt, eique legatio periculoſa ad Solimanum ab eo commiſſa. Initio an. 1555 Conſtantinopolim pervenit: ſed cum eo ipſo tempore abſens eſſet Solimanus in Aſia apud exercitum, coactus eſt, quod res nullam moram admittebat, etiam eo transmittere, praeſertim cum ab ipſo Solimano, qui de eius adventu compererat, evocaretur. Itaque a. d. VII Id. Mart. aſſumtis caeteris collegis, CPoli profectus, in Aſiam, quae nunc Natolia vocatur, transmittit, et a. d. VII Id. Apriles Amaſiam venit, urbem inſignem Cappadociae, ubi tum Solimanus commorabatur. Apud quem introductus, cum mandata ſua expoſuiſſet, valde abhorrentem a poſtulatis Ferdinandi invenit, nec quidquam aliud niſi inducias ſemeſtres ei extorſit. De quibus ut quam celerrime certiorem regem ſuum faceret, ſtatim CPolim repetiit, quam in urbem a. d. VIII Kal. Iul. venit, febre per totum illud iter miſere afflictus. Quapropter, ut ſe paullulum e morbo recrearet, aliquamdiu ibi moratus, balneisque uſus tepentibus, a. d. VII Id. Iul.

CPoli profectus, a. d. VII Id. Aug. Budam, atque inde ipſis Idib. eiusdem menſis Viennam rediit. Ubi cum Ferdinandum non reperiſſet, exſpectans eius adventum, ſcripſit *epiſtolarum Turcicarum primam*, quae omnem huius legationis hiſtoriam continet. Ferdinandus eundem rurſus CPolin mittendum putavit, ordinariumque apud Solimanum oratorem ſibi eſſe iuſſit, datisque eam in rem neceſſariis mandatis ſtatim menſe Novembri 1555 Vienna iterum dimiſit. Ille cum ineunte Ianuario ſequentis anni CPolim veniſſet, per ſex menſes una cum collegis duriſſime tractatus eſt. Tandem conciliato ſibi Ruſtano, Magno, quem appellant, Viſirio, meliorem rerum ſuarum ſucceſſum Busbequius expertus eſt, ita ut etiam ſub finem menſis Auguſti a. 1557 collegas domum poſſet remittere, ipſe ſolus, ſine periculo, immo amiciſſimis et mire faventibus CPoli Turcis, remaneret. Unde ſeptem demum annis, poſtquam eo profectus altera vice fuerat, exeunte Octobri a. 1562 feliciter rediit. *Alteram* epiſtolam ſcripſit CPoli 1555; *tertiam* ibidem 1560; *quartam* Francofordiae, ubi tum Ferdinandus comitia imperii habebat, 1562. Alia vitae memorabilia non ſunt huius loci. Mortuus eſt a. 1592. In epiſtolis iſtis ſat longis omnem itineris ſui duplicis ad Solimanum hiſtoriam eo candore, eo rerum delectu, eaque dictionis elegantia expoſuit, quae tam gravem virum, tam prudentem legatum, tam doctum denique ſcriptorem decebat. Sunt vero praeterea pleniſſimae rebus variis et iucundis, deſcriptionibus regionum et locorum, narrationibus de Osmanorum religione, veſtitu, militia, moribus, atque aliis, quae eo pertinent, graviſſimis denique et acutiſſimis ſententiis.

Cl

Cf. BAYLE *Dictionnaire* T. I. voc. (Auger Gislen, Seigneur de) Busbeck; et, qui ex hoc ſua hauſit, NICERON T. XXII. p. 350 — 362.
IO. GEORG ECCII Diſſ. de Augerio Gislenio Busbequio (*Lipſ.* 1768. 4.).

Itinerario di MARC' ANTONIO PIGAFETTA. Londra 1585. 4. Opuſculum hodie fere neglectum, et quidem immerito. Auctor enim, comes legationis, ab Imperatore Maximiliano II a. 1567 ad Selimum II miſſae, occaſione, memorabilia recte videndi atque audiendi, egregie uſus eſt. A ſexto capite usque ad decimum ſextum ordine rationeque plauſu digna narrat de Conſtantinopoli ac Turcis, quae ſcriptoribus ſequentibus uſui eſſe potuiſſent. Reliqua capita continent memoratu digna de Adrianopoli aliisque locis, reditu verſus Vindobonam luſtratis. Pigafetta.

Cf. LUEDEKE l. c. T. II. p. 110 ſqq.

R. MOYSES ALMOSNINO, *Hebreo, Extremos y Grandezas de Conſtantinopla. Traducido par* Jacob Canſino, *Vaſallo de Su Mageſtad Catolica, Interprete Suyo, y Lengua en las Plaças de Oran.* En Madrid 1638. 195 pagg. in 4. — Auctor Theſſalonicenſis, filius Rabbi Baruch, vixit circa annum 1538 et reipublicae Theſſalonicenſis commiſſarius a. 1567 in aula Turcica fuit. Itinerarium, cuius autographum nunquam editum, tribus abſolvitur partibus. Prima agit de *extremis*, ut auctor dicit, ſive de iis, quae CPoli mirabilia et ſingularia ſibi viſa ſunt; ſecunda de imperatoribus Turcicis; tertia de Solimani II rebus geſtis. Almosnino.

Cf. I. C. WOLFII Bibl. Hebr. T. I. p. 805 ſqq. T. IV. n. 1521. Tom. III. n. 1101. p. 524.
(GOETZENS) *Merkwürd. der Dresdn. Bibl.* T. III. p. 446 ſqq.

Beſchr. einer Reiſe etc. *Beſchreibung einer Reiſe eines fürnehmlichen Pohlniſchen Herrn Bothſchafters gen Conſtantinopel und inn die Tartarey.* Nürnb. 1571. 4. Nil praeter titulum, verſionis forte ex alia lingua, nobis innoteſcit.

Gerlach. STEPHAN GERLACHS *des aeltern Tage-Buch, der von zween glorwürdigſten Römiſchen Kayſern Maximiliano und Rudolpho beyderſeits den Andern dieſes Namens, höchſtſeeligſter Gedächtniß, an die Ottomanniſche Pforte zu Conſtantinopel abgefertigten, und durch den wohlgeb. Herrn* David Ungnad, *Freyherrn zu Sonnegk und Freyburg, Römiſch-Kayſerl. Raht, mit würklicher Erhalt- und Verlängerung des Friedens zwiſchen dem Ottomanniſchen und Römiſchen Kayſerl. und demſelben angehörigen Landen und Königreichen glücklichſt vollbrachten Geſandtſchaft: aus denen Gerlachiſchen Zeit ſeiner hiebey bedienten Hoff-Prediger-Amts Stelle, eygenhändig auffgeſezten und nachgelaſſenen Schrifften, herfürgegeben durch ſeinen Enkel* M. Samuelem Gerlachium, *Special-Superintendenten zu Groeningen in dem Herzogthum Würtemberg. Mit einer Vorrede* Hrn. Tobiae Wagneri, *der h. Schrifft D. u. Prof. auch Canzlers der Hohen-Schul und Propſtes der Kirchen zu Tübingen.* Frankf. am Mayn 1674. 618 pagg. in fol. cum IV figg. aen. — Diarium hocce itineris Turcici a menſe Martio a. 1573 incipit et menſe Septembri 1578 finit. Sunt bona mixta malis, ſtilo expoſita aſpero; plura etiam inſunt, ad rem haud pertinentia. Memoratu utique digna ſunt, quae auctor narrat de religione Graecorum hodiernorum, quibuscum a theologis Wirtembergicis, Gerlaci opera, varia tractata ſunt. Narrantur quoque fata Ad. Neuſeri famoſiſſimi, atque hiſtoria fratrum Bohemicorum ſ. Moravicorum, quos auctor in reditu ſalutavit.

In

In catalogo bibliothecae *Ludewigianae* manuſcriptae, a *I. D. Michaele* confecto p. 80 mentio fit codicis ſub hoc titulo: STEPH. GERLACHII *varia orientalia, inprimis Turcica. 4. 3 Alph.* Adiecta eſt haec nota: „Habes hic Gerlachii diarium itineris usque: plurima monumenta, litterarum apographa, negotia et legationes Caeſareas ad Turcicum monarcham exponentia: de Turcorum ſtatu religioſo et politico plurima: de fide Armeniorum tractatus: lingua iam Latina iam Germanica conſcripta. In fine accedunt Gerlachii epiſtolae et datae et acceptae Conſtantinopoli, a. 1570 (leg. 1573) ſqq. Graeca Latinaque lingua. Nomen Gerlachii, eruditi curioſique theologi, ſuis oculis ſuisque auribus orientalia credentis, ſatis librum commendat. Accurate deſcripſit ex autographis *Sigism. Pichler*, Auſtriacus, ut vel receperit, lapſus ſcribendi non eſſe ſuos, ſed ex autographo translatos.“ Super his in Baumgartenii *Nachrichten von einer Hall. Bibl.* (T. VI. p. 144.) monetur, diario iſti, nota hac memorati, minime iter integrum contineri, ſed ſolum iter parvum, a. 1576 a CPoli verſus Pruſam in Aſia minore peractum; epiſtolas caeterum huic codici ineſſe valde memorabiles.

SALOMO SCHWEIGGERS *Reiſebeſchreibung aus Teutſchland nach Conſtantinopel und Jeruſalem.* Nürnberg 1608 4. Francof. 1609. fol. Norimb. 1614. 4. ibid. 1619. 4. ibid. 1639. 4. ibid. 1664. 4. Omnes cum centum figuris ligno inciſis. Et in collectione itinerariorum Feyerabendiana (Cf. Bibl. noſtra Vol. I. P. II. p. 85 ſqq.). Epitome huius itinerarii prodiit *Norimb.* 1665 8. *Martinus Cruſius* vitam et fata Schweiggeri Latine et Graece narravit atque Mich. Neandri orbis terrae partium ſuccinctae explicationi ſubiunxit. Lipſ. 1589. 8. — Auctor, Wirtembergenſis, antiſtes verbi divini Schweigger.

Norim-

Norimbergae, ubi a. 1622 mortuus, munere quo que functus eſt concionatoris aulici Ioachimi d Sinzendorf, legati in aula Turcica Caeſarei, quo cum a. 1577 Conſtantinopolim petiit. Ibi per tre annos commoratus, reverſus eſt Viennam, veniam que, Hieroſolymas viſendi, nactus a. 1581 ite hocce perfecit. Itinerarium ipſum libris tribus, i capita diviſis, abſolvitur. Primo iter Tubinga ver ſus Vindobonam et CPolin breviter exponitur. Se cundo de Conſtantinopoli aliisque locis imper Turcici atque de Turcarum moribus agitur. Ter tius deſcribit auctoris iter CPoli verſus Hieroſo lymam. Breviter omnia fere narrata ſunt, aucto que credulitate laborat, haud tamen prorſus con temnendus.

Cf. I. FABRICII Hiſt. bibl. ſuae P. V. p. 211.
G. A. WILLII *Nürnberg. Gelehrten - Lexicon* T. IV p. 649 ſqq.
LUEDEKE l. c. T. II. p. 116 ſqq.

Seidel. FRIDRICH SEIDELS *Denkwürdige Geſand ſchafft an die Ottomanniſche Pforte, von Fridric von Krekwitz verrichtet; nebſt Anmerkungen heraus gegeben von* SAL. HAUSDORF. Goerlitz 1711. 8 Poſtea ſub hoc titulo: *Merkwürdige Reiſebeſchrei bung aus Teutſchland, Wien, Oeſterreich, Ungarn Türkey bis Conſtantinopol.* Leipz. 1733. 8.

a Liechtenſtein. HENRICUS A LIECHTENSTEIN, Dynaſt in Nicolſpurg, quoque Conſtantinopolim ad Mu radem III ab Imp. Rudolpho II a. 1584 miſſu Busbequio minime ſimilis, diarium ſolummod itineris, rebus inane, ſermone Theotiſco edid XVI paginis in folio.

Sanderſon. IOANNES SANDERSON, mercator Anglicu tria itinera verſus Orientem in regiones a Turci ſubiugatas ab a. 1584 usque ad 1602 fecit. Pri mum a. 1584 CPolin indeque Kahiram in Aegypt

Tripolin in Syria directum; ſecundum a. 1591 rum CPolin littoraque Syriae; tertium etiam Polin, indeque Syriam ac Palaeſtinam. CPolin ngulari ſtudio deſcripſit. Quo vero anno itinerarium Anglice ſcriptum prodierit, nullibi reperire licuit. *Belgice* cum *Timberlii* et *Smithii* itinerariis editum *Amſt.* 1678. 4. cum fig. aen.

Cf. LUEDEKE l. c. T. II. p. 121.

GEORGII DOUSAE (*Iani filii, Franciſci fratris, Nordovicenſis, Philologi † 1598 in itinere verſus Indiam orientalem*) de itinere ſuo Conſtantinopolitano epiſtola. Acc. Veteres inſcriptiones Byzantio et ex reliqua Graecia cum quibusdam doctorum virorum epiſtolis. *Antverp.* ex off. Plant. 1599. 8. *Lugd. Bat.* 1600. 8. unde in *Theſauri Antiq. Graeco-Gronoviani* Tomum VI immigravit. — Deſcriptio CPoleos admodum ſuccincta, ſolum ob inſcriptiones antiquas Graecas adiectas grata. Douſa.

Egyptiaca Seruitus: *d. i. Wahrhafte Beſchreibung einer dreyjährigen Dienſtbarkeit, ſo zu Alexandrien ihren Anfang u. zu Conſtantinopel ihre Endſchaft genommen* — *durch* MICHAEL HEBERER, *churf. Pfälz. Canzl. Regiſtr.* — Heydelberg 1610. 4. Hoc ſcriptum, emendata narrationis forma, denuo prodiit in *Neue Sammlung wahrer u. merkwürdiger Schickſale reiſender Perſonen. I Th. Erlang.* 1784. 8. Inſunt nonnulla de rebus, regionibusque Turcicis, haud contemnenda.

IOH. WILDENS (civis Norimbergenſis) *Neue Reysbeſchreibung eines gefangenen Chriſten, wie derſelbe zum 7ten male verkaufet worden, welche ſich 1604 angefangen und 1611 ihr End genommen, darinnen ausführlich zu finden die Städte, Länder, Königreiche* (in Ungaria usque ad CPolim et in aliis imperii Turcici regionibus, Aegypto, Arabia etc.), *ſo viel* Wild.

er in werender Reys geſehen; in 4 Büchern begriffen; mit einer Vorrede Salom. Schweiggers. *Nürnb.* 1613. 4. ibid. 1623. 4. Epitome huius itinerarii inſerta eſt *Wahrhaften u. merkwürd. Schickſalen reiſender Perſonen.* T. I. P. IV. (*Erlang.* 1761. 8.)

Cf. I. FABRICIUS l. c. p. 211 ſq. WILLII *Nürnb. Gel. Lex.* T. IV. p. 242.

Relation etc. *A Relation of a Journey begun 1610, containing a deſcription of the Turkiſh Empire, Egypt, Holy Land and the remots parts of Italy.* London 1627. fol. cum figg. aen.

Wenner. ADAM WENNERS, *von Crailsheim, ganz neu Reyſebuch von Prag auß biſz gen Conſtantinopel, das iſt: Beſchreibung der Legation und Reyſe, welche von der Röm. Kayſ. auch zu Ungarn und Böheimb Königl. May. Matthia II an den türkiſchen Kayſer Achmet den Erſten dieſes Namens, und den 10ten des Oſsmanniſchen Geſchlechts, neben deſſelben vorm Jahr zu Wien ankommenen Bottſchaft, nach Conſtantinopel, und die Oſsmanniſchen Porten abgeordnet: Anno 1616 angefangen und Anno 1618 glücklich verricht und völlig abgelegt worden. Darinnen die von Tag zu Tag gehabte Quartier, ſelbiger und der vornemſten Oerter befundene Gelegen- und Beſchaffenheit, auch was täglichs, ſo hiehero gehörig, vorgeloffen, und ſonſten der Sachen Erklärung erfordert, neben anderen, ausſürlich vermeldt: mit angehengter ſummariſcher Anzeigung, worauf das mächtigſte Reich der Türken, oder wie ſie ſich nennen, Muſulmanlar, und ſelbiger Macht fürnemblich beſtehet. Sampt dreyen Verzeichniſſen, in welchen die mit dem Herrn Oratorn auſsgezogene Herrnſtandts- Adels- und andern ihm angehörige Perſonen, und was auf all ſolche von Türken an Victualien täglichs zu geben verordnet worden, auch die mitgeführte Kayſ. Praeſent ſpeci-*

ſpecificirt. Alles in vier Theil abgetheilt, ſelbſten mit Fleis obſervirt und beſchrieben. Nürnb. 1622. 4. ibid. 1665. 4. — Pars ſecunda agit de CPoleos memorabilibus et de iis, quae tempore iſto geſta ſunt; pleraque caeterum vel manca vel ſupervacua.

Cf. (BAUMGARTENS) *Nachr. von einer Hall. Bibl.* T. II. p. 119 ſq.

Voïage de Levant par le Commandement du Roi (de France) *en l'année* 1621, *par le Sr. D. C.* à Paris 1624. 4. ibid. 1629. 4. ibid. 1632. 4. Cum figg. aen. — Auctor nobis ignotus magna cum ἀκριβείᾳ deſcribit CPolin, in primis memorabilem eius partem, quem *Sſeray* Turci appellant. Inde a p. 183 (edit. 2dae) legimus varia de ſtatu imperii Turcici civili ac religioſo, qualis eo tempore ſe habebat, et a p. 332 iter verſus Hieroſolymas. Laudantur in primis delineationes praecipuarum urbium et arcium. D. C. Voyage etc.

Cf. LUEDEKE l. c. T. II. p. 134 ſqq.

The Negotiations of Sir THOMAS ROE *in his Embaſſy to the Ottoman Porte from the year* 1621. to 1628 etc. *London* 1740. 908 pagg. in folio. — Praeter ea, quae cognitionem ſtatus imperii Turcici iis annis praebent, inſunt quoque multa, alia Europae imperia ſpectantia, epiſtolae, relationes de vetuſtis codicibus manu ſcriptis, numis, inſcriptionibus etc. Roe.

HEINRICH VON POSER *Lebens- und Todengeſchichte, worinnen das Tagebuch ſeiner Reiſe, von Conſtantinopel durch Bulgarien, Armenien, Perſien und Indien enthalten.* Iena 1675. 4. — Auctor, nobilis Sileſius, ſuis ſumtibus iter fecit per imperium Turcicum et Perſicum ab a. 1621 usque ad 1624. Ipſo a. 1661 mortuo, filius eiusdem nominis diarium patris typis mandavit. v. Poſer.

SAMUE-

Kuszewicz. SAMUELIS KUSZEWICZ Narratio legationis Zbaravianae ex Polonia in Turciam ſuſceptae et rerum apud Otthomannos An. 1622 geſtarum. *Dantiſci* 1645. 12. *ibid.* 1653. 4.

Rantzow. HEINRICH RANTZOWEN (equitis Holſati † 1672) *Reiſebuch auf Jeruſalem, Cairo und Conſtantinopel.* Kopenhagen 1669. 4. *Hamb.* 1704. 8. Exſangue nimisque breve eſt diarium itineris a. 1623 ſuſcepti.

v. Neitzſchütz. GEORG CHRISTOPH VON NEITZSCHUETZ (Nobilis Saxonici † 1638) *Siebenjährige Weltbeſchauung durch Europa, Aſia und Africa. Nach deſſen Tode aus ſeinem Handbuche durch M.* Chr. Iaegern *zum Druck befördert.* Budiſſin 1663. 4. Nürnb. 1673. 4. Magdeb. 1753. 4. Cum figg. aen. — Itineris ab a. 1630 usque ad 1637 peracti deſcriptio multa continet, quae auctor in terris Osmanicis, praecipue Conſtantinopoli atque in Palaeſtina, vidit atque audivit; in audiendo nimis credulus fuit. Varia tamen inſunt, quae iuvare et delectare lectorem poſſint.

Cf. I. FABRICII Hiſt. bibl. ſuae P. V. p. 213. LUEDEKE l. c. T. II. p. 141 ſqq.

Straſsburg. PAULLI STRASSBURGII, Sueciae regis quondam conſiliarii ſecretioris aulici et ad Amurathem IVtum legati, Relatio de Byzantino itinere ac negotiis in Ottomannica aula peractis, nec non de ſtatu ac facie Orientalis imperii, qualis erat circa A. 1633. — Relatio quidem perbrevis, paginis XLI in quarto typis expreſſa, at lectu non indigna. Haec *Lüdeke* l. c. T. II. p. 146 ſq. Plura de hoc ſcripto hucusque nobis haud innotuere.

Schmid. N. SCHMIDS *fünfjährige Gefängnis unter den Türken.* Dresden 1635. 4. Cum figg. ligno inciſis.

(NIC.

(NIC. MELCHISEDEC) DE THEVENOT *Relation d'un voyage fait au Levant, dans laquelle il eſt curieuſement traité des Eſtats ſujets au Grand Seigneur, des Moeurs, Religions, Forces, Gouvernemens, Politiques, Langues, et couſtumes des Habitans de ce grand Empire. Et des ſingularitez particulieres de l'Archipel, Conſtantinople, Terreſainte, Egypte, Pyramides, Mumies, Deſerts d'Arabie, la Meque: Et de pluſieurs autres lieux de l'Aſie et de l'Afrique, remarquez depuis peu et non encore decrits juſqu' à preſent. Outre les choſes memorables arrivées au dernier ſiege de Bagdat, les ceremonies faites aux receptions des Ambaſſadeurs du Mogol: Et l'entretien de l'Autheur avec celuy du Pretejan, où il eſt parlé des ſources du Nil.* à Rouen, et ſe vend à Paris 1665. 4. et in collectione itinerariorum Thevenoti, quae prodiit *Amſtelod.* 1727. V Voll. in 12 mai. *Belgice*, Amſt. 1681. 4. *Theotiſce* Francof. ad Moen. 1693. 4. III Voll. c. figg. — Nobilis quidem ſcriptor hodoeporicus, qui varias Europae partes peragravit, minime tamen Orientis regiones iſtas ipſe vidit, ſed ab aliis peregrinatoribus, praecipue ab Arvieuſio, ſua accepit et e ſcriptoribus fide dignis hauſit; quocirca opus illud nihilo minus magni aeſtimatur. Iter per imperium Turcicum annis 1655 et 1656 inſtitutum fingit. de Thevenot.

CLAS RÅLAMS *Conſtantinopolitaniſke Reſa*, Stockholm 1679. 93 pagg. in 4. — Auctor, regis Sueciae Caroli Guſtavi legatus extra ordinem, in aula Turcica verſatus eſt annis 1657 et 1658. Eius relatio, licet brevis ſit, hodie tamen etiam lectu digna. Diligentiam enim haud vulgarem poſuit in ſcrutandis rebus memorabilibus, ſtatu potiſſimum civili imperii Turcici, adiutus in hoc ſtudio ab *Alb. Bobovio* ſ. *Bobowsky*, Polono a parenti- Rålam.

rentibus quidem Chriſtianis prognato, iuvenili vero aetate a Turcis capto et ab iis ſectae Muhammedicae adiuncto, Chriſtianis tamen favente. — *Bobovius* ipſe libellum de Turcarum ritibus quibusdam compoſuit, de quo videnda ſectio huius capitis tertia.

Cf. LUEDEKE l. c. T. II. p. 148.

Quiclet. P. M. L. *Voyage de* M. Quiclet *à Conſtantinople par terre* (a. 1657). à Paris 1660. 8. ibid. 1664. 12.

Poulet. POULET *Nouvelles Relations du Levant; avec un Diſcours ſur le commerce des Anglois et des Hollandois.* à Paris 1667. 1668. II Voll. in 12. — Multa in hoc itinerario leges, quae haud facile alibi invenias, ſtilo tamen obſcuro, et multa inſuper continet phyſica, quae auctor rectius in alium locum conieciſſet.

Tafferner. PAULLI TAFFERNERI (*Carinthiaci, ſocietati Jeſu adſcripti*) Caeſarea legatio, quam mandante Imperatore Leopoldo I ad Portam Ottomannicam ſuſcepit perfecitque Walterus, S. R. I. Comes de Leslie. *Viennae Auſtriae* 1668. 8. *ibid.* 1672. 8. *Theotiſce, Vratisl.* 1680. 12. — Auctor cum Comite iſto, cuius concionator fuit, a. 1665 Vindobona CPolin profectus, anno ſequenti cum eodem rediit. Varia memorabilia, potiſſimum mores Turcarum exponit, eo certe tempore non in vulgus nota.

Cf. *Hamburg. Bibl. hiſt.* Cent. III. p. 82 ſqq.

Collier. JUSTIN COLLIER *Journal du voyage, trad. du Flamand par* (Vinc.) Minutoli. à Paris 1672. 1[…] Auctor orator Belgii foederati in aula Turcica fu[…] a. 1668.

de la Croix. FRANÇOIS PETIS DE LA CROIX *Mémoi[res] contenans diverſes relations très curieuſes de l'Emp[ire] Ot[…]*

Othomann. à Paris 1684. II Voll. in 12 mai. — Deſcriptionem hanc imperii Osmanici ex diariis ſuis compoſuit auctor, cum legato extraordinario regis Galliae, Marchioni de Nointel, ad Imperatorem Turcarum, ab anno 1670 usque ad 1679, ab epiſtolis eſſet. Tractationem totius operis undecim epiſtolis ad amicum ſcriptis complexus eſt, praemiſſa explicatione vocabulorum linguae Turcicae in libello occurrentium. Epiſtola I iter ex Gallia per Archipelagum, adventum legati in inſula Melitenſi, adiuncta delineatione urbis et munimentorum, tunc obitum et appulſum ad inſulas Tenedum et Chium, item ad propugnacula, *Dardanellae* dicta, in fine adventum in metropolin, deſcribens. Secunda epiſtola iter legati Adrianopolin verſus, ubi tunc temporis imperator venationibus operam dabat, exponit, cum accurata recitatione omnium ſolennium et caerimoniarum, etiam earum, quas Turcae in feſto *Bayram* dicto obſervant. Reverſus cum legato CPolin auctor, epiſtola III urbis huius memorabilia accurata deſcriptione exhibet. De regimine et politia Turcarum, de ſumma auctoritate Magni Viſirii, de diſciplina militari et civili, de coeca obedientia ſubditorum erga Imperatorem et de viribus imperii (quas quidem exiguas admodum et deminutas eſſe aſſeverat) epiſtola IV refert. Quinta iter ſecundum legati Adrianopolim et eius negotia cum Magno Viſirio, tum qui apparatus bellum cum rege Poloniae a. 1672 geſtum in aula Turcica anteceſſerint, aliaque memorantur. Epiſtola VI exponit de palatio Imperatoris, eiusque incolis, variisque ritibus. His ſubiungit finem negotiorum legati, additis articulis foederis pacti. Cum his ipſis poſtquam miſſus a legato auctor in Galliam fuerat, ut confirmationem regiam afferret, redux CPolin, Volu-

minis ſecundi epiſtola I ad amicum refert, quid eo in itinere ſibi obtigerit, cum deſcriptione inſulae Scii et urbis Smyrnae, quas in itinere ſalutaverat. Reliquam epiſtolae partem relatio de origine Magni Viſirii tunc temporis Kiuprili, eius varia fortuna, ſumtibus et reditibus occupat. Annexa eſt enumeratio praecipuorum conſiliariorum imperii etc. In epiſtola II de caerimoniis circumciſionis filiorum Imperatoris ac de inſecutis nuptiis Muſtaphae ſatrapae cum filia Imperatoris agit auctor. In epiſtola III exhibetur deſcriptio Moldaviae et Valachiae, deque nominatione et inveſtitura Principum cet. agitur. Ep. IV de adventu legati Polonici ad aulam Turcicam et de pace per eum transacta. Mox cauſſas nati belli inter Ducem Magnum Ruſſiae et Imp. Turcarum, litteras hinc inde ſuper hoc bello ſcriptas, profectionem exercitus Turcici eiusque res geſtas refert. Tandem epiſtola V de falſo Meſſia Iudaeorum *Sabbathai Sevi* integram concinnat hiſtoriam ſimulque de religione, fide, caerimoniis Iudaeorum non pauca lectu non iniucunda apponit.

Cf. *Acta Erud.* Supplement. T. I. p. 519 ſqq.

Magni. *Quanto di più curioſo e vago hà potuto raccorre* CORNELIO MAGNI *nel primo biennio da eſſo conſumata in viaggi e dimore per la Turchia, e principalmente l'eſame di Conſtantinopoli e dell' eſercito Ottomano. Aggiuntavi la relazione del Serraglio de Gran Signore, diſteſa da* Alberto Bobovio Leopolitano. *Parma* 1679. 12. Venezia 1682. 12. Bologna 1685. 12. — Auctor, Parmenſis, cum iter in Aſiam a. 1672 ſuſcepiſſet, miſſis inde ad amicos in Italia viventes litteris obſervare voluit, quicquid notatu dignius ac in aliis ſcriptoribus minus obvium occurrit. Septem ſunt epiſtolae, quarum prima

prima abitum auctoris ex Italia, et quae ſub itineris auſpicium obtigerint, refert. Secunda Conſtantinopolin deſcribit; tertia magnificentiam aedium publicarum depraedicat; idem argumentum continuat quarta, ad cuius finem auctor ritus ac caerimonias annectit, quibus recipi Principum Chriſtianorum legati a Turcis ſolent; quinta militarem Turcarum diſciplinam accurate depingit, qualem cum in tabernaculorum ſignorumque diſpoſitione, tum in copiarum inſtructione auctor viderat. Epiſtola VI Muhammedem IV Imp. eiusque liberos, cum imperii proceribus, deſcribit. Eadem novae arcis elegantem delineationem, quoad interiores cumprimis partes, ad quas pauci penetrant, exhibet, quae a Polono, Bobowski, paullo ante laudato, poſt eius mortem ad Cornelium noſtrum pervenerat. In ultima epiſtolarum refert, quae in locis quibusdam a CPoli parum diſtantibus, et ad Boſpori utrumque littus ſitis viderat; in primis ſolennitates ac feſta commemorat, quae ſuo tempore Turcae partim ex annua conſuetudine, partim ex laetitia ob felices Imperatoris progreſſus in Polonia celebraverant.

Cf. *Acta Erud.* a. 1684 p. 52 ſqq.

JOSEPH GRELOT *Relation nouvelle d'un voyage de Conſtantinople.* à Paris 1680. 4. ibid. 1681. 12 mai. Cum XI figg. aen. *Anglice* Lond. 1683. 8. — Auctor, pictor ſatis celebris, CHARDINI comes fuit in itinere, cuius deſcriptionem ſupra Vol. I. P. II. p. 59 ſq. recenſuimus. Chardinus ipſe de CPoli, quam tamen cum tota provincia circumiacente peragravit, pauca in itinerario iſto ſatis amplo affert; cuius rei vera ratio haec eſſe dicitur, quod hanc itineris ſui partem Greloto ſuo ſive in praemium laboris, ſive ut in patriam redux famae eius Grelot.

 conſu-

conſuleret, deſcribendam, aut potius a ſe ipſo deſcriptam tabulis aeneis exornandam permiſerit. Pergit illud Grelotus, ſed animi ingrati notam ſibimet ipſe inuſſit, quod ne verbulo quidem Chardini mentionem fecerit. Auſpicatur vero Grelotus itinerarium ab Helleſponto, paucaque de promontorio Sigaeo, ruinis Troiae, et celebratis tantopere apud veteres, etſi exilibus admodum, fluviis Xantho et Simoënte praefatus, latius differit de duobus novis caſtellis, quae Muhammedes IV Imperator, ut aditus Helleſponti, in quo non ſemel claſſem Turcicam oppreſſerant Veneti, communiret, exſtrui curavit; monetque, non inſuperabilia ea eſſe, aut formidanda magnopere Chriſtianis, ex ea parte Turcicum forte imperium oppugnaturis. Exin caſtella duo vetera deſcribit; atque ſic ſenſim in Propontidem delatus, recenſet haud perfunctorie tum urbes in utroque maris illius littore ſitas, tum inſulas *de Marmora*. Poſtea ad urbem CPolin progreſſus, ubi de ſitu eius, origine, ac nominibus, de arce item, quam *ſeptem turrium* dicunt, de turri Beliſarii, columna Arcadii, ac palatii, quod *Serraï* Turcae appellant, porta quaedam commemoraſſet, templum S. Sophiae curatiſſime deſcribit, vel hoc labore ſolo, quo conciliare praecipuum libello ſuo pretium ac decus voluit, applauſum lectoris promeritus. Qua occaſione et de Graecorum caerimoniis religioſis, tam quae olim, cum Sophiae templum adhuc poſſederunt, receptae fuerunt, quam quae hodienum obtinent; et de Turcarum religione eiusque praecipuis capitibus et externo cultu differit. Inde et Turcica templa tria potiora deſcribit; finemque libello relatione de ſummo Turcarum tribunali, aliisque eorum inſtitutis imponit. Tabulas aeri inciſas reſpondere ad amuſſim operibus ipſis, exprimenda

menda quae ſuſcepit, celebrium aliquot virorum, qui et ipſi per Orientem peregrinationes olim fecere, teſtimoniis praefationi ſubiectis artifex confirmat.

Cf. Acta Erud. a. 1682. p. 17 ſqq.
Bibl. Rinckiana p. 242.

GIOV. BENAGLIA — *Relazione del Viaggio fatto a Conſtantinopoli, e ritorno in Germania del Conte Alberto Caprara, Gentiluomo di Camera dell' Imperatore, e da eſſo mandato come Internunzio ſtraordinario e plenipotenziario per trattare la continuazione della Tregua.* Roma 1684. 12. Milano fine anno, 12. Bologna 1684. 12. Venezia 1688. 12. *Theotiſce*, Francof. 1687. 8. — Auctor uti Secretarius Ziſrae, quam vocant, miſſus fuit cum Comite Caprara CPolin a. 1682. Benaglia.

JAC. GASSOT *Relation du voyage de Veniſe à Conſtantinople.* à Bourges 1684. 12. Gaſſot.

Deſcriptio imperii Turcici, *das iſt Beſchreib- Vorſtell- und Entwerfung des Türkiſchen Reichs unter Muhämed IV.* Würzburg 1687. 4. cum figg. aen. — Opus compilatum e variis Coſmo-Geo-Choro-Topo- et Hiſtoriographis, quo hodie facile carere poſſumus. Deſcript. imp. Turc.

MICH. BENVENGA (Aſcolenſis) *Viaggio di Levante, con la deſcrizione di Conſtantinopoli, e d'ogni alteri accidenti.* Bologna 1688. 12. Venezia 1688. 12. Benvenga.

DU MONT *Nouveau voyage du Levant.* à la Haye 1694. 12, cum figg. aen. Editio longe auctior hoc titulo: *Voyage en France, en Italie, en Allemagne et en Turquie, contenant les recherches et obſervations curieuſes, qu'il a faites en tous ces païs, tant ſur les moeurs, les coutumes des peuples, leurs differens et leurs religions, que ſur l'hiſtoire ancienne* du Mont.

 et

et moderne, la philoſophie et les monumens antiques. à la Haye 1699—1700. IV Voll. in 12mai. cum figg. aen. *Belgice* ſecundum editionem priorem *Ultraj. ad Rhen.* 1695. 4. — Voluminis ſecundi epiſtola tertia et ſequentibus incipiunt narrationes de imperio Osmanico ac de eius incolis, in primis de CPoli. Volumen tertium integrum paene agit de religione Muhammedica. Quarti etiam voluminis epiſtolae priores ſpectant ad res Turcicas, aguntque potiſſimum de Graecis atque Iudaeis, moribusque Turcarum variis. Omnes annis 1690 et 1691 ſcriptae, non modo iis, quae auctor ipſe vidit et obſervavit, ſunt refertae, verum etiam, quae alii ſcriptores hodoeporici retulerunt, intexta, ita ut auctor eorum relationes vel probaverit vel confutaverit. Tabulae aeneae non adeo magni aeſtimandae. Editio poſterior longe quidem auctior eſt priore, neque tamen ideo illam poſſidentibus, ut eam plane ſeponant, ſuadendum; nam ſunt quaedam in priore, quae non legas in poſteriore; quod pluribus exemplis probavit *Chriſt. Gryphius* in Apparatu de ſcriptoribus hiſtoriam ſaeculi XVII illuſtrantibus p. 563 ſqq.

Cf. LUEDEKE l. c. T. II. p. 160—166. De editione priore *Acta Erud.* a. 1695. p. 284—290.

Simpertus. SIMPERTI (Abbatis in Neresheim) Diarium, *oder Reiſebeſchreibung Wolfgangs, Graven zu Oettingen, kayſerlichen Grosbothſchafters nach Conſtantinopel, von* 1699 *bis* 1701. Augsburg 1701. 8. — Singulari cura compoſitum dicitur.

de Tournefort. JOSEPHI PITTON DE TOURNEFORT (Conſiliarii regii, Acad. ſcient. collegae, horto medico regio Pariſienſi praefecti, D. et Profeſſoris Medicinae † 1708) *Relation d'un voyage du Levant, contenant l'hiſtoire ancienne et moderne des pluſieurs isles*

de

de l'Archipel, de Conſtantinople, des côtes de la Mer noir, de l'Armenie, de la Georgie, des frontieres de Perſe et de l'Aſie mineure. à Paris 1717. II Voll. in 4. (quae editio admodum rara) à Lyon 1717. III Voll. in 8 mai. à Paris 1718. II Voll. in 4. à Amſt. 1718. II Voll. in 4. à Lyon 1727. III Voll. in 8. à Amſt. 1728. II Voll. in 4 mai. Omnes cum figg. aen. *Theotiſce* (a *Ge. Wolfg. Panzer*) Norimb. 1776. 1777. III Voll. in 8 mai. cum figg. aen. — Hiſtoria itineris viginti duabus continetur epiſtolis, ad Comitem Pontchartrainium, Secretarium ſtatus Regium, perſcriptis; quibus praefixum eſt prooemium, e quo diſcimus, illius comitis inſtinctu regem Galliarum conſtituiſſe, mittere doctos aliquot viros in regiones exteras, hiſtoriam naturalem curioſis obſervationibus locupletaturos, geographiam illuſtraturos, atque religiones, mores, commercia gentium bona fide deſcripturos. Electus hinc Tournefortius, qui peteret Orientis regiones, ſtrenue hoc iter ingreſſus eſt menſe Martio anni 1700, adſcito ſibi medico peritiſſimo, *Gundelsheimer*, itemque pictore *Aubrier*. Eodem in prooemio recenſionem exhibet eorum, quae Maſſiliae, ubi navem conſcendit, notatu digniora vidit, atque in urbibus, inter Lutetiam et Maſſiliam interiectis. In ipſis epiſtolis praecipua cura impenditur deſcribendis plantis cuiusque regionis: ipſarum vero regionum atque urbium non praeſens ſolum ſtatus, verum etiam vetus hiſtoria e monimentis antiquorum ſcriptorum diligenter exponitur. Ubique elucet auctoris candor et haud fucata veritas, qua in re vitium peregrinantibus fere proprium ſincere evitavit. Antiquitatum et hiſtoriae gnarus, ubivis oſtendit, ſe ultra doctrinam medicorum ſapere. Merito igitur praecipuis ſaeculi noſtri itinerariis opus hocce accenſetur.

Epiſtola prima ſecundaque Creta inſula deſcribitur accurate, ſimul priſcae urbis Gortynae ruinae repraeſentantur, adiecta numorum mentione olim hac in urbe cuſorum cet. Ep. III hodiernus Graecae eccleſiae ſtatus miſer deſcribitur. Ep. IV inſulas, Argentariam, Melon, Siphnum et Seriphum perluſtrat. Ep. V inſulae Paros, Antiparos et Naxos perſtringuntur. Ep. VI minores aliquot Archipelagi inſulas deſcriptas exhibet. Delon inſulam ep. VII deſcribit, et in ea veterum templorum rudera, ſimulque inſcriptiones aliquot Graecas in ea obvias offert. Ep. VIII, IX et X caeteras inſulas, Andron, Chium, Tenedon, Samum, Patmum, Lesbum, Gyarum etc. perſequitur. Ep. XI et XII praeter Helleſpontum et Gallipolin urbem accurate deſcribit CPoleos amplitudinem, templa, portum, palatium, quod *Seraï* appellant Turcae, et ſuburbia, adiuncta plantarum, circa hanc urbem naſcentium, deſcriptione. Regimen civile et politicas Turcarum artes ep. XIII enarrat, ac diligentiſſime cum militarem, tum civilem Turcarum ſtatum exponit. Ep. XIV de religione Turcarum, moribus, victu et amictu diſſerit copioſe. Ep. XV Boſporus Thraciae deſcribitur, et oppida ab utraque eius parte ſita. Ep. XVI latus meridionale maris nigri inde ab oſtio ſuo ad urbem Sinopen usque, hinc ep. XVII a Sinope usque Trapezuntum deſcribitur. Ep. XVIII auctor iter enarrat, quod per Armeniam confecit et Georgiam. Ep. XIX contendit, Paradiſum olim fuiſſe in Georgia inter urbes Erzeron et Tiflis. Hinc triſtem foedamque faciem montis, quem putat, Ararat deſcribit, ſimul narrans, quousque eum aſcenderit et cum quantis moleſtiis. Ep. XX mores, religionem atque commercia deſcribit Armenorum; atque XXI duas urbes, Tocatum et Angoram ſ. Ancyram, cuius

hiſto-

hiſtoriam antiquam perſecutus, praeſentem ſtatum illuſtris illius monimenti Ancyrani tradit. Ep. XXII auctor iter exponit, quod Smyrnam, hinc Epheſum atque per oppida vicina ſuſcepit. — Interpres Theotiſcus bene rem egit ſuam. Plantis paſſim adſcripſit ſynonyma Linneana.

Cf. Acta Erud. a. 1719. p. 195—201.
Teutſche Acta Erud. P. LIX. p. 811—827. P. LXI. p. 15—46.
Allgem. teut. Bibl. T. XXXV. p. 200 ſqq.
LUEDEKE l. c. T. I. p. 416 ſqq.

Letters of the Right Honourable Lady M--y W--y M--e (MARY WORTHLEY MONTAGUE): *written during her Travels in Europe, Aſia and Africa, to perſons of Diſtinction, Men of Letters etc. in different Parts of Europe. Which contain, among other curious Relations, Accounts of the Policy and Manners of the Turks: drawn from Sources that have been inacceſſible to other Travellers.* London 1763. III Voll. in 12 mai. Berlin 1781. 8. — *Theotiſce*, at non ſatis bene, *Lipſ.* 1763. 8. Alia verſio melior prodiit *Manhem.* 1784. 8. *Francogallice* (a *Burneto*) *Amſt.* 1763. 8. *Rotterd.* 1764. 8. *Berol.* 1764. 8. **Montague.**

An additional Volume to the Letters of Lady MONTAGUE. London 1767. 8. *Theotiſce*, Lipſ. 1767. 8. — Auctor harum epiſtolarum, foemina nobiliſſima, coniux legati Anglici CPoli, elegantiſſime quidem, at non ſatis fideliter deſcribit iter a ſe factum per Belgium, Germaniam, Hungariam, imperium Oſmanicum, regionem Tunetanam, nonnullasque Italiae, annis quidem 1716, 1717 et 1718. Maxime illa verſatur in deſcribendis Turcarum moribus, ſexus potiſſimum ſequioris, quem mulier ſine impedimentis iſtis, viris inſuperabilibus, obſervare opportune poterat. Varia autem inſunt, quae

quae diffidentiam creent, varia, quae ſibi contradicant, quaeque fide plane ſint indigna; licet auctor ipſa alios ſcriptores hodoeporicos paſſim reprehenderit.

Cf. *Goetting. Anz.* a. 1763. p. 1233 ſqq. a. 1767. p. 943 ſq.

LUEDEKE l. c. T. I. p. 419 ſq.

Drieſch. GERARDI CORNELII VAN DEN DRIESCH Hiſtoria magnae legationis, quam Caroli VI Imp. auſpiciis ſuſcepit comes Damianus Hugo Virmondtius ad Portam Ottomannicam. Viennae 1721. 8. *Theotiſce* ab auctore ipſo *Norimb.* 1723. 4 mai. Cum figg. aen. — Auctor, hiſtoriographi obiturus officium, Comitem iſtum anno 1719 CPolin comitatus eſt, uberrimamque inde nactus materiem narrationis ſuae memorabilia permulta, in primis de Turcarum politia, religione, moribus et re militari, antiquitatum quoque curioſus, eleganti ſtilo Latino, horrido autem Germanico, compoſuit. Ordo et nexus haud raro deſiderantur, multaque inſunt ad argumenta propoſita haud pertinentia. Paſſim alios, non ſatis caute, in narrando ſecutus eſt.

Cf. LUEDEKE l. c. T. II. p. 185 ſqq.

Tollot. TOLLOT *Voyage fait au Levant és années 1731 et 1732, contenant les deſcriptions d'Algier, Tunis, Tripoli, Alexandrie en Egypte, Terre Sainte, Conſtantinople etc.* à Paris 1742. 12.

Perry. CHARLES PERRY'S *M D. View of the Levant, particularly of Conſtantinople, Syria, Egypt and Greece* London 1743. fol. Cum XXXIII figg. aen. — Auctor agit de antiquitatibus, imperii ratione, moribus, ritibus aliisque memorabilibus regionum iſtarum. Qua ratione? dicere non habemus. Idem valet de ſequentibus:

GIS-

GISHULL'S VOYAGE *into Turky.* London 1747. Gishull.

D. L. R. *Mémoires* contenant *ſes Voyages en Turquie.* à la Haye 1749. 12. D. L. R.

JAMES PORTER'S *Obſervations on the religion, law, government and manners of the Turcs.* London 1768. II Voll. in 12. *Theotiſce*, non optime, *Lipſ.* 1768. 8. *Francogallice* a B*** (i. e. *Bergier*). *à Paris* 1769. II Parties in 12. — *Nouvelle edition, conſiderablement augmentée de notes, faites par un voyageur, qui a fait un ſéjour en Turquie.* à Neufchatel 1770. 12. (Notae nullius paene pretii, certe non in itinere, ſed in muſeo conceptae.) Auctor circa a. 1760 legatus Angliae CPoli verſatus, varia notavit ſcitu digna nec iniucunda, quaedam etiam, quibus facile carere poſſis, v. c. de Muhammedanorum ſectis, de Corano, de deſpotiſmo eiusque finibus. Porter.

Cf. LUEDEKE l. c. T. I. p. 423 ſqq.

RUGGIERO GIUSEPPE BOSCOVICH (olim Ieſuitae et Prof. Math. Papienſis) *Giornale di un Viaggio da Conſtantinopoli in Polonia.* Baſſano 1784. 8 mai. Duodecim annis antea verſio Francogallica, ab auctoris amico ex itinerario eius manu ſcripto confecta, prodierat, hac inſcriptione: *Journal d'un Voyage de Conſtantinople en Pologne fait à la ſuite de M. Porter, Ambaſſadeur d'Angleterre etc.* à Lauſanne 1772. 12. Haec verſio originem *Theotiſcae* dedit, ab anonymo additamentis nonnullis mappaque geographica auctae. *Lipſ.* 1779. 8. — Iter fiebat a. 1761 et 1762; cuius deſcriptio pauca ſane exhibet, quae ante ignota fuiſſent. Triſtis conditio regni Turcici, omnibus naturae dotibus largiſſime inſtructi, a tyrranide vero enervati, vivis pingitur coloribus. Novitatis gratiam Boſcovich.

Neueſte Reiſebe. *Neueſte Reiſebeſchreibung durch die vornehmſten Provinzen der Ottomanniſchen Pforte.* Berlin und Breslau 1772. 8. Minime itinerarium, ſed compilationem admodum ineptam impoſtor anonymus exhibuit.

Cf. LUEDEKE l. c. T. II. p. 264 ſqq.

Björnſtåhl. JAC. JONAE BJÖRNSTÅHLS *Reſa til Frankrycke, Italien, Sweitz, Tyſkland, Holland, Aengland, Turki et och Greckeland.* Stockholm 1780. V Partes in 8. *Theotiſce* cum notis a *Juſt. Ernſt. et Chriſti. Henr. Groskurd.* Stralſund, Roſtock und Leipz. 1777—1783. VI Voll. in 8. — Auctor, Profeſſor lingg. orient. Lundenſis deſignatus, a. 1769 iter ingreſſus, epiſtolis ad *Carol. Chſtph. Gjoerwellum*, bibliothecae Holmienſis regiae praefectum celeberrimum, datis, memoratu quae ſibi digna videbantur, deſcripſit, cumprimis talia, quae rem litterariam iuvare poſſent. Gjoerwell primum ſingulas epiſtolas diariis ſuis litterariis (v. c. *Sammlaren*) inſeruit; e quibus *Schloezerus* (in *Briefwechſel meiſt hiſtoriſchen und politiſchen Inhalts*) nonnullas, Theotiſce redditas, Germanis exhibuit. *Francogallice* etiam quaedam leguntur in *Eſprit des Journaux* a. 1780. Mortuo auctore Theſſalonicae a. 1779, Gjoerwellus epiſtolas iſtas, cum aliis atque cum potiore parte diarii popularis ſui, iunctim quinque tomis edidit. Epiſtolae, CPolin et alia imperii Osmanici loca ſpectantes, tomo IV edit. Germ. exhibentur, plenaequae ſunt narrationum utilium aeque ac iucundarum, quid? quod optimam totius operis partem conſtituunt; quo etiam pertinent, quae ex diario viri doctiſſimi tomo VI verſ. Theot., nullo tamen delectu habito, proponuntur.

Cf. BUESCHINGS *Wöchentl. Nachr.* a. 1777. p. 364 ſqq. a. 1781. p. 83 ſq.
Allgem. teut. Bibl. T. LIV. p. 600—605.

DOMENICO SESTINI (*Abate*) *Lettere ſcritte dalla Sicilia e dalla Turchia.* In Firenze 1779-1780. III Voll. in 8. *Theotiſce* cum notis, Lipſ. 1780. 1782. 1783. III Partes in 8. Et in Jagemanni *Magazin der Ital. Litt.* T. II, III et IV. Nondum in tribus hiſce epiſtolarum voluminibus quicquam de itinere per Turciam occurrit; Siciliam ſolummodo illuſtrant. Seſtini.

Mémoires du Baron DE TOTT *ſur les Turcs et ſur les Tartares.* à Amſterdam 1784. IV Voll. in 8 mai. — Recentiſſimum ſimulque praeſtantiſſimum huius generis opus, cuius auctor XXIII per annos inter Osmanos Tatarosque vixit. Anno nimirum 1755 cum legato Francogallico *de Vergennes* Conſtantinopolin venit, comitante quidem patre, qui olim cum Principe Ragotzio Turciam petierat. Filius ſtatim linguae Turcicae addiſcendae ſtrenuam dedit operam, nuptiasque, quibus Osmanis honore dignitateque conſpicuis innotuit, inniit. Anno 1763 in Galliam reverſus, munus, quo patriae utilitatem promovere poſſet, ambivit, annoque 1767 ad Principem Crimenſem, Makſud Gueray, ablegatus, poſt mortem ſucceſſoris, Kerim Gueray, CPolin repetiit. Paullo poſt iuſſu Imperatoris Muſtaphae caſtella, *Dardanellae* dicta, contra claſſem Ruſſicam communivit, remque Turcarum tormentariam omnem meliorem firmioremque reddidit. Pace demum inter Ruſſos et Turcas peracta, mandante rege Galliarum, rei mercatoriae Francogallorum in Archipelago, in Aegypto et in Aſia variis modis proſpexit. Parti operis primae praemiſſa eſt introductio, qua auctor varia ſuper relatione morum, climatis ac de Tott.

 regimi-

regiminis cum populorum conditione differit, opinionesque nonnullas praeiudicatas de Turcis, a Britanna Montagu in primis diſſeminatas, impugnat. Opus ipſum, praecipue volumen I et III, permultas continet obſervationes novas relationesque de Osmanorum indole, lingua, politia, regimine, variisque ritibus ac caerimoniis, in primis de eorum re militari, deque miſerrima rerum Turcicarum conditione hodierna. Volumine II eadem fere ratione de Tataris differitur: quarto vero ineſt iter per Archipelagum, Aegyptum, Syriam, verſus Smyrnam et regionem Tunetanam; obſervationes paene innumerae et in hoc volumine novitatis, utilitatis et iucunditatis gratiam habent.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1785. p. 161 ſqq. 169 ſqq. 181 ſqq. 185 ſqq.

Eſſais de Géographie, de Politique et d'Hiſtoire, ſur les poſſeſſions des Turcs en Europe, diviſés en 3 Parties; par M. L. C. D. M. D. L. *pour ſervir de Suite aux Mémoires du Baron de Tott.* à Paris 1785. 8. Nihil hucusque, praeter titulum, nobis de hoc libro innotuit.

SECTIO II.

SCRIPTORES DE HISTORIA OSMANORUM EORUMQUE IMPERIO.

1. *Scriptores univerſales.*

Osmani ipſi hiſtoriam gentis ſuae variis modis condidere. Maxima horum librorum pars adhuc typis haud expreſſa. Indicem plurimorum exhibet IOH. CHRISTOPH. FRID. SCHULZ in *Verzeichniß der berühmteſten Türkiſchen Schriftſteller, aus dem 13. 14. 15. 16. und 17ten Jahrhunderte, nebſt der Anzeige ihrer vornehmſten Schriften;* quem catalogum

logum adiectum invenies ad calcem I tomi tertii hiſtoriae imperii Osmanici, auctore *de la Croix*, ab eodem Schulzio Theotiſce redditae (*Lipſ.* 1772. 8.) p. 374—410.

Leunclavius, ſeu potius *Ioh. Gaudier*, mox laudandus, nonnullis voluminibus iisdem manu ſcriptis uſus eſt.

VINCENTIUS BRATUTTI, Raguſanus, Imperatori Rom. in interpretandis Orientis linguis ab obſequiis, primam *Chronici Turcarum praecipui*, *a* SADDEDINO *ſ.* SAIDINO *conſcripti*, partem, *Italice* verſam, *Viennae* 1649 in 4 edidit: mox vero poſt ſuum in Hiſpaniam diſceſſum (interpretis enim munere apud Philippum IV, Hiſpaniae regem, itidem functurus in hanc abiit) ſecundam quoque, quae rariſſima eſt, praedicti Chronici partem, *Madriti* 1652, typis vulgaverat. En operis epigraphen: *Cronica dell' Origine e progreſſi degli Ottomani*, *compoſta da* Saidino *Turco in lingua Turca e tradotta in Italiano da* Vincenzo Bratutti. Saddedinus et Bratutti.

Cf. FREYTAGII Analecta p. 153 ſq.
(BERN. DE JENISCH) Commentatio de fatis linguar. orient. p. CLVI.

Noſtro demum aevo ADAMUS FRANCISCUS KOLLAR, Conſiliarius caeſareus aulicus et bibliothecae caeſ. Vind. praefectus ſupremus († 1783), in animum induxerat, ut ipſe in Grammaticae Turcicae *Meninskianae* praefatione indicat, hiſtoricae collectionis Byzantinae inſtar, ſelectiores rerum Turcicarum ſcriptores Turcicos publici iuris facere, quo etiam conſilio ſeptuaginta omnino et ſeptem plagulae ex Saddedini hiſtoria cum verſione Latina, a. 1755. in fol. typis excuſae fuerunt. Verum, aliis negotiis diſtrictus, tantum opus im- Saddedinus et Kollar.

perfectum reliquit auctor, omnis litteraturae orientalis experientiſſimus.

Cf. Comment. de fatis etc. l. c. p. CXLII et CLXI.

✣ ✣ ✣

Quum praeter ſpem atque exſpectationem omnium, ſub Achmedis II imperio anno Hegir. 1139, Chriſti 1726, Conſtantinopoli typographia introduceretur, mox autem rurſus ſupprimeretur, factum eſt, ut inter ſedecim libros, typis ibidem ab a. 1726 usque ad 1730 impreſſos, hiſtorici quoque aliquot Turcici typis Arabicis excuderentur. Quorum ſaltem titulos hoc loco exhibere liceat.

Hiſtoria de bellis maritimis Osmanidarum.
Tabulae chronologicae, auctore Kiatib Celebi *).
Annales Ottomanici, auctore Naeima.
Annales Ottomanici Raſid Efendi.
Annales Ottomanici, auctore Celebi Zade.
Liber de iis, quae ultimo (inter Domum Auſtriacam et Portam Ottomanicam) *bello in Boſnia geſta ſunt.*
Cf. *Geſchichte des Osman. Reichs — nach Hrn. de la Croix, — von* I. C. F. Schulz. III B. p. 174 ſqq.
Comment. de fatis etc. l. c. p. LXXXVII.

✣ ✣ ✣

E ſcriptoribus hiſtoriae Byzantinae, alibi recenſendis, huc pertinent: GEORGIUS PHRANTZA, LAONICUS CHALCONDYLAS, NICEPHORUS CPolita, NICEPHORUS GREGORAS, IOANNES CAN-

*) Exſtat harum tabularum verſio Itala, e codice MSto confecta, hoc titulo: *Cronologia hiſtorica, ſcritta in lingua Turca, Perſiana et Araba, da* HAZI HALIFE MUSTAFA, *e tradotta nell' idioma Italiano da* Gio. Rinaldo Carli, *Nobile Juſtinopolitano, e Dragomano della Sereniſſima Republica di Venezia.* In Venetia 1697. 206 pagg. in 4.

Cf. (GOETZENS) *Merkwürd. der Dresdn. Bibl.* T. III. p. 258 ſqq.

CANTACUZENUS, et DUCAS. Omnes partium ſtudio contra Osmanos laborant.

❖ ❖ ❖

Sequuntur ſcriptores de rebus Turcicis univerſales Chriſtiani.

IOH. ADELPHI (D. Med. Scaphuſienſis ſaeculi XVI) *Türkiſche Chronica.* Strasburg 1516. 4. Liber enumerandus ſolum, non deſcribendus. Adelphus.

IOAN. BAPT. EGNATII, Veneti, libellus de origine Turcarum et POMPONII LAETI de ortu Mahumedis, adiecti collectioni, cui ineſt *Roberti Monachi* bellum Chriſt. etc. *Baſil.* 1533. fol. Adiecti ſunt etiam collectioni ſcriptorum Hiſtor. Auguſtae, *Venet.* ap. Aldum, 1519. 8. nec non collectioni eorum Sylburgianae. *Francoſ.* 1588. fol. T. II. p. 557 et 590 ſqq. Egnatius.

IOANNIS CUSPINIANI (*Suinfurtenſis*, *Hiſtorici Viennenſis* † 1529) *de Turcarum origine, religione, ac immaniſſima eorum in Chriſtianos tyrannide; deque viis, per quas Chriſtiani Principes Turcas profligare et invadere facile poſſent.* Antverpiae 1541. 8. Lugd. Bat. 1654. 12. (cui editioni acceſſit IOAN. BAPT. MONTALBANI de Turcarum moribus commentarius.) Prima editio, a Cuſpiniano ipſo curata, nobis eſt ignota. Inſertus eſt hic de Turcis eorumque imperio Commentarius Operi de Caeſaribus atque Impp. Romanis, in cuius editione Francofurtenſi, 1601. fol. a pag. 425—484. reperitur. Eiusdem Cuſpiniani Orat. protreptica ad S. R. I. Principes, ut bellum ſuſcipiant contra Turcum, cum deſcriptione conflictus in Hungaria facti, quo periit R. Ludovicus etc. adiuncta eſt illius *Auſtriae*, eodem anno et loco excuſae, a p. 72—82. — Auctor, antiquitatis inveſtigator diligentiſſimus, ſtilo facili, quae apud ſcriptores Cuſpinianus.

S 3 hiſtoriae

hiſtoriae Byzantinae et hiſtoricos Chriſtianos de Turcis invenit, expreſſit. Pluribus quidem ſegmentis agit de Turcarum origine, de Mahummede, de origine Osmanorum (ſ. ut ipſe ſcribit Othomannorum) et familiae ſucceſſione, de ſingulis Imperatoribus, ab Osmano nimirum usque ad Selimum I. Annexae ſunt relationes de re militari, religione, moribusque domeſticis Turcarum; *Felicis Petantii* Cancellarii Segniae, quibus itineribus Turci ſint aggrediendi, ad Uladislaum, Hungariae et Bohemiae regem, diſſertatio; Conſtantinopolitana expugnatio, cum exhortatione ad bellum Turcis inferendum, eodem auctore.

Iovius. PAULLI IOVII (Epiſcopi Nucerini † 1552) *Commentario delle coſe de' Turchi, da Orcana circa il 1328 a Selim circa il 1512.* Venezia 1531. 12. ibid. 1538 8. ibid. 1541. 12. Latine, hoc titulo: Turcicarum rerum commentarius PAULLI IOVII, epiſcopi Nucerini, ad Carolum V Imperatorem Auguſtum, ex Italico Latinus factus, *Franciſco Nigro*, Baſſianate, interprete. Origo Turcici imperii. Vitae omnium Turcicorum Imperatorum. Ordo ac diſciplina Turcicae militiae exactiſſime conſcripta, eodem *Paullo Iovio* autore. Addita eſt praefatio *Philippi Melanchthonis*. In fine libri rari legitur: *Vitebergae ex officina Ioſephi Clug. Anno* 1537. 8. Recuſa *Pariſ.* ap. Rob. Stephanum 1539. 8. Et haec editio rara eſt. *Tiguri* 1550. 8. *Baſil.* 1543. ibid. 1567. 8. Latine etiam in *Iovii* operibus, quorum editiones Vol. I. P. I. p. 137 huius bibliothecae indicavimus. Editio Baſileenſis (1578. fol.) commentarium iſtum poſt vitam Cardinalis Pompeii Columnae exhibet, additis Imperatorum Turcicorum effigiebus ligno inciſis. *Francogallice Pariſ.* 1540. 8. *Anglice Lond.* 1546. 8. Introductio de origine Turcarum et appendix de ordine et diſci-

diſciplina Turcicae militiae exſtant quoque in *Schardii* Scriptt. rer. Germ. T. II. p. 1483. ed. Baſil. Hodie Iovii hocce ſcripto facile carere poſſumus. Melanchthon in praefatione editionis Vitebergenſis agit de utilitate, quam religio ex hiſtoria imperii Turcici capere poſſit.

Cf. *Hamburg. Bibl. hiſt.* Cent. V. p. 113 ſq. (BAUMGARTENS) *Nachr. v. einer Hall. Bibl.* T. I. p. 442 ſqq.

ANDREAE CAMBINI (Florentini) *Commentario della origine de' Turchi, e dell' Imperio della caſa Ottomana, in Libri IV.* Vinegia 1538. 8. ibid. 1541. 12. Cambini.

CHRISTOPHORI RICHERII, *Torignei Senonis, (Cubicularii regii et Cancellario Franciae a ſecretis)* de rebus Turcarum, ad Gallorum regem Libri V. *Pariſ.* ex officina Rob. Stephani 1540. 4. Inſertum opuſculum etiam *Th. Bibliandri* collectioni, capite ſuperiore recenſitae, et quidem tomo III. Extat etiam inter Schardii Scriptt. rer. Germ. T. II. p. 1447—1481 ed. Baſil. Liber IV et V eſt inſertus *M. A. C. L. Syndromo rerum Turcico-Pannonicarum*, mox indicando. Liber ſecundus in Francogallicum converſus ſermonem hoc prodiit titulo: *Des couſtumes et manieres de vivre des Turcs faict en Latin par* Chriſtofle Richer, *et par iceluy* Richer *traduict en langue Françoiſe.* à Paris 1540. 4. — Auctor in praefatione libri I hac ratione de opere ſuo ſcribit. „Semina mihi collegi ex Egnatio, Blondo, Platina, Rivio, Gaguino, Paullo Iovio, Andr. Cambinio aliisque, ſi non eloquentiae primae, maximae tamen fidei ſcriptoribus, ut quae ſparſa eſſent ac diſſipata in unum locum mitterentur, quo propius videri poſſent. Parum quidem cultus eſt hic ager, ſed rerum frequentia copioſus. Primum, quae ſit origo Turcarum: deinde, quas Richer.

occupaverint ſedes: poſtea Ottomani et poſteriorum imperium usque ad Solymannum praeſentem breviter dilucideque narro etc." Haec vero ad librum tantummodo I ſpectant. Libro enim II de moribus atque inſtitutis Turcarum, L. III de Tammerlanis Parthi rebus geſtis, L. IV de expugnata a Mahomethe Conſtantinopoli, et L. V de Caſtelli novi, Dalmatiae oppidi, recenti direptione, agitur.

Cf. FREYTAGII Analecta p. 776 ſq.

Lonicerus. PHILIPPI LONICERI, Theologi, (*Prof. lingg. orient. et theol. Marburgenſis* † 1569) Chronicorum Turcicorum, in quibus Turcorum origo, principes, imperatores, bella, praelia, caedes, victoriae, reique militaris ratio, et caetera huc pertinentia, continuo ordine, et perſpicua brevitate exponuntur; et Mahometicae religionis inſtituta, iudiciorumque proceſſus, et aulae conſtitutio; Procerum item ac populi mores vitaeque degendae ratio percenſetur: acceſſere, Narratio de Bajazethis filiorum ſeditionibus; Turcicarum item rerum epitome, quomodo nimirum captivi Chriſtiani diſtrahantur, et ab Imperatore Turcico caeteriſque Turcis tractentur. *Tomus I.* Omnia nunc primum bona fide collecta, ſermoneque Latino expoſita. — *Tomus II* — *Francofurti*, excudebat Ioan. Wechelus, impenſis Sigismundi Feyerabendii 1584. 8. Prima editio prodiiſſe dicitur *Argent.* 1537: at falſo. *Baſileenſis* a. 1556 nobis etiam ficta videtur. Eo certior *Francofurtenſis* a. 1578, tres tomos in uno volumine exhibens, fol. Editio anni 1584 duos priores tantum editionis a. 1578 complectitur. Huius igitur editionis copioſioris contenta haec ſunt: *Tomo I* comparent: 1. *Turcorum origo;* Italice primum ſcripta ad annum usque 1574. 2. *Mahometicae leges, aulae apparatus, et Bajazethis acta cum*

liberis

liberis ſuis; Italice ſcriptae primum per ANTONIUM MENAVINUM. 3. *Turcicarum rerum epitome*, ſcriptore BARTHOLOMAEO GEORGIEWITZ. 4. IOAN. AVENTINUS *de rebus Turcicis* ſ. Liber, in quo declarantur cauſſae miſeriarum, quibus Chriſt. resp. premitur a Turcis — item de Turcarum origine. (*Theotiſce* ab *Henr. Mollero*, Francoſ. 1563 et 1577. fol. Biponti 1606. 4. 1697. 4.) *Tomo II*: 1. PHIL. CALLIMACHI EXPERIENTIS *de clade Varnenſi* narratio. 2. LEONHARDUS CHIENSIS *de capta Conſtantinopoli*. 3. *De Nigroponti captione* (1471). 4. MARC. ANTON. SABELLICUS *de pugna inter Venetos et Turcas* (1478); ex eiusdem opere de antiquitate Aquilejae L. VI. 5. IACOBUS FONTANUS *de bello Rhodio*, ſupra iam recenſitus. 6. MELCHIORIS SOITERI *bellum Pannonicum*. Deſcribitur potiſſimum obſidio Vindobonae, a Turcis a. 1529 fruſtra tentatae. 7. IOAN. CRISP. *Epiſtola* de deditione inſulae Naxus (a. 1531). 8. MARTINI STELLAE *Epiſtolae de Turcarum ſucceſſibus in Hungaria* A. 1543 et 1544. *Tomo tertio* inſunt: 1. MARTINI BARLETII *Georgius Caſtriota vulgo Scanderbeg*. 2. Idem *de obſidione Scodrae*.

Cf. *Hamburg. Bibl. hiſt.* Cent. X. p. 204—215.

FRANC. SANSOVINO (Romani hiſtorici et rhetoris † 1586) *Hiſtoria univerſale dell' origine ed imperio di Turchi, raccolta ed in diverſi luoghi di nuovo ampliata — nella quale ſi contengono le leggi, gli officï, i coſtumi, e la militia di quella natione; con tutte le coſe fatte da' loro per terra e mare. Con le vite particolari de' Prencipi Ottomani; cominciando dal primo fondatore di quell' imperio, fine al preſente Amorath.* in Venetia 1568. 4. ibid. 1582. 4. ibid. 1600. 4. Aucta a Comite MAJOLINO BISACCIONI. ibid. 1654. 4. — Argumenta politica et Sanſovino.

 hiſto-

uſque ad annum 1588 continuaverit. Optimum de hoc doctiſſimo viro iudicium fert *Thuanus* in fine libri CIV hiſt. ſui temporis ad a. 1593: „*Ioan. Leunclavius* — iuris Romani Graecique conſultiſſimus, et rerum Turcicarum apprime peritus, ad quas linguae ipſius Byzantina peregrinatione comparatam cognitionem, exactam ultimae hiſtoriae Graecae lectionem, et acre et admirandum iudicium attulit; quod non ſolum in ſcriptis ab ipſo, dum viveret, publicatis, ſed et in iis, quae poſt mortem eius edita ſunt, elucet.“ Contrariae quidem opinionis in *Commentario ſuo ad bibliothecam Vindob. Caeſ.* (T. I. p. 97 ed. Kollar.) *Lambecius* eſt, in laudes viri huius parcus admodum, et eum inſuper animi ingratiſſimi erga *Blotium*, bibliothecarium Vindobonenſem, inſimulans. Fallere caeterum *Conringium*, qui auctorem hunc cum *Davide Ungnadio*, legato Caeſareo, CPoli fuiſſe aſſerit, bina ipſius *Leunclavii* aſſerta non vane demonſtrant; quorum uno in *deſcriptione Lichtenſteinianae ad aulam Turcicam legationis*, quae in finem menſis Auguſti 1584 incidit, ſe huic interfuiſſe ſocium teſtatur, anno vero 1585 a praedicta metropoli ſeſe diſceſſiſſe, in praefatione ad annales Sultanorum comprobat altero. — Eorundem, quos *Ioh. Gaudier* Theotiſce, et *Leunclavius* Latine expreſſit Annalium Sultanorum partem primam, ex alio MSto exemplo, narrationum et actionum pluralitate copioſiore, iterum Latine transtulit ſub titulo: *Translatae Turcicae Chronicae*, IOH. BAPTISTA PODESTA, Caeſareus orientalium linguarum Secretarius, quae verſio prodiit *Norimb.* 1672. 8.

Eiusd. Pandectae hiſtoriae Turcicae, adiectae operi praedicto, illuſtrant narrationes Turcicas, easque cum hiſtoria Graeca, Itala, Francogallica ac Germanica conferunt. Elaborationi harum anno-

annotationum inſervierunt ſexaginta circiter libri typis expreſſi et manu ſcripti.

Eiusd. Hiſtoria Viennae Auſtriacae a Turcis a. 1529 obſeſſae, finem imponit voluminí iſti, perquam raro. Editio altera cum *Chalcondyla*, opera *Caroli Fabrotti*, *Pariſiis* 1650. in fol. curata eſt. Laudantur etiam editiones *Francofurtenſes* a. 1596. fol. et 1690. fol. et 1698. fol.

Eiusd. *Neue Chronica Türkiſcher Nation von vier Büchern.* Frankfurt 1590. fol. Libro primo inſunt Annales Sultanorum modo memorati ab a. 1303 usque ad a. 1550; ſecundo, continuatio ad a. 1589; tertio Pandectae hiſtoriae Turcicae; quarto: 1. PAULLI PESELII deſcriptio obſidionis Vienneniſis a. 1529. 2. NIC. HAUNOLDI, Vratislavienſis, deſcriptio circumciſionis Sultani Muhammedis a. 1582. 3. HENRICI DE LICHTENSTEIN deſcriptio nuptiarum Ibrahimi, Magni Viſſirii, a. 1586.

Eiusd. Hiſtoriae Muſulmanae Turcorum, de monumentis ipſorum exſcriptae, libri XVIII. *Francof.* 1591. fol. Libri ſinguli ſic inſcripti ſunt: 1. de tribus imperiis Muſulmanicis, Agarenico, Tograno et Aladinio. 2. Ertogrulius, vel Osmanidarum origo. 3. Osmannicus. 4. Urchanius. 5. Murataeus. 6. Bajaſiticus. 7. Temurius. 8. Anarchia. 9. Iſaeus. 10. Suleimannicus. 11. Muſaicus. 12. Muhameticus. 13. Muſtaphaeus. 14. De Murate II. 15. De Muhamete II. 16. De Bajaſite II. 17. De Selime I. 18. De Suleimanno II. Praemiſſae ſunt tabulae genealogicae. In praefatione agitur de fundamentis, quibus imperium Osmanorum nititur, cauſaeque percenſentur, cur gens iſta non extimeſcenda ſit. In calce operis exſtat *Index Libitinarius Oſmanidarum*, cum epiſtolis quibusdam, atque Onomaſticum duplex. Leunclavio animus erat,

erat, triginta huius generis libros conſcribere, octodecim vero ſolum, in a. 1552 finientes, elaborare potuit. Ante quam archetypo Latino finem imponeret, verſionem operis Theotiſcam incepit: libros autem tres priores ſolummodo Theotiſce reddidit; quae verſio prodiit *Francoſ.* 1590. fol. ibid. 1595. fol. Auctior dicitur verſio archetypo.

Cf. *Hamburgiſche Bibliotheca hiſt.* Cent. X. p. 201 ſqq. LUEDKKE l. c. T. II. p. 116 ſqq.
(DE JENISCH) Comment. de fatis lingg. orient. p. 138 ſq. 154 ſq.

Boiſſard. IOH. IACOBI BOISSARDI (*Veſontini, Archaeologi et Bibliographi Metenſis* † 1602) Vitae et icones Sultanorum Turcicorum, Principum Perſarum, aliorumque illuſtrium heroum heroinarumque, ab Osmanne usque ad Mahometem II, ad vivum expreſſae et in aes inciſae per *Theodorum de Bry. Francoſ. ad Moen.* 1596. 4. *Ienae* 1632. 4. (hoc quidem titulo: *Res Turcicae*, hoc eſt: *Deſcriptio vitae rerumqne* geſtarum Imperatorum Turcicorum, Principum Perſarum, aliorumque illuſtrium Heroum Heroinarumque, ex hiſtoriis et annalibus Turcicis deſumta, additis iconibus aeri inciſis, authore *I. I. B.* Rariſſima haec editio dicitur.) *Theotiſce Francoſ.* 1596. 4. cum figg. aen. — Rationem in hoc opere, inſigniter raro, ut omnia Boiſſardiana, talem ſervat auctor, ut iconem primo exhibeat, dein brevem addat vitae deſcriptionem. Icones autem ſumſiſſe ſe ait ex antiquis metallis, Conſtantinopoli Ferdinando Imp. oblatis. Schulzius vero l. c. p. 417. illas nullius pretii eſſe affirmat.

Tubero. LUDOVICUS CERVARIUS TUBERO (*Abbas Melitenſis in Dalmatia* † ....) de Turcarum origine, moribus et rebus geſtis. *Florentiae* 1590. 4.

LAU-

LAURENTII RISEBERGII compendiaria rerum Turcicarum relatio. *Helmſt.* 1596. 8. Riſeberg.

GEORGII BERTHOLDI PONTANI (*Bohemi, Poëtae laureati, Martino Archiepiſcopo Pragenſi a ſecretis, et Praepoſiti Metropolitanae eccleſiae Pragenſis* † 16 . .) hiſtoria rerum Turcicarum. *Francof.* 1597. 4. — Uberior forte huius libri notitia hauriri poterit e *Voigtii* Effigiebus doctorum Bohem. P. II. p. 22, quae nunc non ad manus ſunt. Pontanus.

IOACHIMI CAMERARII Commentarii duo de rebus Turcicis a filiis nunc primum collecti ac editi. Acceſſere et alia nonnulla lectu admodum digna et utilia, quae in adverſa pagina indicantur. Nimirum Imperatorum Turcicorum Chronologicon ex *Franciſco Sanſovino* de Italico in Latinum ſermonem converſum: Domini *de la Nue* Galli, imperatoris bellici clariſſimi, diſputatio de bello Turcico, Latine de Gallico ſermone interpretata. *Ioh. Cuſpiniani* — oratio protreptica, qua Chriſtiani ad bellum Turcicum excitantur. Cui acceſſit *Alphonſi*, Regis Neapolitani ſapientiſſimi, oratiuncula eiusdem argumenti, opera Iohannis Weidneri Landſidelii. *Francof.* 1598. fol. Camerarius.

Syndromus rerum Turcico-Pannonicarum. Autore M. A. C. L. (*i. e.* Magiſter ADELARIUS CRAUELIUS, *Leubingenſis*. Fuit ſcholae Moeno-Francofurtenſis Rector. Nihil amplius de eo nobis conſtat.) *Francof.* 1603. 4. *ibid.* 1627. 4. — Opus, quo hiſtoria Oſmanorum ab expugnatione CPoleos usque ad a. 1600 illuſtratur, duabus abſolvitur partibus. Et prima quidem excerpta e variis auctoribus, v. c. e *Richerio, Bonfinio, Paullo Iovio, Camerario, Sleidano, Sambuco,* comprehendit: altera *Lud. Tuberonis* commentarium de temporibus ſuis, ſeparatim quoque a Crauelio editum; de quo infra. Reliquae partis alterius Turcica et Hungariae Crauel.

auctoris ſunt. Candoris ac veritatis ſtudio ſeſe commendat.

Cf. *Hamburg. Bibl. hiſt.* Cent. X. p. 215 ſqq.

Baudier. MICHAEL BAUDIER (conſiliarii et hiſtoriographi Ludovici XIV, regis Galliarum) *Inventaire de l'hiſtoire générale des Turcs.* à Paris 16.. 4. ibid. 1620. 4. ibid. 1631. 4.

Beſold. CHRISTOPHORI BESOLDI (*Icti et Hiſtorici Tubingenſis* † 1638) hiſtoria Conſtantinopolitana, poſt avulſum a Carolo M. occidentem ad noſtra usque tempora deducta. *Argent.* 1634. II Voll. in 8. — *I. M. Geſnerus* in praelectionibus in primas a ſe ductas lineas iſagoges in eruditionem univerſalem (T. I. p. 421 edit. a. 1774.) ſequentem ſententiam de hoc libro tradit: „Liber eſt claſſicus. Addidit res Turcicas, Hieroſolymitanas et Siciliae utriusque, quia nimirum coniunctiſſimae cum Conſtantinopoli fuerunt. Nihil poſuit, niſi ipſa verba auctorum, et ordinavit loca, quae legerat, ut poſſit hic liber fundamenta dare hiſtoriae explicitae." Hiſtoria deducta usque ad Muradem IV, qui a. 1623 imperium nactus eſt.

Cf. *Hamburg. Bibl. hiſt.* Cent. VII. p. 103 ſqq.

Knolles. RICHARD KNOLLES (Rectoris Scholae Sandvicenſis † 1610) *Turkiſh Hiſtory.* Opus, praeſtantioribus in hoc genere adſcribendum, ſaepius editum et ab aliis locupletatum fuit. Prima editio nos latet. Neſcimus etiam, qui Londinenſem a. 1638. II Voll. in fol. condiderit. Hiſtoria in hac editione continuata usque ad a. 1623. Ulterius usque ad

Rycaut ſ. Ricaut. a. 1677 perducta a PAULLO RYCAUT ſ. RICAUT, qui olim ſeptennio integro Comiti WINCHELSEA, Caroli II, Britanniarum regis, ad Imperatorem Turcicum Legato, a ſecretis fuerat, et vertente tempore totis undecim annis Conſulis, quem vocant,

cant, Smyrnaei officio cum laude functus eſt; quapropter eius continuatio praeſtantiſſima huius operis pars eſt. Sexta *Knollii* et *Rigaltii* editio prodiit *Londini* 1687. II Voll. in fol. in qua ROGERIUS MANLEY hiſtoriam usque ad a. 1687 perduxit. Adiectus quoque eſt eiusdem *Rigaltii* tractatus de ſtatu imperii Ottomanici, de quo infra. *Rigaltii* continuatio *Francogallice* reddita a *Brioto*, *Pariſ.* 167 . . *ibid.* 1683. IV Voll. in 12 mai. Ex hac verſione *Itala* enata prodiit *Bononiae* 1674. 12. *Knollii* hiſtoria *Belgice* exſtat, *Amſt.* 1670. 4. Manley.

Cf. *Acta Erud.* a. 1684. p. 114 ſqq.

CASPAR MAURERS *Türkiſche Chronick.* Nürnb. 1659. 8. Maurer.

„Nec contemnendum eſt ANTONII VERDERII *Compendium rerum Turcicarum* Gallice ſcriptum, *Pariſiis* 1662. 12.“ Ita Bibl. hiſt. Struvio-Buderiana p. 208. du Verdier.

IACOBI STRUCKHUSEN Syntagma hiſtoriae Saraceno-Turcicae, quo a Muhammede I Saracenorum Phylarcho et Pſeudo-Propheta ad Muhammedem IV hodiernum Turcorum Padiſcachum univerſae propemodum Muſlimicae gentis origines, imperia, horumque vices, res item vario Marte geſtae, et quae a. 1042 inde in Saracenicis Turcicisque regnis memoratu praecipue digna contigere, ſecundum ductum optimorum huius argumenti ſcriptorum, praeſertim vero ad Arabum Turcorumque annalium fidem, traduntur. *Helmſt.* 1664. 270 pagg. in 4. — Auctor, Hildeſhemienſis, tunc temporis, cum ſyntagma hoc concinnaret atque ederet, erat in numero ſtudioſorum Helmſtadienſium, e Ienenſi academia reverſus; cumque ordo philoſophicus, ſingulari indultu, privatim docendi poteſtatem ipſi faceret, temporis illius, quo in Struckhuſen.

Hungaria caedibus et rapinis Turci omnia miſcebant, rationem habens, ea, quae ad Saracenicum et Turcicum imperium ſpectant, compendio enarranda in ſe ſuſcepit. In rebus Saracenicis potiſſimum ſequitur Cedrenum et Zonaram, et in Osmanicis Nicephorum Gregoram, Nicetam Choniatem, Laonicum Chalcondylam, et Io. Leunclavium.

Cf. FABRICII hiſt. bibl. ſuae P. V. p. 171 ſq.

de Stochove. VINC. DE STOCHOVE *l'Othoman, ou les Vies des Empereurs Turcs.* à Amſterd. 1665. 12. *Schulzius* l. c. p. 417 ſolum huius libri, nobis plane ignoti, titulum poſuit.

Sagredo. IOHANNIS SAGREDO (Nobilis Venetiani, reip. ſuae Legati in Gallia et Anglia, poſtea Procuratoris S. Marci † . . . .) *Memorie iſtoriche de' Monarchi Ottomanni, di quali contiene queſto volume la vita e l'impreſe d' Ottomanno, Orcano, Solimano primo, Amurat 1, Bajazet 1, Joſue Muſelmano, Moiſe, Meemet 1, Amurat 2, Meemet 2, Bajazet 2, Selimo 1, Solimanno 2, Selimo 2, Amurat 3, Meemet 3, Acmar, Muſtafa, Osmanno, Amurat 4.* Venezia 1673. 4. ibid. 1676. 4. Bologna, nec non Venezia 1679 4. Venezia 1697. 4. *Francogallice,* auctore *Laurent,* Pariſ. 1724. V Voll. in 12 mai. — Praeclaris hiſtoricis adnumeratur *Sagredo;* nec quidem immerito: excipias tamen partium ſtudium, quo vehementer laborat. Odio enim internecino perſequitur Osmanos, Venetorum hoſtes implacabiles, aequitati nullibi locum cedens. Duodecim libris omnem Turcarum hiſtoriam, ab a. 1300 usque ad 1646 (non 1640, ut alii volunt) complectitur. Copioſiores fiunt narrationes de recentioribus imperatoribus, inde a Solimano II, cuius res geſtae

fuſe

fuſe exponuntur. Turcarum leges et mores haud neglectae ſunt.

Cf. JAGEMANNI *Magazin der italieniſchen Litteratur* T. IV. p. 363 ſqq.

NERIOLAVA FORMANTI *Raccolta delle hiſtorie delle vite de gl' imperatori Ottomani, ſino à Mehemet IV. Con il ragguaglio della ribellione de gli Unghari, e dell' aſſedio di Vienna.* Venetia 1684. 4. Lengletus (T. XIV. p. 73.) huius libri meminit; apud alios, quos conſulere licuit, altum ſilentium, cum de auctore, tum de eius libro. Formanti.

VANEL (Conſiliarii regii Francogallici † ....) *Abrégé nouveau de l'hiſtoire générale des Turcs, où ſont decrits les évenemens et les revolutions arrivées dans cette vaſte Monarchie, dépuis ſon etabliſſement juſqu' à préſent.* à Paris 1689. IV Voll. in 12. ibid. 1697. IV Voll. in 12. — Hiſtoria usque ad Solimanum III ſive ad a. 1688 deducta eſt. Praemiſſa eſt narratio, huc non pertinens, de origine religionis Muhammedicae, de Muhammede, imperioque Chalifarum. In expoſitione hiſtoriae Sultanorum Turcicorum ſequitur potiſſimum Leunclavium, Sagredum et Rigaltium, ut et annales Hungaricos atque Polonos. Vanel.

Cf SCHULZ. l. c. T. III. p. 413.

The Hiſtory of the growth and decay of the Othman Empire. Part I, containing the growth of the Othman Empire from the reign of Othman the Founder, to the reign of Mahometh IV, that is from the year 1300 to the Siege of Vienna 1683. P. II, containing the decay — from the reign of Mahometh IV, to the reign of Achmet III. Written originally in Latin by DEMETRIUS CANTEMIR, *late Prince of Moldavia. Translated into Engliſh from the Autor's own Manuſcript, by* N. Tindal, *M. A. Vicar* Cantemir.

of great Waltham in Eſſex. Adorn'd with the heads of the Turkiſh Emperors, Ingraven from Copies taken from Originals in the Grand Seignior's Palace, by the late Sultan's Painter. London 1734. fol. *Francogallice*, libere nimis, auctore *de Jonquieres, à Paris* 1743. IV Voll. in 12 mai. *Theotiſce* (a *Ioh. Laurent. Schmid*) Hamburg. 1745. 4. Utraque verſio ex Anglicana confecta. — Auctor huius operis, cuius archetypum nunquam in publicam lucem prodiit, natus eſt a. 1673, patremque habuit *Conſtantinum Cantemir*, primum parti ſaltem Moldaviae praefectum, ſucceſſu temporis totius, qua patet, Principem. Inter conditiones collatae in eum dignitatis haec erat, ut unum aliquem ex filiis CPolin mitteret, paternae fidei futurum obſidem. Quo pacto noſter Demetrius a. 1687 illuc ſe conferre iuſſus eſt. Ab eo inde tempore, usque ad a. 1710; praeterquam quod nonnunquam in breve unius aut duorum annorum ſpatium patriam reviſeret, etiam ſemel Magnum Viſirium ad caſtra proficiſcentem comitaretur, Turcicique exercitus apud Zentam cladis ex altera fluminis ripa teſtis eſſet oculatus, perpetuum CPoli domicilium conſtituens, in hoc totus fuit, ut Turcorum linguam, inſtituta et mores ſibi redderet quam familiariſſimos. Circiter annum 1710 Moldaviae Princeps creatus, nec multo poſt a Magno Viſirio gravi affectus iniuria, iugum Turcicum excutere, ſeque cum univerſa Moldavia in libertatem vindicare, clam meditabatur. His conſiliis agitato, ſponte ſupervenit miſſus a Petro I, Ruſſorum Monarcha, expertae fidei homo, opem pollicitus, modo Ruſſis in poſterum fidem ac obſequia, a clientibus praeſtari ſolita, exhiberet, armaque contra Turcos cum ipſis ſociaret. Icto his legibus foedere, iunctisque cum exercitu Ruſſorum copiis, ipſe in extremum vitae

vitae pervenit diſcrimen. Obſeſſo quippe ad flumen Pruth cum omni milite Petro tantasque in anguſtias redacto, ut in pacis impetratione, qualibuscumque ſub conditionibus datae, ſalus unice poſita videretur, Moldaviae Principem atrociſſimis criminationibus ſibi dedi poſtulabant Turci, nec ſervari fortaſſis potuiſſet, niſi, diſſimulata eius in caſtris praeſentia, in carpento Imperatricis tam diu occuluiſſent, donec, peracto pacis negotio, tuto evadendi ſeſe offerret occaſio. Spe igitur Moldaviam retinendi excluſus, accepto diplomate, qua damni reparationem, liberumque in terris ſuis receptaculum, largiebatur Ruſſorum Imperator, a. 1711 una cum mille aut pluribus Nobilibus Moldavis aſſignatas ſibi in Ruſſia ſedes ivit occupatum. Porro, ut ne minimam quidem dignitatis iacturam feciſſe videretur, in Ruſſici Imperii Principes lectus, atque titulo Sereniſſimae Celſitudinis cohoneſtatus eſt. Succeſſu temporis, poſteaquam Petropolin commigraverat, aulae admoveri coeptus, ſummam inſignis in conſiliis dandis dexteritatis retulit laudem. Tandem Imperatorem, in Perſas iter facientem, ſequi iuſſus, graviſſimoque in via morbo correptus, a. 1723 diem obiit ſupremum. Excelluit plurimarum linguarum cognitione; praeter Graecam enim veterem, Slavonicam et Gallicam, quibus mirum in modum eruditus erat, Turcorum, Arabum, Perſarum, Graecorum hodiernorum, Latinorum, Italorum, Ruſſorum et Moldavorum, litteris atque ſermoni adeo ſe aſſueſecerat, ut in unoquoque commode verba facere valeret. In philoſophiam ac matheſin haud proletaria quidem opera incubuit, architecturae in primis ſtudio delectatus, potiſſimum tamen hiſtoriae utilitate pariter ac voluptate inflammatus, ad eam excolendam perpoliendamve curas omnes cogitationesque con-

vertit. Libros reliquit bene multos, partim hiſtorici, partim philoſophici argumenti. Praeſentis editionem debemus *Antiocho*, Demetrii filio, Cantemir, qui ab Imperatrice Ruſſorum cum maiore, quam legatis alias tribui ſolet, auctoritate (*en caractere de Miniſtre plenipotentiaire*) in Angliam miſſus, allatum ſecum MStum codicem Tindalio vertendum atque praelo ſubiiciendum conceſſit. Binae praefationes ſunt praefixae, altera metaphraſtae brevior, de orthographia ac pronunciatione vocabulorum nonnullorum Turcicorum paucula praemonentis. Maioris momenti res complectitur altera, quippe in qua auctor, praeparationis in ipſam hiſtoriam loco, tres vexatiſſimas quaeſtiones, in quarum ſolutione multum graviſſimeque peccaſſe arguit ſcriptores Chriſtianos, de aerae ſcilicet Turcicae, quam Hegiram vocant, cum Chriſtiana comparandae ratione, de nomine ac gente Turcorum, denique de imperialis Osmanidarum familiae origine, data opera excuſſit. Opus ipſum in duas partes, prior in tres rurſus libros, diſpeſcitur, quibus XIX Imperatorum vitae ac res geſtae enarrantur. Primus ſpatium ab Osmano I usque ad ſic dictum interregnum ſub Solimano Tſchelebi a. 1401 complectitur. Secundus ſub Muhammede II a. 1451, tertius vero ſub Muhammede IV a. 1672 ſubſiſtit. Ab eo enim inde tempore opes imperii quam maxime infringi coeperunt et diminui. Altera pars uno libro abſolvitur, rerumque ſub Muhammede IV, Solimano II (III), Achmede II, Muſtapha II, Achmede III geſtarum hiſtoriam exponit. In hiſtoria conficienda non optimae ſolum inter Turcos et Perſas notae ſcriptoribus uſus eſt, ſed et ex relatu virorum uſu et experientia praeditorum, item ex chartis et monimentis authenticis, quorum haud exiguum numerum comparaverat, plurima

plurima intexuit. A Chriſtianis contra hiſtoricis proficere aut quicquam in commentarios ſuos transſumere, conſulto noluiſſe videtur, nec ullius facile mentionem fieri ſcriptaque citari reperias, niſi ubi rem vel obſcurius, vel absque idoneis argumentis, vel prorſus falſo, commemoratam in maiorem lucem collocandi, novis firmamentis fulciendi, aut, errore patefacto, in veritatem revocandi, ſuppetebat copia. Dici igitur vix poteſt, quantopere caeterorum ſcriptorum, qui in eodem argumento illuſtrando Cantemirium praeiverunt, lucubrationibus opus hocce antecellat. Praeterquam enim quod plurima nomina propria, ob orientalium linguarum ignorationem miſere depravata, emendatius legantur; in rebus geſtis enumerandis temporum ordo haud perfecte quidem, tamen melius ſervetur; de conſiliorum arcanis rerumque actarum cauſſis certiora ſuppeditentur; dignitatum atque officiorum, cum militarium, tum civilium, clarior notitia praebeatur, et quae ſunt plura huiusmodi: tum innumera alia proferuntur prorſus nova, praecipue ratione rerum civilium imperiique adminiſtrationis. Praeter ea, quae *Reiskius* in Prodidagmatibus nimis acriter, ut nobis quidem videtur, arguit, diſplicet partium ſtudium, quo auctor, Turcis nimium inimicus, paſſim laborat. In rebus geographicis, hiſtoricis etiam, paſſim titubat. Inter operis vitia neſcimus, an laudes, referendum ſit, a continenti et perpetua lectione tam crebro avocari lectorem, atque ad ſubiectas contextui annotationes remitti: cuius tamen interpellationis moleſtiam abunde compenſant digreſſiones, quanto longiores, tanto plerumque lectu digniores atque iucundiores.

Cf. *Nova Acta Erud.* a. 1738. p. 97—105.

le Guignes. Multa, ex parte nova, de Turcarum origine primisque dynaſtiis, e MStis Sinenſibus aliisque orientalibus, in bibliotheca regia Pariſina aſſervatis, eruit ac cum republica litteraria largiter communicavit IOSEPHUS DE GUIGNES, interpres regius linguarum orient. Prof. linguae Syriacae Pariſ. ſociusque acad. inſcript. et litterarum elegantiorum, in opere, de quo alibi fuſius agetur, immortali: *Hiſtoire générale des Huns, des Turcs, des Mogols, et des autres Tartares occidentaux etc.* (à Paris 1756—1758. V Voll. in 4. *Theotiſce* a *Ioh. Carolo Daehnert*, Gryphiswaldiae 1768 — 1771. V Voll. in 4.) volumine potiſſimum primo p. 489 ſqq. verſ. Theot.

de la Croix. DE LA CROIX (*Monachi Auguſtini, Profeſſoris Neapolitani* . . . .) *Abrégé chronologique de l'hiſtoire Ottomane.* à Paris 1768. II Voll. in 8. *Theotiſce*, cum emendationibus et additamentis interpretis, *Ioh. Chriſtoph. Frid. Schulzii*, Profeſſoris linguarum orient. et graecae Gieſsenſis, *Lipſ.* 1769—1772. (Exempla operis etiam ſunt, quorum tria volumina annum 1772 prae ſe ferunt.) III Voll. in 8 mai. — Ordine chronologico eaque ratione, qua *Henaultus*, hiſtoriae Francicae cultor dexterrimus, primum uſus fuit, *de la Croix* enarrat potiſſimum Osmanorum res bellicas, inſertis tamen hinc inde iis, quae res in pace geſtas, leges, mores, ritus ac caerimonias illuſtrant. Ita hiſtoria imperatorum ab Osmano I usque ad Muhammedem V (ſ. potius Mahhmudem I. a. 1730) traditur. Introductio in hanc hiſtoriam ex opere Deguigneſiano, modo laudato, hauſta eſt. In hiſtoria ipſa auctor duces ſequitur potiſſimum *Sagredum*, *Knolleſium*, *Rigaltium* et *Cantemirium*. Nova hic fruſtra quaeſiveris. Adiecta ſunt calcibus voluminum hiſtoriae populorum aliorum Aſiaticorum, cum Osmanis cognatorum,

torum, v. c. Tatarorum, Perſarum quoque, et Soldanorum Aegyptiacorum, adeoque Polonorum, Ungrorum, Bohemorum ac Ruſſorum, breviter quidem, et ex fontibus turbidis, ex hiſtoria univerſali Anglica in primis, hauſtae, ideoque errorum et ineptiarum plenae. Multa huius generis interpres Theotiſcus exſtirpavit, aliisque modis verſionem praeſtantiorem reddidit archetypo. Non ſolum enim interpretis officiis probe functus eſt, ſed etiam auctorem multis in locis errantem in viam reduxit rectam, additamentis nonnullis, pluribus vellemus; hiſtoriam auxit, recentiorem hiſtoriam usque ad finem imperii Muſtaphae III, breviſſime licet, nullisque teſtibus laudatis, addidit; hiſtoriam Ruſſiae, ab auctore vitioſiſſime narratam, ducibus *Schloezero* et *Lomonoſoffio*, mutavit melioremque expoſuit, atque orthographiam vocabulorum nominumque orientalium, a Francogallo plane neglectam, ita, ut Arabes ac Turci ſolent, ſecutus eſt. Parti ſecundae appoſuit mappam imperii Osmanici geographicam, e Comitis *Marſigli* opere, paullo inferius recenſendo, deſumtam, paſſim tamen emendatam et mutatam. Haud pauca igitur *Schulzius* praeſtitit, plura, ut confidimus, praeſtiturus, ſi nunc Francogallo opem ferre deberet. Forte hoc fieri poterit, ſi nova operis editio curanda eſſet.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1769. p. 562 ſqq. a. 1770. *Zugabe* p. 33 ſq. p. 313 ſq. a. 1773. p. 68 ſq. *Allgem. teut. Bibl.* T. XV. p. 103 — 119. T. XVII. p. 288 ſq.

MIGNOT, *Abbé de Scellieres, Conſeiller honoraire au Grand-Conſeil, Hiſtoire de l'Empire Ottoman, dépuis ſon origine juſqu' à la paix de Belgrade* a. 1740. à Paris 1771. IV Voll. in 12 mai. aut uno volumine in 4. *Theotiſce* a *Ioh. Godofredo Wachsmuth,* Mignot.

muth, Archidiacono Kembergenſi, *Mitau.* et *Lipſ.* 1774. III Voll. in 8 mai. — Osmanorum hiſtoria hoc opere nec luce clariore affuſa, nec novis repertis documentis aut relationibus incrementa cepit. Licet enim auctor glorietur, ſe, Orientis linguas ignorantem, a *Cardonnio*, quem ſupra laudavimus, adiutum, verſiones codicum manu ſcriptorum orientalium e bibliotheca regia Pariſina ante oculos habuiſſe, a Barone *de Tott*, CPoli diu verſante, varia hucusque ignota accepiſſe; ſibique ex archivo regio relationes legatorum Francicorum in aula Turcica per ducentos abhinc annos verſantium communicatas fuiſſe: fruſtra tamen, ſi excipias aulae Osmanicae artes, imperium labaſcens ſuſtentandi, temporibus recentioribus cultas, nova inauditave quaeres; nihil, quod non antea iam a Rigaltio, Cantemirio aliisque, a *de la Croix* adhibitis, dictum fuerit; adeoque plurima iſta, quibus Francogallus magniloquus ſuperbit, vana ſunt fictaque, lectoribusque incautis oculos adimunt. Interpres Theotiſcus, ante quam ſe ad laborem ingratum accingeret, comparare debuiſſet librum cum prioribus, et a propoſito profecto tunc ſe abſtinuiſſet.

Cf. *Allg. teut. Bibl.* T. XXVI. 545—552.

Guthrie et Heyne. Digna etiam eſt, quae conſulatur, hiſtoria Osmanorum, inſerta operi ſaepius a nobis citato: GUTHRIE etc. *Allgemeine Weltgeſchichte*, nimirum ſecundum verſionem Theotiſcam, a C. G. HEYNIO emendationibus et additamentis cultam. Ineſt vero parti II voluminis VII. (*Lipſ.* 1772. 8.)

d'Anville. D'ANVILLE *Empire Turc conſidéré dans ſon établiſſement et dans ſes accroiſſemens ſucceſſifs.* à Paris 1772. 8. *Theotiſce* a *C. F. Hugo*, cum annotationibus et additamentis *Antonii Frid. Büſching.* Berol.

Berol. 1773. 8. — Auctor more ſolito, i. e. accurate, oſtendit, quibus rationibus ac temporibus imperium Osmanorum ſenſim incrementa ceperit, ſeu potius fines ſuos dilataverit. Inde hiſtoriam Sultanorum eo ſolum ſcopo perluſtrat, quantum ſcilicet novas terras occupaverint easque veteribus addiderint; ad annum quidem 1739, quo pax Belgradenſis ſancita. Ita libellus brevis quaſi epitome hiſtoriae Turcicae eſt, non pueris quidem ſcriptus, ſed viris, qui lacunas, quas auctoris peritia in rebus vulgo notis feciſſe videtur, facile explere queant. Additamenta Büſchingiana maximam partem deſumta ſunt e *Niebuhrii* itinerario, *Marſilii* opere de Turcarum re militari, et *Mignoti* hiſtoria modo recenſita.

DIGEON, *Secrétaire-interprete du Roi* (*de France*) *et Correſpondant de l'academie des inſcriptions et belles-lettres*, *Nouveaux contes Turcs et Arabes*, *précédés d'un abrégé chronologique de l'hiſtoire de la maiſon Ottomane et du gouvernement de l'Egypte*, *et ſuivis de pluſieurs morceaux de poëſie et de proſe*, *traduits de l'Arabe et du Turc.* à Paris 1781. II Voll. in 12 mai. — Epitome, cuius epigraphe operis meminit, e MSto Arabico in ſermonem Francogallicum verſa dicitur. De auctore interpres plane nil refert, ne quidem nomen eius. Utrum hiſtoria Osmanorum novam inde acceperit lucem, an non, dicere non habemus, cum libri notitia nobis ſolum patet ex ephemeridibus Gallicis: *Journal encyclopédique.* a. 1781. T. V. P. III. p. 464 ſqq. Digeon.

2. *Scriptores ſpeciales.*

Acta Mechmeti I, Saracenorum principis; genealogia ſucceſſorum eius, usque ad Mechmet III. Vaticinia Severi et Leonis imperatorum, interitum regni Acta Mechmeti I etc.

regni Turcici praedicentia. Cum iconibus *Ioh. Theod. de Bry*. Francof. 1597. 4.

Codja Effendi. *Hiſtoire du regne du Sultan Orchan, ſecond empereur des Turcs, écrite en langue Turque par* CODJA EFFENDI, *et traduite en Anglois par* Will. Scamon. *à Londres* 1652. 12.

Maumetis epiſt. Epiſtolae MAUMETIS (Muhammedis II) Turcarum Imperatoris elegantiſſime multa prudentia acrimonia referte (*Lipſ*. 1488. 4.) (ibid. 1498. 4.). Alia editio in 4. ſine anni mentione prodiit hoc titulo: *Laudinii*, Equitis Hieroſolimitani, ad Francinum Beltrandum Comitem in Epiſtolas Magni Turci Praefatio. In fine leguntur haec verba: Epiſtolae Magni Turci finiunt, a Laudino Equite Hieroſolimitano editae, G. F. T. (*Gerardus Flander Tarviſii*). Anno 1510 prodierunt *Symmachi* Conſ. Rom. Epiſtolae familiares; item *Laudini*, equitis Hieroſolymitani, in epiſtolas Turci magni traductio. *Argent*. ex officina Ioannis Schotti, impenſis Georgii Maxilli, in 4. Anno autem 1549 haec collectio: Epiſtolarum *Symmachi* Lib. II. Divi *Ambroſii* Epiſtolae in Symmachum II. et Epiſtolae *Magni Turci* a *Laudino* Equ. Hier. Lat. redditae. *Baſil*. ex officina Frobenii, in 8. Exſtat etiam editio *Marpurg. Cattorum* 1604. 8. Easdem epiſtolas edidit M. *Ioh. Auguſtin. Egenolfus* hoc titulo: Magni Turci i. e. MAHOMETI Secundi, Turcarum Imperatoris, Epiſtolae, in gratiam ſtudioſae iuventutis, cum brevibus notis, et diverſis lectionibus. Anno MDCLXXX denuo editae. *Dresdae* in 8. (pp. 71). Recentior Egenolfiana eiusmodi prodiit titulo: Epiſtolae MAHOMETIS, Turcarum Imperatoris, elegantiſſimae, multa prudentia acrimoniaque refertae. Accedunt vita Mahometis, brevis item hiſtoria de imperatoribus Conſtantinopolitanis, tyrannis Turcicis, regibusque Hungariae, et alia.

alia, quorum index in fine ſubiectus, cura et ſtudio *Simonis Goebelii* Romhildenſis. *Francof. et Lipſ.* 1690. 12. — *Gilbertus Cognatus* illas inſeruit *Epiſtolarum Laconicarum atque ſelectarum farragini* primae, quae *Baſil.* ex officina Io. Oporini 1554 in 16 prodiit. Habemus etiam *Laconicarum Epiſtolarum theſaurum bipartitum opera* M. Ioannis Buchleri a Gladbach *collectum et digeſtum*, Colon. 1606. 12, in quo reperiuntur Magni Turci epiſtolae p. 623 — 651. In ſermonem Italicum converſae exſtant hac epigraphe: *Lettere del gran Mahumeto II. Imper. de Turchi, ſcritte à diverſi Rè, Principi, Signori e Republiche, con le riſpoſte loro, ridotte nella volgar lingua da* Lodovico Dolce; *inſieme con le lettere di* Falaride, *Tiranno degli Agrigentini, tradotte dal Greco dal medeſimo.* In Venezia 1563. 8. — Larga haec editionum ſeges probat, olim has epiſtolas re vera a Muhammede II ſcriptas fuiſſe creditas: ſed recentiores cenſores illas ſuppoſititias, et a quodam exercitii cauſſa ſermone ſtatim Latino conſcriptas fuiſſe recte exiſtimant.

Cf. (GOETZII) *Merkwürd. der königl. Bibl. zu Dresden* T. I. p. 463.
FREYTAGII Apparat. litter. T. I. p. 188 ſqq.

FERRANTE CARACCIOLI *Conte* DI BICCARI *Commentari delle guerre fatte co' Turchi da Don Giovanni d'Auſtria.* Fiorenza 1581. 4. Caraccioli.

CESARE CAMPANA *Compendio iſtorico delle guerre ſucceſſe tra Chriſtiani e Turchi e Turchi e Perſiani ſin' all' anno 1597.* Venezia 1597. 4. Campana.

Hiſtoire du regne de Mahomet II, Empereur des Turcs par lè Sieur GUILLET. à Paris 1681. II Tomi in 12. — Auctor diviſit opuſculum in libros VII. Incipit ab ortu Muhammedis huius, qui incidit in annum Chr. 1430, finitque anno 1481, quo flagellum hoc Aſiae atque Europae, in medio victoriarum Guillet.

riarum curſu, fato ſuo ſuccubuit. Stilo ſat eleganti, commodo ordine, ſententiisque opportunis uſus eſt Francogallus: ne tamen credas, omnem eius narrationem firmis niti fundamentis hiſtoricis.

de Rocoles. *La Vie du Sultan Gemes, frere unique de Bajazet II, Empereur des Turcs par le Sieur* I. B. DE ROCOLES. à Leide 1683. 12. — Turci illius, ſive Gemis, ſive Zizimi, aut aliud nomen habuit, crudelitatem fratris fugientis, ſed ab Alexandro VI Pontifice, aere Turcico corrupto, veneno ſublati, multi illorum temporum ſcriptores meminerunt. Excerpſit et examinavit illa Rocolius, additisque ingenioſis digreſſionibus, commentarii hiſtorici modum implevit, in argumento fere ſterili.

Guazzo. MARCO GUAZZO *Hiſtoria delle guerre di Mahometo con la Signoria di Venetia, con il Re di Perſia, il Re di Napoli Ferdinando, l'aſſedio di Rodi; con la guerre di Bajazet fatte con il Carabogdan.* Venet. 1545. 8.

Folieta. UBERTI FOLIETAE de ſacro foedere in Selimum libri quatuor. Eiusdem variae expeditiones in Africam, cum obſidione Melitenſi. Accedit index copioſiſſimus rerum memorabilium. *Genuae* 1587. 4. Exſtat etiam in *Graevii* Theſ. Ital. T. I. p. 937 — 1176. Liber in linguam Italicam a *Iulio Guaſtavini* converſus prodiit *Genuae* 1598. 4. — Philippi, Hiſpaniarum regis, nomine Paulſus frater, poſt Uberti mortem, opuſculum, caſte et pulchre ſcriptum, in lucem emiſit.

Cf. FREYTAGII Anal. p. 343.

Ancillon. *Hiſtoire de la Vie de Soliman Second, Empereur des Turcs par* CHARLES ANCILLON, *Conſeiller d'Ambaſſade de Sa Maj. le Roy de Pruſſe, et Juge ſupérieur des François qui ſont dans ſon Royaume et dans ſes autres Etats* († 1715). à Rotterdam 1706. 8. —

E mul-

E multis variorum ſcriptorum relationibus Ancillonius opuſculum concinnavit. Multa ibi memoratu digna occurrunt, nec ſine quadam animi delectatione legi poſſunt, quae de Solimani iteratis adverſus Ungaros, Rhodios, Perſas atque Armenos expeditionibus, de perpetua inter Solimanum et Carolum V Imp. aemulatione, de foedere Gallorum cum Turcis icto, de funeſtis Solimani cum Roxolana ſerva nuptiis, ac ſubſequentibus inter filios odiis atque bellis internecinis, memoriae prodidit. Poſt bella recenſita ad familiae Solimani deſcriptionem progreditur auctor, cuius tragica diligenter collegit, additis inſuper ſatraparum ac purpuratorum in aula Osmanica caſibus, et admixtis nonnunquam, modo Imperatoris ipſius, modo aliorum quoque ſalſiſſimis ſapientiſſimisve dicteriis. In praefatione, quae dimidiam opuſculi partem ferme conſtituit, de elogiis virorum illuſtrium in Thuani opere immortali exſtantibus aliisque de rebus fuſe diſſerit.

Cf. *Acta Erud.* a. 1706. p. 206 ſqq.

ANDREAE A LACUNA rerum prodigioſarum, quae in urbe Conſtantinopoli et in aliis ei finitimis acciderunt a. 1542 narratio. *Antverp.* 1543.... a Lacuna.

NICOLAI A MOFFAN, *Burgundi*, Deſcriptio parricidii Soltani Solymanni (II) in proprium filium (natu maximum Soltanum Muſtapham, a. 1553) patratum. *Baſil.* ap. Oporinum 1555. 8.; et in editione Vitebergenſi libri de origine Turcorum (1562) infra recenſendae, in calce adiecta. In bibliotheca hiſtorica Struvio-Buderiana p. 210 auctor libelli appellatur *Nicolaus a Maſſau.* Diu hercle! haeſimus in hoc nomine; aliorſum enim nulla eius mentio ſeu notitia occurrerat. Inſpeximus primam bibliothecae hiſtoricae editionem a. 1705 curatam ibidem- a Moffan.

ibidemque etiam in conſpectum noſtrum venit *Nicolaus* iſte *a Maſſau*. Poſtquam multum temporis perdideramus in huius ſcriptoris, omnibus, quos conſulere licuit, bibliographis ignotiſſimi, inveſtigatione, adivimus cl. *Schwarzium*, Altdorfinum, qui felicior tandem detexit, nomen *Maſſau* a typographi et correctoris negligentia originem traxiſſe, atque pro humanitate ſua nobiscum notitiam exhibitam communicavit. Idem monuit, in bibliothecae hiſtoricae editionibus annum impreſſionis 1535 falſum atque legendum eſſe 1555. Addimus inſuper, a viro iſto doctiſſimo admoniti, in *Iſrael. Spachii* Nomenclatore ſcriptorum philoſophicorum atque philologicorum (*Argent.* 1598. 8.) p. 552 nomen ſcriptoris iſtius alio modo corruptum apparere, *Maſſan* nimirum ibi expreſſum. Caeterum omnis iſta narratio XXVIII tantum complet pagellas.

Devize. DEVIZE *Hiſtoire de Mahomet IV depoſſedé.* à Amſterd. 1688 II Voll. in 12.

Balthaſar. PAUL CONRAD BALTHASARS *Türkey, von dem erſten Ottomanno an bis auf Kaiſer Mahomed IV.* Nürnberg 1678. 12.

Hiſt. des Emp. Ott. *Hiſtoire des Empereurs Ottomans, contenant tout ce qui s'eſt paſſé de plus remarquable ſous leurs regnes, particulierement ſous celui de Mahomet IV depoſſedé; où l'on voit le detail de la guerre de Hongrie; les conquetes des Venitiens, et les entrepriſes des Polonois et des Moſcovites.* à Bruxelles 1689. 12 mai.

Flore hiſtorico etc. *Floro hiſtorico de la guerra movida por el Sultan de los Turcos Mehemet IV contra el Auguſtiſſ. Leopoldo I Emperador de Romanos el anno 1683, traduzido de Italiano en Caſtellano por* D. Fr. Fabro Bremundan. Madrid 1684 ſqq. V Voll. in 4. De hoc opere rariſſimo nil nobis innoteſcit praeter titulum, a *Freytagio* in Anal. p. 154 exhibitum.

Vita

Vita del P. M. F. Domenico de di S. Tomaſo detto primo Sultan Oſman, Ottomanno, figlio d'Ibraim Imp. di Turchi. Libri X, di F. OTTAVIANO BULGARINI (vicario generali congregationis S. Mariae Sanitatis de Neapoli, ordinis Praedicatorum ſ. Dominicanorum). *Napoli* 1689. 4. — Oſmanus iſte infans cum matre Zafira, Ibrahimi concubina, navi vectus ab equitibus Melitenſibus captus, religioni Chriſtianae adſcriptus, iuvenis ordini Praedicatorum ſe addixit, anno 1676 Prior ac Vicarius generalis monaſteriorum Melitenſium ſui ordinis mortuus eſt a. 1676. Praeter narrationem de rebus geſtis huius Oſmani Bulgarinus inſeruit plurimas epiſtolas ab eodem, aut de eo ad eundem ſcriptas, itemque digreſſiones de ſerie omnium imperatorum Turcicorum, de bello Cretenſi, de morte Ibraimi et Muhammedis Kiuprili, magni Vizirii, de conventu S. Mariae Sanitatis Neapolitano, aliisque id genus rebus. Bulgarini.

Cf. *Acta Erud.* a. 1690. p. 601 ſqq.

Hiſtoire des grands Vizirs Mahomet Coprogli Pacha et Achmet Coprogli Pacha; celle des trois derniers grands Seigneurs; de leurs Sultanes et principales favorites; avec les plus ſecrettes intrigues du Serrail et pluſieurs autres particularités des guerres de Dalmatie, Tranſylvanie, Hongrie, Candie et Pologne: avec le plan de la bataille de Cotzchin. à Amſterd. 1676. 12 mai. Dedicationi ſubſcriptum nomen auctoris DE CHASSEPOL. *Italice* librum reddidit *Gomes Fontana.* Venet. 1683. 12 mai. Chaſſepol.

Anecdotes ou Hiſtoire ſecrete de la maiſon Ottomane. à Amſterd. 1722. II Voll. in 12. Verſio Itala, multo auctior archetypo, prodiit hac inſcriptione: *Anecdoti, oſſia la Storia ſegreta dello Famiglia Ottomana tradotta dal Franceſe, diviſa in X libri, de'* Anecdotes etc.

quali il IX e X ſono del Traduttore, e contengono gli avvenimenti più rimarchevoli del Regno di Muſtafa II, e di Achmet III, con le ultime guerre d'Ungheria, e della Morea, e con le ſanguinoſe rivoluzioni dell' Imperio della Perſia ſino all' anno 1727. Premeſſa la relazione del Serraglio del Gran Signore, e della Città di Conſtantinopoli. Napoli 1729. 4. — Sunt vera mixta fictis, temporis fallendi cauſſa magis, quam animum recte inſtruendi conſcripta.

de la Magdeleine. *Le Miroir Ottoman, avec un ſuccint recit de tout ce qui s'eſt paſſé de conſiderable pendant la guerre des Turcs en Pologne juſqu'en 1676; par le Comte* DE LA MAGDELEINE. à Baſle 1677. 8.

Cara Muſtapha etc. *Cara Muſtapha, grand Viſir, hiſtoire contenant ſon elevation, ſes amours dans le Serail, ſes divers emplois, le vray ſujet qui lui a fait entreprendre le ſiege de Vienne, et les particularités de ſa mort* à Paris 1684. 12.

Relation etc. *Relation des deux Rebellions arrivées à Conſtantinople en 1730 et 1731, dans la depoſition d'Achmet III et l'elevation au trone de Mahomet V, compoſée ſur des Mémoires originaux reçus de Conſtantinople.* à la Haye 1737. 8.; et in A. F. Büſchings *Magazin für die neue Hiſtorie und Geographie* (1771). P. VI. p. 1—46.

Dadich. Comitis FRANCISCI DADICH (olim Principibus Valachiae et Moldaviae ab epiſtolis, Venetiis forte adhuc degentis) *Denkwürdigkeiten von Conſtantinopel vom Jahr 1710 bis auf das Jahr 1751* in I. C. Gattereri *Allgem. hiſt. Bibl.* T. IX. p. 278—288. T. XI. p. 265—286. T. XII. p. 221—276 T. XIII. p. 227—284. T. XIV. p. 247—284 T. XV. p. 255—284. T. XVI. p. 195—248. — Permulta de hiſtoria ſtatuque politico regni Turcici per priorem ſaeculi noſtri dimidiam partem referuntur, quae alibi fruſtra quaeſiveris. Plurimarum

tum rerum hic expoſitarum auctor ipſe teſtis fuit oculatus.

Plures etiam libri exſtant, in quibus bella Osmanorum cum aliis gentibus narrantur, quorum mentio fiet, ubi iſtarum gentium hiſtoriae ſcriptores recenſebimus. THOMAE MINADOI *Iſtoria della guerra fra Turchi e Perſiani* ſupra Vol. I. P. II. p. 51 iam a nobis memorata. Verſio, cuius notitia ibidem nos latuit, Theotiſca prodiit *Francof. ad Moen.* 1592. fol.

SECTIO III.

Scriptores de imperii Osmanici ſtatu politico, religioſo et domeſtico.

Praeter libros libelloſque nonnullos, duabus ſectionibus ſuperioribus recenſitos, itineraria in primis legatorumque Chriſtianorum relationes, hic ſigillatim in cenſum veniunt ſequentes.

Libellus de vita et moribus Turcarum, ante XX annos editus, cum praefatione Martini Lutheri. *Viteb.* 1530. Libellus etc.

PHILIPPI CALLIMACHI *Experientis* (*gente Etruſci, poſtea in Polonia commorati, Cracoviaeque mortui* 1496) Oratio de bello Turcis inferendo, habita ad Innocentium VIII P. R. a. 1486, ut illum ad ineundum cum rege Poloniae contra Turcas foedus excitaret. Primum prodiit cum eiusdem hiſtoria de his, quae a Venetis tentata ſunt, Perſis ac Tartaris contra Turcos movendis, *Hagenoae*, ex officina Seceriana 1533. 4. Nic. Gerbelius taram hanc editionem curavit. Acceſſit poſtea *Petri Bizari* collectioni ſcriptorum rerum Perſicarum, Vol. I. P. II. p. 51. a nobis recenſitae. Oratio Callimachus.

 quidem

quidem eſt, ſed mere hiſtorica, de ſtatu imperii Osmanici, qualis ante CCCC annos fuerit.

Cf. FREYTAGII Apparat. litt. T. I. p. 463 ſq.

Geuffroy. F. A(NTON) GEUFFROY *Briefve deſcriptio de la Court du Grand Turc.* à Paris 1542. 8. Prima haec editio inſcio auctore a *Guil. Quinonio* curata errorum typographicorum plena eſt. Quapropter auctor ipſe correctiorem exhibuit *Pariſ.* 1543. 8. Recuſa *ibid.* 1546. 8. *Guil. Godelevaeus* librum Latine reddidit *Baſil.* 1573. 8. Cuius editionis epigraphe: *Aulae Turcicae Othomanicique imperii deſcriptio, qua Turcarum palatina officia, mores, ſecta item Mahometicae imperiorumque ex ea prodeuntium ſtatus, luculenter enarrantur* etc. Acceſſerunt, tamquam altera pars, tria PETRI BIZARI ſcripta, de quibus alibi. Male Geufraei opuſculum tribuitur Bizaro in Bibl. Struvio-Buder. p. 213. Novam verſionem Latinam elaboravit *Nicolaus Honiger* (ſ. *Honinger* ſ. *Hoeniger*, varie enim ſcribitur) Koenigshoſa-Francus, eamque etiam Baſil. typis imprimi curavit 1577. 8. Cum aliis opuſculis ſimilis argumenti contra Turcas conſcriptis, v. c. a *Beſſarione*, *Aenea Sylvio*, *Ioan. Aventino*, et *Bizaro* bello Cyprio, bello Pannonico, et epitome rerum a. 1564 usque ad 1573 geſtarum, Geufraei liber coniunctim editus hoc titulo: *Aula Turcica*, *Baſ.* 1577. Voll. II. in 8. Volumen alterum ab Honigero compilatum tradit hiſtoriam bellorum Turcorum, imperatoribus Solimano II et Selimo II a. 1520 usque ad 1577 geſtorum. Idem Honigerus utramque huius Aulae Turcicae partem Theotiſce reddidit, eamque hac epigraphe edidit: *Hofhaltung des Türkiſchen Kaiſers*, Baſil. 1596. II Voll. in fol. min. — Quod Geufraeum attinet, eques fuit ordinis S. Iohannis, diu inter Osmanos verſatus.

Cf. *Hamburg. Bibl. hiſt.* Cent. III. p. 146 ſqq.

MEN

MENAVINO *Trattato de' coſtumi e vita de Turchi* (1548) ſupra ſectione huius capitis prima commemoratus. Menavino.

THEODORO SPANDUGINO (Monachi Graeci ſeculi XV) *Origine e coſtumi de Turchi.* Firenza 1551. 8. Legitur quoque in *Sanſovini* opere, ſectione ſecunda huius capitis laudato. Spandugi-nus.

GUIL. POSTELL *de la Republique des Turcs, et là où l'occaſion s'offera, des moeurs et loy de tous les Muhamediſtes.* à Poitiers 1552. 4. ibid. 1560. 4. Liber a bibliographis appellatur rariſſimus et pauciſſimis cognitus. Poſtell.

BARTHOLOMAEI GEORGIEVIZ (*Hungari*, Palaeſtinam religionis cauſſa luſtrantis, annisque XIII apud Turcas ſervitutem paſſi † . . . .) de origine imperii Turcorum, eorumque adminiſtratione et diſciplina. *Romae* 1552. 8. *Lugd.* 1555. 12. ibid. 1558. 12. cum praef. *Phil. Melanchtonis*, *Viteb.* 1562. 8. *Pariſ.* 1568. 8. *Genevae* 1598. 16. *ibid.* 1629. 12. (vel ſi mavis in 8 formae minimae. Haec editio ita eſt inſcripta: De Turcarum moribus epitome.) *Helmſt.* 1671. 4. Integer liber etiam inſertus eſt Tomo III collectionis, a Bibliandro curatae atque ſupra a nobis recenſitae. *Freytagius* loco mox laudando ait: „Verſio ſine dubio libri *Teutonica* eſt, quae hunc praefixum habet titulum: Bartholomaei Georgiewiz *Türkenbüchlein, darinnen der Türkiſchen Keyſer Namen, Empter, Leben, Sitten und Tyranney in ihrem Reich erzehlet werden, darauſz zu ſehen, wie einträchtig ſie beyſammen halten, alle diejenigen auszurotten, und zu demffen, die ſich für gliedmaſs des Herrn Chriſti bekennen. Jetzt verteutſcht aus dem Latein.* Zerbſt 1583. 8. Si libri, quem deſcripſimus, verſio eſt, titulus admodum abſurdus improvidum lectorem adducere poteſt, ut omnium imperatorum Turcicorum ſeriem et Georgie-viz.

hiſtoriam in illo inveniri ſibi perſuadere queat.“ Argumentum libri, breviter nunc recenſendum, confirmat Freytagii aſſertum. Capite nimirum primo agitur de Turcarum ritu et caerimoniis. Cap. II exponitur, quomodo Chriſtiani in bello a Turcis capti diſtrahantur et tractentur; agitur etiam de Graecorum et Armeniorum pietate erga captivos, de tributis Chriſtianorum etc. Inſeruit hoc caput *Phil. Lonicerus* Chronicis Turcicis T. I. L. III. fol. 106 b. ſqq. Illud praeterea *Gallice* et *Theotiſce* editum eſſe ſeorſum, intelligitur e Th. Hyde Catalogo bibl. Bodleianae T. I. p. 285. Cap. III de Chriſtianorum cladibus et calamitatibus; additur de Turcarum ad fidem Chriſti converſione vaticinium infidelium, lingua Turcica cum interpretatione Latina, et commentario, quo ſingula vocabula Turcica paullo fuſius explicantur In *Loniceri* Chron. Turc. hoc caput legitur l. c. p. 104 b. ſqq. et in *Nic. Reuſneri* ſelectiſſ. orat. e conſultat. de bello Turcico T. I. p. 349 ſqq. Subiectum etiam a *Nic. Homigero Antonii Geufrai* aulae Turcicae parti I. Cap. IV invenitur narratio diſputationis, quam auctor cum Turca, legi perito, Varadini de nonnullis religionis Chriſtiana dogmatibus inſtituit. Addita eſt Dominica oratio lingua Turcica, cum interpretatione Latina, quam a Turca rogatus, illum docuit. Diſputationem cum Turca inſeruit *Hoeniger* l. c. Cap. V exſta deploratio cladis Chriſtianorum ad Principes Chriſtianos. Inſeruit illam quidem *Lonicerus* et *Reuſnerus* ll. cc., ſed multis in locis mutatam et truncatam. In cap. VI legitur exhortatio contra Turca ad Principes Chriſtianos, quam *Lonicerus* exhibet in nonnullis locis mutilatam fol. 111 b. ſqq., pleniorem *Reuſnerus* l. c. p. 200 ſqq. In fine capitis V occurrit oratio Dominica, Arabico ſermone, cum

ve

verſione Latina. — Editioni Vitebergenſi (1562) adiecta inſuper eſt *Nicolai à Moſſan* Soltani Solymanni Turcarum Imp. horrendum facinus etc. ſupra recenſitum.

Cf. FREYTAGII Apparat. litter. T. III. p. 257—267.

VASCO DIAZ TANCO (alias CLAVEDAN DEL ESTANCO ſ. VIASCO DIAZ DE FREXENAL, peregrinatoris ſaeculi XV famoſi) *Libro dell' origine e ſucceſſione dell' Imperio de' Turchi; tradotto dalla Lingua Spagnuola nella Italiana per il Sig.* Alfonſo di Ulloa. *Vinegia* 1558. 8. Quo anno archetypum prodierit et quaenam ſit ratio libri, indagare nequimus. Tanco.

NICOLAI REUSNERI (*Leoberga - Sileſii, ICti, Rhetoris, Hiſtorici et Philologi, mox Argentinenſis, mox Ienenſis* † 1602) ſelectiſſimarum orationum et conſultationum de bello Turcico variorum et diverſorum auctorum Volumina III, quorum primum prodiit *Lipſiae* 1595, ſecundum *ibid.* 1596, tertium in duas partes diviſum *ibid. eod.* in 4. — Poſt epiſtolam dedicatoriam ad Rudolphum II Imp. uberiorem de cauſſis belli infauſti Chriſtianorum contra Osmanos et de medela huius infortunii, ſequuntur volumine primo orationes et conſultationes ad Caeſares et Principes Ordinésque Imperii in Comitiis Auguſtalibus, inde a Friderico III Imp. usque ad Rudolphum II. Inſerta eſt inde a p. 208 — 224 editoris Germania ad Maximilianum II et Electores S. R. I. de ſtatu adflicto et remediis reſtituendi ſalutem, duabus elegiis. Volumen ſecundum comprehendit eiusmodi orationes ad Pontifices Romanos et ſacrum collegium Cardinalium, aliosque Proceres Italiae. Tertii voluminis pars prima continet conſultationes, quae Reuſner.

apud exteros reges, Francogalliae, Aragoniae, Ungariae, Sueciae, Poloniae, ſunt agitatae: pars autem altera complectitur varia virorum doctorum ſcripta, quae in hanc cauſſam faciunt, veluti Busbequii, Sambuci, Wolfii, et ſimilia. Opus hocce rarioribus adnumeratur.

Cf. (B. G. STRUVII) Bibl. antiqua a. 1706. p. 62–73.

Eiusd. Epiſtolarum Turcicarum variorum et diverſorum authorum Libri XIV. In quibus Epiſtolae de rebus Turcicis ſummorum Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum, aliorumque mundi procerum, iam inde a primordio regni Saracenici et Turcici usque ad haec noſtra tempora leguntur. Ultro citroque a Chriſtianis et Turcis aliisque exteris nationibus ſcriptae. Opus non ſolum lectu iucundum et conſultationi noſtrorum temporum utile, ſed etiam ad cognitionem cum aliarum hiſtoriarum, tum potiſſimum de initiis, progreſſu et incrementis regni Turcici, maxime neceſſarium. *Francof. ad Moen.* 1598. 1599. 1600. 4. — Raritate aeque ac utilitate haec collectio priorem ſuperat.

Soranzo. LAZARO SORANZO *Ottomanno, cioè trattato dell' imperio Turcico.* Ferrara 1598. 4. — Latine, hac epigraphe: Ottomannus LAZARI SORANZI, Patricii Veneti, ſive de rebus Turcicis liber unus, in tres partes diviſus; continens exactiſſimam deſcriptionem non modo potentiae Mahemetis III, Turcarum Imperatoris hodie regnantis, et quo nomine cum aliis principibus obſtrictus, quidve contra Chriſtianos machinetur, quave ratione hi ipſi nocere poſſint, verum etiam plurimorum populorum, regionum, urbium et itinerum, aliarumque rerum ad cognitionem belli, quod nunc in Hun-

Hungaria geritur, neceſſarium. Nunc primum Latio donatus (a *Ioh. Geudero ab Heroltzberga*, Patricio Norimbergenſi). 1600. 12. (Sine loci mentione, qui tamen ex verbis in titulo poſitis: *Excudebat Guil. Antonius*, erui poteſt.) Parum obvia eſt haec editio. Repetita cum duobus opuſculis aliis ab eodem *Geudero* editis hac quidem inſcriptione: Turca *νικητος*: hoc eſt: de Imperio Ottomannico evertendo et bello contra Turcas proſpere gerendo conſilia tria 1) LAZARI SORANZII, quod Ottomannum, ſive de rebus Turcicis, 2) ACHILLIS TRADUCCII, quod Turcam vincibilem inſcribere placuit, 3) Anonymi cuiusd. Diſſ. de ſtatu Imperii Turcici. *Francoſ.* 1601. 8. Exſtat quoque libellus in collectione Conringiana, mox recenſenda. — Auctor in praefatione affirmat, ſe cum multis viris iudicio et experientia rerum praeſtantibus ſaepiſſime iis de rebus contuliſſe, quos recenter iis ex locis veniſſe noverat, neque ſibi ipſi fidiſſe, licet ibidem antehac plurima viderit et obſervaverit. Opuſculum ipſum, lectu utique dignum, tribus partibus abſolvitur; prima de capite, membris et viribus imperii Osmanici agit; ſecunda, de conſiliis Muhammedis III et de cauſſa, origine et progreſſu belli, tunc temporis in Ungaria geſti, ſumto initio a Murade, Muhammedis patre; in tertia parte auctor quaeſtionem diſcutit: *Num Caeſar et Transſylvanus pacem a Turca oblatam acceptare debeat, nec ne?* Omnes tres partes in capita CXIX minuta diſſectae ſunt.

De Luſinga.

RENATI DE LUSINGA, *Domini de Alimes, Sereniſſ. Sabaudiae D. Conſil. et in aula Chriſtianiſſ. Franc. regis legati ordinarii* libri III de incremento, conſervatione et occaſu imperiorum (Turcici inprimis); lingua primum Gallica conſcripti, inde in Italicam ab *Hier. Naſello* (*Ferrarae* 1590. 8.)

converſi (in Latinam a *Iac. Geudero ab Heroltz-berga*). *Norimb.* 1603. 8. *Francof.* 1609. 8.

Dornau. GASPARIS DORNAVII (*Medici, Hiſtorici et Philologi Briega-Liegnitii* † 1632) liber de incrementis dominatus Turcici. *Francof.* 1609. 8.

Sapienza. OTTAVIO SAPIENZA *Nuevo tratado de Turchia, con una deſcrittion de Conſtantinopla.* Madrid 1622. 4.

Montalbanus. IOAN. BAPT. MONTALBANI, *Bononienſis, Philoſ. et I. U. D.* de Turcarum moribus commentarius. *Romae* 1625. 12. Lugd. Bat. 1654. 12. Exſtat etiam in collectione ſequenti. — Libellus lectu ſane iucundus, cuius auctor omnes fere imperii Osmanici res civiles iudicio ſubacto ſtiloque facili deſcribit.

Turcici imp. ſtatus. Turcici imperii ſtatus; item de regno Algeriano et Tunetano. *Lugd. Bat.* ap. Elzevir. 1630. 24. ibid. 1634. 24. Continet haec collectio libellos ſequentes: 1. IOH. BAPT. MONTALBANI rerum Turcicarum commentarius. 2. Imperii Turcici deſcriptio apud HONORIUM. 3. De urbe Conſtantinopoli relatio apud HONORIUM. 4. Turcicum regnum inſuperabile ex eodem HONORIO. 5. HORATII MALAGUZZI de Turcici imperii magnitudine. 6. Ritus ſepeliendi et nubendi ex BUSBEQUIO. 7. De variis monetis, ex LEUNCLAVII Pandectis. 8. De annis, menſibus et diebus. 9. Notitia Beglerbegatuum. 10. De militia Turcarum ex LAZARO SORANZO. 11. Series Imperatorum. 12. Politia regia. 13. De regno Algeriano, ex variis auctoribus. 14. I. BAPT. GRAMMAYE deſcriptio regni Tunetani.

Baudier. MICH. BAUDIER *Hiſtoire du Serail.* à Paris 1633. 4.; et in eiusd. *Hiſtoire de la Cour du Roi de Chine* ....

JOHN

JOHN GREAVES (Mathematici, Hiſtorici et Archaeologi Oxonienſis † 1652) *Deſcription of the Grand Seignor's Seraglio.* London 1653. 8.; et in eiusd. *Miſcellaneous Works*, editis a Th. Birch. *Lond.* 1737. II Voll. in 8. Greaves.

IO. ANDREAE BOSII (Reſpondente *Alhard Hermann Kummen*) Diſcurſus academicus de celeberrimo potentiſſimoque imperio Turcico. *Ienae* 1662. 4. . . . . Tertia vice cum *Wolfg. Drechsleri* Chronico Saraceníco (*Lipſ.* 1689. 8.) ſupra recenſito. — Nimis paene ſubtiliter, paſſim etiam ſiniſtre et iniuſte, de Osmanorum artibus politicis bellicisque diſſeritur. Boſius.

HERMANNI CONRINGII Libri varii de bello contra Turcas prudenter gerendo. *Helmſt.* 1664. 4. Qua collectione ſequentia continentur: 1. LAZARI SORANCII Ottomannus ſ. de imperio Turcico; ex Italico vertit *Iac. Geuderus ab Heroltzberga.* 2. ACHILLIS TARDUCII Turca vincibilis in Ungaria etc. 3. Anonymi cuiusdam diſſertatio de ſtatu imperii Turcici, cuiusmodi ſub Amurathe III fuit, deque eius evertendi modo. 4. A. G. BUSBEQUII Exclamatio ſ. de re militari contra Turcam inſtituenda conſilium. 5. IOH. TARNOVII de bello cum Turcis gerendo diſputatio. 6. LAZARI SUENDII etc. quomodo Turcis ſit reſiſtendum conſilium. 7. FEL. PETANCII libellus de itineribus aggrediendi Turcam. 8. C. FRANCII dolium Diogenis, ſtrepitu ſuo collaborans dynaſtis Chriſtianis, bellum in Turcas parantibus. 9. H. DE TOURENNE de bello Turcico oratio. Conring.

PAUL RYCAUT ſ. RICAUT *Hiſtory of the preſent ſtate of the Ottoman Empire.* London 1666. fol. ibid. 1668. fol. ibid. 1670. fol. ibid. 1675. 8. ibid. 1682. 8. ibid. 1689. 8. Omnes cum figg. aen. (Plures editiones forte exſtant.) *Francogallice* a Rycaut ſ. Ricaut.

Briotio

Briotio Pariſ. 1670. 4. et 12. *Amſterd.* 1671. 12. (Editio in forma quarta rara, eaque pulchrior et ſplendidior, magni aeſtimatur ob figuras ſcitiſſime in aes inciſas a *Sebaſtiano le Clere*, artifice celeberrimo.) Alia verſio Francogallica *Beſpierii* cum annotationibus variis edita à *Rouen* 1677. II Voll. in 12. Optima tamen Briotii eſt verſio, Beſpierii vero obſervationes commendant, quibus nimirum plura momenta, a Rigaltio obiter tractata, copioſius illuſtrantur. E Briotii verſione nata eſt *Itala* per *Conſtantinum Belli*, Bologna 1674. 12. Venet. 1677. 4. *Belgica* quoque exſtat a I. H. *Glazemaker* elaborata *Amſterd.* 1670. 4. *Theotiſce* in *Diarii Europaei* continuatione XXI. a. 1671; et in volumine priore operis ita inſcripti: *Die neu eröffnete Ottomanniſche Pforte* (Aug. Vindel. 1694. fol.). Alii etiam ſcriptores, v. c. Sagredo, in hoc opere compilando in conſilium vocati. — De Rigaltii αὐτοψίᾳ ac fide ſupra, cum de eius continuatione operis Knolleſiani ſermo eſſet, mentionem iniecimus. Omnes, quos hucusque recenſuimus, ſcriptores Rigaltius ſuperat ἀκριβείᾳ et veritate; multi etiam poſteriores, recentiores adeo, qui de Osmanorum ſtatu politico, religioſo ac militari retulerunt, ex eius opere tripartito hauſere.

Cf. LUEDEKE l. c. T. II. p. 166 ſqq.

Nagius. IACOBI NAGII DE HARSANY Colloquia Turcico-Latina ſ. ſtatus Turcicus loquens. *Coloniae Brandeb.* 1672. 8. — *Alexius Horányi* in Memoriis Hungarorum T. II. p. 675. ita de hoc ſcriptore: „Nobilis Hungarus. Varadienſi in Collegio dum ſtuderet, Michaelem I Apaffium, Tranſilvaniae poſtea Principem, praeſtantibus diſciplinis erudivit. Poſt perluſtratas dein Germaniae et Belgii Academias, laudato in Collegio Profeſſor eſt

eſt conſtitutus, munereque hoc ad annum usque 1651 functus eſt. Inde Hungaria relicta, petiit Berolinum, ubi ob linguae Turcicae, in qua eum Georgius II Rakoczius quondam erudiendum curaverat, notitiam a Friderico *Boruſſiae Duce*, orientalium commerciorum notarius, poſtea et Conſilii membrum creatus, magna in celebritate vixit. Edidit *Colloquia familiaria Turcico-Latina*, ſeu ſtatum (*Turcicum*) loquentem. In hoc opere, quod Coloniae Brandeb. MDCXXII. (lege MDCLXXII.) 8. prodiit, inſignis iudicii acrimonia elucet.“ Argumentum libelli, alias nobis plane ignoti, tacet Horanyus.

THOMAE SMITH Epiſtolae quatuor, II de moribus ac inſtitutis Turcarum, II de eccleſiis Aſiae et Conſtantinopolitanis. *Oxon.* 1674. 8. Smith.

MICHEL LE FEBURE *Theatre de la Turquie.* à Paris 1675. 12mai. ibid. 1682. 4. ibid. 1686. 4. *Italice*, Venet. 1684. 4. — Auctor, octodecim annis in regionibus Turcicis verſatus, in hoc libro, praeter Turcarum originem, horum mores, regimen, religionem, potentiam, provincias, reditus et ſimilia accurate deſcribit, atque imperii naevos et defectus notat, multisque rationibus Galliarum regem ad bellum contra Turcas excitare annititur, ſuamque ſententiam contra obiectiones Salcedi, regi expeditionem adverſus Turcas diſſuadentis, tuetur. Conſilia inſuper, Osmanos ad caſtra Pontificis Romani agendi, benigne exhibet. le Febure.

Cf. LUEDEKE l. c. T. I. p. 404 ſqq.

CONR. SAM. SCHURZFLEISCHII Diſſ. de actionibus Turcarum. Viteb. 1680. 4. et in *eiusd.* Opp. hiſt. polit. p. 1019 ſqq. Nullius momenti! Schurzfleiſch.

Relazione del Serraglio de gl' Imperatori Turchi Ottomani. Venetia 1684. 4. Relazione etc.

Armi. P. NIC. ARMI, *Loreneſe, dell' Ord. de Pred. Preſagio dell' imminente ruina e caduta dell' Imperio Ottomano, delle future vittorie, e proſperi ſucceſſi della chriſtianità; cavato de diverſe profetie et oracoli.* Padova 1684. 4.

Geropoldo. ANTONIO GEROPOLDO (Nobilis Albani) *Bilancia hiſtorico-politica dell' Imperio Ottomano, overo Arcani reconditi del Maomettiſmo.* Venezia 1686. 4. — Quas in opere hoc Turcicarum rerum notitias auctor ſuppeditat, eas tam ex aliis ſcriptoribus, quos omnes, qui de iis egerunt, ad manus habuerit, quam colloquiis, non ſine magnis ſumtibus ſe hauſiſſe, et ingentem earum partem Legato cuipiam Regio debere affirmat, arguto et inde alicubi obſcuro dicendi genere uſus, interſperſis paſſim notis hiſtorico-politico-legalibus, compluribusque parallelisſmis ex Tacito applicatis. Decem autem libris volumen hocce — neſcimus, an aliud, ut auctor certe ſpem iniecit, ſucceſſerit — abſolvitur. Liber primus duodecim priorum Sultanorum annales, a *I. Leunclavio* Latine redditos, a Geropoldo collatione cum novis MStis inſtituta correctos complectitur. Liber II trium imperii Turcici adminiſtrorum Chriſtianorum verſus finem ſuperioris ſaeculi florentium, Panajoti Nicoſii, Alexandri Maurocordati et Andreae Barozzi, vitam et diverſa fata exhibet. L. III Coſaccorum eo tempore excitatos motus, inauſpicatos Tekelii in Ungaria auſus, aliaque exponit. L. IV et V Weſirii Karae Muſtaphae virtutes et vitia resque geſtas ſiſtit. L. VI et ſqq. varia continent, ad aulae Turcicae ſtatum et arcana ſpectantia, Hofmanni et Caprarae, Internunciorum Caeſareorum, iter in aulam Turcicam, expeditionem Osmanorum verſus Vindobonam inſtitutam etc.

Cf. *Acta Erud.* a. 1688. p. 158 ſqq.

DU

DU VIGNAU, *Eſcuyer Sieur des Joanots, cy devant Secretaire d'un Ambaſſadeur de France à la Porte* (Domini de Guilleragues), *Secretaire-Interprete ſur les Eſcadres du Roy dans toute la Méditerranée, Chevalier du très-ſaint ſepulchre de Noſtre Seigneur Jeſus-Chriſt en Jeruſalem, Etat préſent de la puiſſance Ottomane, avec les cauſes de ſon accroiſſement et celles de ſa decadence.* à Paris 1687. 12. à la Haye 1688. 12. — Errorem Chriſtianorum, quo omnem ſpem de Osmanorum debellatione abiecerunt, ut eximat auctor, deſcribit ſummam Turcicarum provinciarum vaſtitatem; plebem per militum et magiſtratuum exactiones ad mendicitatem redactam; ruinam commerciorum; enervatam avaritia ducum, ipſiusque Imperatoris, Praetorianam ſ. Janizzerorum militiam, laxatamque diſciplinam cet. Plura deinde affert de imperatorum tyrrannide et de parendi neceſſitate eiusque effectibus. Poſtea de cauſſis imminutae Osmanorum potentiae plura proponit, exhauſtum v. c. luxu quorundam Imperatorum aerarium, quod per, immodicas licet, exactiones repleri nunquam potuerit; ingentem quaeſtorum et fiſcalium exactorum numerum, quorum nullus non rapiat; dein quod ſemel illata aerario Imperatoris pecunia ad uſum populi nunquam expendatur, ſed otioſa iaceat; quod monetae nulla habeatur ratio; optimaequae merces adulterinis numis coëmantur, aut meliores exportentur; accedere fori malum, dum iudicum ſententiae et falſa teſtimonia in quavis cauſſa vili pretio emi poſſint cet. Militarem ſcientiam ipſam, niſi apoſtatae in exercitu eſſent, fere totam ait periiſſe, tumultu et clamore omnia geri, et numero fidi; Janizzeros hodiernos umbram ſolum veterum eſſe cet. Acceſſum inter duo illa Seſti et Abydi caſtella, quae hodie Dardanellae vocantur, tam difficilem du Vignau.

non

non eſſe, quam vulgo deſcribi ſolet, multis ex cauſſis iudicat, referens ſimul, quae de Abydo ipſe obſervarit a. 1682. Demonſtrat etiam infirmitatem Turcicam in bellis navalibus; nec iniucunda ſunt, quae de conflictibus quibusdam maritimis narrat. Pauca haec excerpta docent, ſcriptorem huncce varia iam tradidiſſe atque monuiſſe, quae recentiores recoxerint: licet negari nequeat, nonnulla quoque iam a prioribus, v. c. Rigaltio, docta fuiſſe.

Cf. *Acta Erud.* a. 1687. p. 677 ſqq.

Tavernier. I. B. TAVERNIER *Relation de l'Intérieur du Serrail du Grand Seigneur.* à Paris 1687. 12.

Bobovius et Hyde. ALBERTI BOBOVII, *Turcarum Imp. Mohammedis IVti olim Interpretis primarii*, Tractatus de Turcarum liturgia, peregrinatione Meccana, circumciſione, aegrotorum viſitatione etc. Nonnullas annotatiunculas, prout occaſio ſe obtulit, paſſim adiecit THOMAS HYDE. Subiungitur caſtigatio in *Angelum a Sancto Ioſepho* (alias dictum *de la Broſſe*), Carmelitarum diſcalceatorum in Perſide Praefectum olim generalem; primum ab *Hydio* cum *Peritſolis* itineribus mundi cet. (*Oxon.* 1691. 4.) editus; deinde in *Hydii* Syntagmate diſſertationum, a *Gregorio Sharpe* (*Oxon.* 1767. 4.) in lucem edito, volumine primo. — *Bobovii* mentio ſupra iam ſectione huius capitis prima, ubi de Ralamii, Sueci, itinerario Conſt. ſermo erat, iniecta. Quum igitur, ut ex ibidem dictis lectores ſciunt, Bobovius e Chriſtiano Muhammedanus, invitus quidem, factus fuerit; narratio eius tanto maioris facienda, quanto minus Chriſtiano ritibus Osmanorum religioſis intereſſe liceat. Praeter ea, quae titulus arguit, agitur de Osmanorum iudicibus ac de dignitatibus et nominibus Imperatoris Turcici, Magni Viſirii,

aliorum-

aliorumque regni procerum. *Hydius* libellum Turcice ſcriptum Latinum ſecit notulasque doctas adſperſit.

de la Croix.

FRANÇOIS PETIS DE LA CROIX *Guerres des Turcs avec la Pologne, la Moſcovie et la Hongrie.* à la Haye 1689. 8. *Theotiſce* a G. F. C. S (*Schad*). *Furthae* prope Norimbergam 1775. 8. — Auctor, teſtis oculatus fideque dignus, bella iſta, imperante Muhammede IV, geſta, motusque inde in aula Osmanica natos, deſcripſit.

Neueröffnete Ottom. Pforte.

Die neueröffnete Ottomanniſche Pforte. Augsburg 1694. — *Fortſetzung* ibid. 1700. fol. Cum multis figuris aeneis. — Volumen primum duabus partibus abſolvitur, quarum prima gubernationis Turcicae formam et conditionem religionis, a *Rigaltio* deſcriptam, altera res Turcarum geſtas, a *Ioh. Sagredo* narratas, complectitur. Volumine altero editor anonymus nobisque ignotus imperii Osmanici viciſſitudines ſub quatuor Imperatoribus, Muhammede IV, Solimano III, Achmete II et Muſtapha II, neſcimus quibus ducibus, uberrime exponit. Subiecta eſt appendix tripartita. Primo loco eccleſiarum Graecarum et Armenarum ſtatus e Rigaltio deſcribitur. Dein, quae de la Croix in Geographia ſua de Maronitarum eccleſia obſervavit, exhibentur. Denique de martyrio et conſtantia Graeci cuiusdam adoleſcentis Nicolai relatio, Francogallico edita ſermone, ſed hic in linguam Theotiſcam translata, ſubnectitur.

Etat general etc.

Etat général de l'Empire Ottoman, depuis ſa fondation, juſqu'à préſent, et l'abrégé de la vie des Empereurs; par un ſolitaire Turc; traduit en François par Petis de la Croix, *ci-devant Secrétaire de l'ambaſſade de Conſtantinople.* à Paris 1695. III Voll. in 12.

Salmon. SALMONIS, Angli, deſcriptio geographica et politica imperii Osmanici, in eiusdem *Modern hiſtory or the preſent ſtate of all Nations*, (primum 1724 edita) alio bibliothecae noſtrae capite recenſebitur. Videatur interea *Lüdeke* l. c. p. 196 — 291.

Ibrahim Effendi. IBRAHIM EFFENDI *Traité de Tactique des Turcs, imprimé à Conſtantinople a. 1730. Traduit du Turc.* à Francf. 1769. 8. *Theotiſce* ...

Marſigli. *Conte* DI MARSIGLI, *dell' Academia Reale delle Scienze di Parigi, e di Monpelièri, e della Società Reale di Londra, e fondatore dell' Inſtituto di Bologna,* († 1730) *Stato militare dell' Imperio Ottomanno, incremento e decremento del medeſimo. Opera ornata di Tavole tagliate in rame.* In Haya e in Amſterdamo 1732. II Partes in folio. E regione cuiuscunque paginae verſio Francogallica poſita. — Operi ſane ſplendido, *ita* argumentum magni momenti non delibanti, ſed ita pertractanti, ut requiri amplius magnopere nihil poſſe videatur, nulla maior accedere poteſt commendatio, quam ab nomine, fatis ac eruditione auctoris ſui. Is enim a tenera inde aetate legendis de imperio Osmanico hiſtoriis intentus, cum intellexiſſet, Osmanos a nemine non ſcriptorum ſummae fortitudinis laude celebrari, ut rectius ipſe ea de re ſententiam ferre poſſet, anno aetatis viceſimo Conſtantinopolim una cum Senatore Veneto, *Petro Ciurano*, ablegati patriae ibi partibus functuro, petiit. Eo cum acceſſiſſet, annuo fere ſpatio ibidem commoratus, nihil non, quantumvis res in Chriſtiano homine periculi pleniſſima videretur, egit, ut militarem Turcarum ſtatum penitius ſibi cognitum perſpectumque redderet, ipſis, id quod mirum, Turcis ei viam eam ad rem ſternentibus, qui, tametſi magnis impenſis, librum, *Canun Nemeh* ſ. *Canon Namé*, ei procurarunt. Complectitur ille reditus imperii Osmanici,

genera

genera et rationem militiae Turcicae, ac leges, quibus regitur; quem quidem librum cum per interpretem Italico idiomate ſibi praelegendum curaſſet Marſilius, facile perſpexit, leges illas potius ad coërcendos imperio milites, quam armis exercendos, pertinere. Eo tempore Kara Muſtapha, Viſirius magnus, bellum in Ungaria parabat. Qua re motus Marſilius, Leopoldo Imperatori ſacramentum dixit, ſed ſub ipſa belli auſpicia a Tataris captus, in familiam Achmeti, Baſſae Temeſvarienſis, tranſiit. Cum eo in caſtra profectus, obſidioni Viennae Auſtriae interfuit; poſtea, caeſis ibi fugatisque Turcis, in poteſtatem militum Boſnienſium pervenit, qui in patriam ſuam ad radices montis Rama eum abduxere. Inde ſubſidio laudati ante *Ciurani* in libertatem ſeſe vindicavit, denuoque operam ſuam Leopoldo Imp. obtulit, cui per varios gradus militiae et plura proelia obſidionesque pariter, quibus interfuit, virtutem animumque invictum contra Turcas, et in pacificatione poſtea Carolovicenſi dexteritatem in conſtituendis utriusque imperii limitibus comprobavit. His opportunitatibus Turcarum ſtatum militarem propius cognoſcendi expendendique recte uſus, fundamenta praeſtantiſſimi huius libri iecit, cuius pars prior LXXXIV capitibus abſolvitur, atque ex libro ſupra dicto, *Canon Namé*, ſiſtit, quae ad indices redituum, genera militum, et leges militares, pertinent, quibus auctor capita quaedam praemittit, ut ſequentia intelligi rectius poſſint. Pars poſterior ipſam bellandi rationem, ut ipſe eam, inter Turcas pariter et contra eos militando, penitius exploravit, exemplis ſuis illuſtratam complectitur, praemiſſis rurſus, quae ad omnia probe tenenda deſiderari ab initio poſſe videbantur, aliisque itidem, quae requiri pariter iure poterant, ſubiunctis. Dolendum, quod

maxima vocabulorum Osmanicorum pars corrupta, cum ſermone Italo, tum Francogallico, appareat. Auctor opus ante obitum ſuum integrum abſolverat, typographis autem Belgicis cunctantibus, typis impreſſum non vidit.

Cf. *Nova Acta Erud.* a. 1733. p. 193 ſqq. LUEDEKE T. II. p. 173 ſqq.

Hill. AARON HILL'S *full and juſt Account of the preſent ſtate of the Ottoman Empire in all'ts branches; with the government and policy, religion, cuſtoms and way of living of the Turks in general-faithful related from a ſerious obſervation taken in many yeans travels through thoſe countries.* London 1733. fol. Exempla operis quoque proſtant ſub hoc titulo: *A general Hiſtory of the Ottoman Empire, illuſtrated with uſeful notes and obſervations, after the manner of Mr. Sandys, Mr. Addiſon etc. adorn'd with Copper-Plates.* London 1740.

Guer. *Moeurs et uſages des Turcs, leur religion, leur gouvernement civil, militaire et politique. Avec un abrégé de l'hiſtoire Ottomane. Ouvrage enrichi de figures, en tailles douces.* à Paris et ſe trouve à Amſterd. 1747. II Tomi in 4. — Auctoris nomen dedicationi ſubſcriptum eſt (IOH. ANT.) GUER. Advocati, quantum ſcimus, munere functus. Ipſe fatetur, ſe regiones imperii Osmanici nunquam adiiſſe, ſed opus ſuum ex antiquis et novis ſcriptoribus fide dignis ſelegiſſe, ſeu potius compilaſſe, et quidem delectu non ſatis laudabili. Conſpicimus enim inter ſubſidia eius adhibita quoque libros nullius in hiſtoriis auctoritatis, v. c. *l'Eſpion Turc*, *Dictionnaire geographique*, *Lettres Perſannes*, *Lettres Juives*. Laudat tamen auctor etiam colloquia cum Marchione *de Bonnac*, Legato quondam Francogallico in aula Turcica, quibus ſuper variis rebus certior

certior factus fuerit. Volumen primum tribus abſolvitur libris, plura in capita ſingulis diviſis. Liber I continet epitomen hiſtoriae Imperatorum Osmanicorum; II res et caerimonias Turcarum religioſas; III varios eorum mores ac ritus. Volumine altero liber IV agit de aula Turcica; V de forma regiminis Osmanici, de reditibus publicis ac monetis; VI et VII de re militari; VIII de variis feſtis ſolennibus; IX de Osmanorum artibus politicis; X de eorum potentia ſeu potius impotentia. — *Lüdeke* l. c. p. 205—214 nonnulla auctoris peccata notat, nihilo minus eius compilationem omnium eſſe copioſiſſimam et praeſtantiſſimam, aſſerit, cui ſententiae calculum noſtrum, uſu operis edocti, lubenter adiicimus.

GALLAND (interpretis olim regis Galliarum in aula Turcica) *Recueil des rits et ceremonies du pelerinage de la Mecque; auquel on a joint divers écrits relatifs à la religion, aux ſciences et aux moeurs des Turcs.* à Paris 1754. 12. à Amſterd. 1754. 12. Secundum hanc editionem *Ioan. Ge. Angerer* collectionem *Theotiſce* reddidit. *Norimb.* 1757. 8. Quae Osmanos proprie ſpectant, pauca ſunt, eaque non magni momenti, nimirum: *Zehny Effendi* de Turcarum re litteraria ordineque, quo litteras addiſcere ſolent, e ſermone Turcico in Francogallicum a Gallando translatus; et deſcriptio caerimoniarum, nuptiis filiarum imperatoris obſervatorum. Galland.

Tableau de l'Empire Ottoman. à Francfourt 1757. 12. Opuſculum, compilationibus mediocribus accenſendum, quo de religione, re militari et politica Osmanorum ſat negligenter agitur. Tableau etc.

Cf. LUEDEKE T. II. l. c. T. II. p. 221.

DE WARNERY, *Major général, Remarques ſur le militaire des Turcs et des Ruſſes; ſur la façon la* de Warnery.

 plus

plus convenable de combattre les premiers; ſur la marine des deux empires belligerants; ſur les peuples, qui ont joint leurs armes à celles de Ruſſie, tels que ſont les Georgiens, Colchidois, Mainottes, Montenegrins, Albanois, Chretiens Grecs etc. Avec diverſes obſervations ſur les grandes actions, qui ſe ſont paſſées dans la derniere guerre d'Hongrie et dans la préſente en Moldavie, comme auſſi ſur l'expedition de la flotte Ruſſe en Grece et ſur celle du Comte de Tottleben; avec des plans. à Breslau 1771. 8. *Theotiſce* ſine auctoris nomine atque hoc titulo, quo ne mentio quidem, librum e ſermone Francogallico eſſe translatum, facta: *Beytrag zur Geſchichte des gegenwärtigen Krieges zwiſchen dem Ruſſiſchen und Türkiſchen Reiche, als auch zuverläſſige Nachrichten von der Schlacht bey Chozim 1769 und der bey Kahul 1770. Nebſt einer gründlichen Beſchreibung derer in dieſem Kriege ſich mit befindlichen fremden Nationen, ihren Sitten und Gebräuchen, ihrer Art Krieg zu führen u. ſ. w. Mit Plans von einer Perſon vom Stande.* Breslau 1771. 8. Auctor antea iam, a. 1766, ſine nominis ſui mentione, ediderat *Remarques ſur le Militaire des Turcs* etc. cuius libelli quoque exſtat verſio Theotiſca ſ. l. 1769. 8. Sed nova editio, cuius epigraphen plenam dedimus, multo amplior eſt bellique, anno demum 1769 exorti, hiſtoriam ſimul exhibet; nec de Ruſſorum re militari in editione priore quidquam invenies. Auctor, omnis rei bellicae pritiſſimus aliisque libris militaribus clariſſimus, hoc opuſculo ſupplementum operis Marſiliani paullo ante recenſiti minime ſpernendum exhibuit. Demonſtrat praeſertim, quo conſilio et qua prudentia certamina cum Osmanis ineunda atque ſuſtinenda ſint.

Etat actuel etc. *Etat actuel ou Tableau de l'Empire Ottoman, où l'on trouve tout ce qui concerne la guerre, le gouverne-*

vernement civil des Turcs, la religion, les grandes charges et dignités de l'Empire. Nouvelle edition. à Amſterd. et ſe trouve à Paris 1769. 12. Nec prima libri editio, nec eius auctor nobis innoteſcit. Hic quidem, librum e fontibus limpidis hauſtum eſſe, affirmat.

CHRISTOPH WILHELM LUEDEKE, *vormaligen Predigers des Daeniſchen Miſſionscollegii und neunjährigen Paſtors der evangeliſchen Gemeinde zu Smyrnen, ietzt Paſtors an der Catharinenkirche zu Magdeburg* (poſtea D. Theol. Paſtoris primarii coetus ſacri Lutheranorum lingua Theotiſca utentium Holmienſis ephorique ſcholarum) *Glaubwürdige Nachrichten von dem türkiſchen Reiche nach ſeiner neueſten Religions- und Staatsverfaſſung, nebſt der Beſchreibung eines zu Smyrnen errichteten Evangeliſchen Kirchenweſens.* Leipzig 1770. 8 mai. Secuta eſt editio, plurimis in locis mutata et aucta, omiſſis minutiis, iter auctoris ſpectantibus, hac epigraphe: *Beſchreibung des türkiſchen Reichs nach ſeiner Religions- und Staatsverfaſſung in der letzten Helfte des achtzehnten Jahrhunderts.* ibid. 1771. 8 mai. cum figg. aen. — *Zweyter Theil, welcher Zuſätze und Berichtigungen enthält.* ibid. 1778. 8 mai. Sine horum ſupplementorum et emendationum uſu ſineque ulla mutatione deſcriptio iſta a. 1771 typis expreſſa repetita eſt ibid. 1780. 8 mai. — Multa quidem inſunt, quibus facile carere poſſimus, paucaque nova affert auctor: nihilo tamen minus narratio eius aeſtimatione lectuque digna eſt, quippe qua, quae alii ante eum retulerunt, confirmantur, recentiorque imperii Osmanici ſtatus exponitur. Grata in primis eſt recenſio multorum itinerariorum et relationum de imperio iſto, primae alterique parti ſubnexa. Dimidia paene voluminis alterius pars comprehendit *Buſinelli* re- Lüdeke.

lationem, ſtatim a nobis indicandam. Ineſt quoque huic volumini index et explicatio vocabulorum Turcicorum ſaepe in libris noſtris occurrentium. Stilus ſacram ſapit cathedram ideoque non vere hiſtoricus eſt.

Relazione etc. *Relazione eſatta dell' Imperio Ottomanno e di tutto ciò che riguarda la Religione, la Milizia, il Governo e lo ſtato preſente di queſta natione.* In Firenze 1770. II Voll. in 8. E ſermone Francogallico in Italicum liber translatus dicitur.

Buſinello. PETER BUSINELLO, *Staats- und Geſandſchafts-Secretairs bey dem Bailo von Venedig* († circa 1768), *Hiſtoriſche Nachrichten von der Regierungsart, den Sitten und Gewohnheiten der Osmaniſchen Monarchie*, in le Brets *Magazin* (Ulm 1771) T. I. p. 52—161. T. II. (1772). p. 107—232. Editionem, ſecundum archetypum Italicum emendatam et correctam lectuque iucundiorem, inſeruit *Lüdeke* volumini alteri operis modo recenſiti; quam tamen operis redemtor etiam ſigillatim, titulo peculiari praefixo, vendit, *Lipſ.* 1778. 8 mai. — Auctor prudentiſſimus et ſagaciſſimus inter a. 1730 et 1740 Conſtantinopoli legato Veneto ab epiſtolis fuit, ducique Veneto, Piſani, memorabilia, quae ibi obſervavit, in epiſtolis ad eum datis retulit. Inde nata eſt haec deſcriptio, magni ſane aeſtimanda, quippe quae obſervationes varias, minus aut plane ignotas, continet, in primis quidem ſuper Osmanorum ritibus religioſis, aula Osmanica, magiſtratibus, imperii reditibus, commerciis, re militari terreſtri et maritima, artibusque politicis et caerimoniis aulae Turcicae.

v. Steck. (IOH. CHSTPH. WILHELM VON STECK, regi Boruſſiae a conſiliis intimis) *von den Friedensſchlüſſen der Osmanniſchen Pforte;* in eius *Verſuchen über einige erhebliche Gegenſtände, welche auf den Dienſt des*

des Staats Einfluß haben (Frankf. und Leipz. 1772. 8 mai.) p. 74—85.

Idem *von den Handlungsverträgen der Osmanniſchen Pforte;* ibidem p. 86—118. Prior diſſertatio docet rationem, qua Osmani cum gentibus aliis paciſci ſolent: poſterior enumerat omnia commerciorum pacta ab Osmanis cum diverſis Europae populis inita, eorumque argumenta accurate exhibet. — Cf. eiusdem auctoris *Verſuch über Handels- und Schiffahrtsverträge.* Halle 1782. 8 mai.

I. C. G. HAYNE, *königl. Preuſſ. Ingenieur etc. Abhandlung über die Kriegskunſt der Türken, von ihren Märſchen, Lagern, Schlachten und Belagerungen etc. desgleichen derjenigen Völker, welche unter dem Osmaniſchen Schutz ſtehen, als: Griechen, Armenier, Araber, Druſen, Kurden, Jeſiden, Tatarn, Wallachen, Moldauer u. d. gl. Nebſt einer militairiſchen Geſchichte der drey letzten Türkenkriege in Ungarn. In zweyen Theilen. Mit 10 Kupfertafeln.* Berlin u. Stettin 1783. 8 mai. — Diligenter ordineque recto, nec tamen cognitione hiſtoriae et geographiae Osmanicae ſatis imbutus, auctor pluribus ex ſcriptoribus, quos enumerat, collegit, quae ſcopo ſuo inſervire poterant. Rerum dilectus non ſatis caute inſtitutus. Hayne.

(I. A. MEBES, Conſiliarius regiminis Wernigerodenſis) *Ueber die Urſachen der Gröſse und des Verfalls des Osmanniſchen Reichs.* Nürnberg 1783. 8. — Maxima pars cauſſarum incrementi et decrementi imperii Osmanici, ope ſuperiorum ſcriptorum, ſatis apte expoſita eſt atque illuſtrata: paſſim vero auctor negligentius rem ſuam egit. Idem valet de eius dictione. Occurrunt etiam peccata nonnulla contra hiſtoriam, in primis antiquiorem. Mebes.

I. H. STOEVERS *hiſtoriſch-ſtatiſtiſche Beſchreibung des Osmanniſchen Reichs.* Hamburg 1784. 8. — Stoever.

Dilectu ſtiloque laudabili, nec copioſe nimis, nec nimis breviter, tradita ſunt, quae plures alii ſcriptores, quos praefatio enumerat, de Osmanorum hiſtoria, geographia, moribus ritibusve, religione, regimine politico, iurisdictione, reditibus publicis, re militari, agricultura, commerciis, ac litterarum ſtudiis, paſſim narrarunt. Adiecta eſt rerum memorabilium recentiſſimarum expoſitio ſuccincta.

Habeſci. ELIAS HABESCI (Graeci, plures per annos Conſtantinopoli Sultano Muſtaphae III ab epiſtolis) *Preſent State of the Ottoman Empire. Translated from the French Manuſcript.* London 1784. 8. Theotiſce hac epigraphe, e qua ſimul libri contenta cognoſcas: *Der gegenwärtige Zuſtand des Ottomanniſchen Reichs, worinn eine richtige und unterhaltende Nachricht von der Religion, der Regierung, dem Kriegsweſen, den Sitten, Gewohnheiten und Zeitvertreiben der Türken, als in den bisher davon vorhandenen Schriften geliefert wird. Nebſt einer beſondern Beſchreibung des Hofes und Serrail des Groſsherrn, und vielen beſondern und angenehmen Anekdoten. Aus einer franzöſiſchen Handſchrift des* ELIAS HABESCI — *ins Engliſche, und aus dem Engliſchen ins Teutſche überſetzt* (ab Albr. Wittenberg). *Lübeck* 1785. 8 mai. — Liber XXXVIII capitibus abſolvitur, in quibus auctor de Muhammede, de hiſtoria Osmanica, de Osmanorum religione, feſtis, nuptiis, aula imperatoris, de forma regiminis, de reditibus publicis, re militari cum terreſtri tum maritima, artibus politicis, caerimoniis pompisque ſolennibus, de incolis Conſtantinopoleos, eorumque moribus, de Osmanorum commerciis, ita agit, ut partim, quae iam alii obſervarunt ac narrarunt, confirmet vel confutet, partim prorſus nova, licet non adeo multa, doceat.

CAPVT XIV.

SCRIPTORES DE REBUS INDIAE ORIENTALIS.

SECTIO I.

Scriptores geographici et hodoeporici univerſales.

Indiam orientalem hoc loco ſenſu latiore appellamus omnem Aſiae terram continentem, inter Perſiam et Sinam iacentem, inſulasque maris Indici. Scriptores, hac ſectione recenſendi, non quidem ſinguli omnes iſtas regiones, tamen earum plures deſcribunt ſeu illuſtrant. Specialiores proxima ſectione ſequentur. Quo in negotio maxime doluimus, quod nec C. C. W. Dohmius *promiſſis, praefatione ad T. II verſionis a ſe elaboratae Theotiſcae ante hos decem annos factis, ſtetit, nec* Auguſti Hennings *catalogo critico omnium ad hiſtoriam Indiae orientalis pertinentium librorum, quem nuperrime in praefatione ad T. II operis praeſtantiſſimi:* Gegenwärtiger Zuſtand der Beſitzungen der Europaeer in Oſtindien, *tanquam tertium eiusdem operis tomum in poſterum exhibere pollicitus eſt, uti potuimus.*

❖ ❖ ❖

GOTARDI ARTHUSII (*Conrectoris ſcholae Moeno-Francofurtanae* † 16 . .) Hiſtoria Indiae orientalis, ex variis auctoribus collecta et iuxta ſeriem topographicam regnorum, provinciarum et inſularum, per Africae Aſiaeque littora ad extremos Iaponicos deducta, qua regionum et inſularum ſitus et commoditas, religionum et ſuperſtitionum abſurda Arthus.

ſurda varietas, Luſitanorum item, Hiſpanorum et Batavorum res geſtae atque commercia varia deſcribuntur. *Coloniae*, ſumtibus Wilhelmi Lutzenkirch 1608. 1 Alph. 17 plagg. in 8. — Capitibus LX haec conciſa abſolvitur deſcriptio geographica ac politica regionum ac gentium, quae ad Indiam orientalem pertinent. Libri hodie ſat rari notitia haud ingrata erit. Cap. I eſt quaſi prooemii loco, quo in genere breviterque agit auctor de Aſia. Cap. II ad Indiam orient., tanquam maximam Aſiae regionem, facit acceſſum, eamque dividit in Indiam intra Gangem ſ. occidentalem, et extra Gangem ſ. orientalem. De hac igitur porro commemorat eius fertilitatem, flumina, varios populos illorumque mores, denique et Nobiles illius gentis ac Sacerdotes. Cap. III agit de primo Europaeorum ad Indiam orient. acceſſu et perluſtratione. Caeterum, cum in via ad Indiam magna Africae pars et plures Inſulae circum navigentur, digreſſionem auctor facit cap. IV et tum de Africa in genere, eiusque ſitu, habitatoribus, finibus caet. agit. Inde cap. V de duobus illuſtribus Africae promontoriis, quorum alterum viride, alterum bonae ſpei vocatur, exponit; illorum incolas deſcribens. Cap. VI pervenit ad inſulas Africae in Oceano Atlantico ſparſas, quas Azores, Canarias et Virides vocant. Cap. VII eſt de inſulis in Oceano Aethiopico navigantibus maxime obviis, uti ſunt S. Thomae et S. Helenae. Cap. VIII perſequitur viam verſus Indiam, et inſulas poſt Caput bonae ſpei in itinere occurentes recenſet, praecipue de inſula Madagaſcare, cuius ſitum, incolas, illorumque mores, arma, reges tradit. Poſt haec ad inſulas S. Mariae et S. Mauritii (hodie *Isle de France*) defertur. Cap. IX et ſqq. deſcribunt Guineam, regnum Congi, regionesque Africae occidentalis.

Cap.

Cap. XXI et XXII ex Africa auctor tranſitum facit in Aſiam, ſinusque deſcribit, qui in itinere Indico ſint obvii, quorum praecipui ſunt Arabicus et Perſicus. Cap. XXIII agit de inferiore India, maxime vero de Cambaya, cuius fines, et praecipue Indum fluvium, regis ſuperſtitionem et potentiam, civitates, Luſitanorum res geſtas caet. latius demonſtrat. Cap. XXIV et XXV agunt de Decani regno urbiumque in eo praeſtantiorum Ciauli et Goae ad Luſitanos translatione, eorum incolis, conſtitutione et commoditatibus variis. Cap. XXVI Canarae regnum eiusque oppida praecipua deſcribit. Inde cap. XXVII pergit ad Malabaricae regionis deſcriptionem. Cap. XXVIII in ſpecie de Calecuto, Malabarici regni metropoli et emporio quondam celeberrimo, agit. Cap. XXIX de Cocino, Malabariae regno altero, et rerum a Luſitanis ibidem geſtarum hiſtoriam exponit. Inde cap. XXXI ad inſulas ſinus Cambaici tranſit, deinde ad orientales regni Indici regiones et hiſtoriam, inter quas Narſingae regnum, urbesque eius praecipuas depingit. Deſcribit cap. XXXIII Bengalae regnum, eius negotiationes, Gangem fluvium, inſulas, incolas, arces a Luſitanis exſtructas, aliasque res ibi geſtas. Cap. XXXV Candeſii regnum in inſula Zeilon perluſtrat, eius amplitudinem, gemmas, et quomodo Luſitanorum iugum excuſſerit, porro Belgarum adventum caet. demonſtrans. Inferiore India abſoluta, ſuperior capite XXXVI ſequitur, maxime vero de regno Pegu et regis Peguani potentia, aula, ſocietate cum Luſitanis caet. Superſtitioſas eiusdem ſolennitates et bella varia cap. XXXVII enarrat. Cap. XXXVIII exhibet deſcriptionem Siamiſ regni potentiſſimi. Addit de regno Petane, inter Siamum et Peguanum medio, ibique quomodo piper creſcit. Cap. XXXIX tractat de

Malac-

Malaccae urbis et regni initio, progreſſu et tranſitu ad Luſitanos. Cap. XL Sumatrae inſulae deſcriptionem exhibet, capitaque duo ſequentia Iavae maioris et minoris. Cap. XLIII agit de inſulis inter Iavam et Sindas praecipuis, in primis de Balini incolis, fertilitate etc. de Madura, Borneo, Macazare. Cap. XLIV perſequitur inſulas, quas Ptolemaeus Sindas vocat, uti eſt Celebes etc. Cap. XLV et XLVI recenſet Moluccarum inſulas, earumque ſitum, fertilitatem, incolas etc. Cap. XLVII refert de Banda inſula; cap. XLVIII de inſulis Philippinis. Cap. XLIX et ſqq. exhibent Indiam extra Gangem, praecipue regnum Sina; cap. LIV et ſqq. Iaponiam; capita denique LIX et LX catalogum arborum, fructuum, herbarum, gemmarum atque aromatum, quae per univerſam Indiam reperiantur.

de Bry. Fratrum DE BRY India orientalis. Tomi XIII in fol. cum figg. aen. — Theodericus de Bry, Leodienſis, bibliopola et ſculptor Francofurtenſis, duo magna opera ſuis impenſis prodire iuſſit: alterum de *novo orbe*, cuius prima pars: *Wunderliche, doch wahrhaffte Erklärung von der Gelegenheit und Sitten der Wilden in Virginia* inſcribitur, reliquae vero undecim titulum Americae gerunt: de *India orientali* alterum. Quae poſt mortem eius, anno 1626 ſecutam, inter eius generos, *Matthiam Merianum* et *Guil. Fitzerum*, ita diviſa ſunt, ut ille Americae, hic Indiae orientalis deſcriptionem acciperet. Hoc loco Indiae orientalis tomos XIII breviter deſcribere animus eſt. Pars I, regni Congo deſcriptionem, auctore EDUARDO LOPEZ Luſitano, Latine redditam a Caſſiodoro Reinio (de Reyna), continens, prodiit Francof. ſumt. *Io. Dieterici* et *Ioh. Iſrael.* fratrum *de Bry* 1597, et iterum 1609 in fol. Pars II IOANNIS HUGONIS LINSCHOTANI, Batavi, navigationem in Orientem, Latine reddi-

redditam ab Anneo Lonicero, enarrat, *Francof.* 1613. Pars III Linſchotani navigationes continuat, additis navigationibus Belgarum in Iavam et Sumatram et per ſeptentrionem, *Oppenheim* 1616. Pars IV animalia, arbores, frutices, plantas et alia, quae Linſchotanus in India orientali viderat, cum annotationibus *Bernardi Paludani* Med. D. Enkhuſani, ob oculos ponit hiſtoriamque ultimae navigationis Belgarum, a. 1598 quatuor navibus factam, memorat, *Oppenh.* 1617. In V parte inveniuntur itinera Batavorum ad inſulas Iavanas et Moluccenſes a. 1598, VIII navibus facta, *Francof.* 1601. VI pars deſcriptionem regni Guineae, Latine redditam a G. Arthuſio, complectitur, *Francof.* 1603. Pars VII iter Georgii de Spilbergen et Caſp. Balbi, Veneti, auctore *Arthuſio*, recenſet *Francof.* 1605. Pars VIII ſiſtit navigationes Iacobi Nicii (de Nek), Admiralii, Cornelii de Brée, mercatoris Batavi, Corn. de Vera et Steph. de Hagen, auctore *G. Arthuſio*, *Francof.* 1606. Huic parti appendix adiecta eſt, quae tres enarrat navigationes, et expugnationem caſtellorum Luſitanorum Anabon et Tidor deſcribit. Pars IX ex relatione *Ioan. Verckenii* navigationem *Petri Guil. Verhaffen* exponit, *Francof.* 1612. Pars X *Henr. Hudſoni* itinera, *Petri Fernandez de Quir* relationem de quinta orbis terrarum parte ſ. de terra auſtrali incognita, et deſcriptionem Samojedarum et Tunguſorum continet, *Francof.* 1613. Pars XI *Americi Veſputii* duas navigationes in Indiam orient. et aliorum itinera in Cambayam et Spitzbergam deſcribit, *Oppenheim* 1618. Cum illa autem parte, quae cum IX et X ſolius Ioan. Theodorici de Bry impenſis prodiit, opus illud fratrum de Bry, proprie ſic dictum, abſolvitur. Cum vero poſt eorum mortem collectio itinerariorum, Indiam orientalem ſpectans,

ſpectans, ad Fizerum perveniret, hic illam a. 1628 duabus partibus, XII et XIII, auxit, omnesque illius partes, eodem anno, in compendium redactas variisque navigationibus auctas, ita tamen, ut partes duas poſteriores, XII et XIII, a p. 566 usque ad finem, ne verbo quidem immutato, rurſus ediderit. Continent vero varias navigationes Anglorum et Batavorum in Indiam, cum *Iacobi Heremitae* periplo, et deſcriptionem quarundam ſeptentrionalium regionum ac inſularum. — Verſio operis *Theotiſca* prodiit *Francof.* 1601 ſqq. fol. cum figg. aen. — Utramque vero Indiam, tam orientalem quam occidentalem, variis acceſſionibus auctam, bibliopola Leidenſis, *Petrus van der Aa*, in unum corpus redegit, et VIII voluminibus in fol. et XXX in 8. edidit, hoc quidem titulo: *Recueil des Voyages aux Indes orientales et occidentales, et autres lieux du monde, par* GEOFROY. 1706 — 1710. Loco igitur nominum de Bry poſitus eſt *Godofredus*, neſcio quis? Idem factum in verſione operis Belgica, ab eodem bibliopola eodem tempore procurata, *Lugd. Bat.* XXIX Voll. in 8. cum figg. aen. Argumentum huius editionis exponunt *Acta Erud.* a. 1708. p. 102 ſqq. 179 ſqq. 448 ſqq. Suppl. T. IV. p. 66 ſqq.

Cf. Catal. bibl. Rinckianae p. 216 ſq. FREYTAGII Anal. litter. p. 161 ſqq.

Collectio Hulſiana. LEVINI HULSII (linguae Francogallicae magiſtri, Mathematici, Notarii, ac bibliopolae Norimbergenſis, nati Gandavi, denati Francofurti 1605) *Sammlung von ſechs und zwanzig Schifffahrten in verſchiedene Länder; aus dem Holländiſchen ins Teutſche überſetzt, und mit allerhand Anmerkungen, Figuren und Charten verſehen.* I — VII *Theil.* Nürnb. 1598-1602. Pars VIII etiam ab Hulſio *Francofurti*, reliquae

quae vero ab aliis editae ſunt, v. c. a *G. Arthuſio, Chriſtophoro Blon*, editaeque partim *Francofurti*, partim *Oppenhemii*, partim *Hanoviae*, ultima quidem 1650. 4. Unaquaeque pars ſingularem habet titulum; omnes rariſſime iunctim conſpiciuntur. Belgarum in primis navigationes verſus Indiam orientalem et occidentalem deſcribuntur.

Cf. Catal. bibl. Rinckianae p. 237 ſqq.

ANDREAE SCHOTTI Auctores varii de rebus Indicis. *Francof.* 1603. fol. Qui ſcriptores huic collectioni inſint, nullibi indagare poſſumus; nec enim collectio ipſa nec notitia de iſtius indole ad nos pervenit. Niſi paſſim laudaretur, eam alicubi vere exſtare dubitaremus. Collectio Schottiana.

* * *

FLAVIUS ARRIANUS, *Nicomedienſis*, cuius Periplum Ponti Euxini ſupra p. 53 ſq. deſcripſimus, edidit Ἰνδικὰ ſ. de rebus Indicis librum unum. Qui quidem olim pars operis eiusdem Arriani de expeditione Alexandri magni credebatur, eaque opinione a librariis et editoribus ſemper coniunctim cum iſto ſcribebatur atque edebatur, cum tamen Arrianus ipſe libro VI. cap. 28 operis de expeditione Alexandri pronunciaverit, ſe ſingularem de Indiae memorabilibus librum editurum eſſe. Cui fundamenti loco eſt expeditio navalis Nearchi, praefecti claſſis, quae iuſſu Alexandri Indum fluvium littoraque Indiae et Perſiae exploravit. Arrianus nimirum diario, in hac expeditione a Nearcho ipſo, ut creditur, conſcripto, in quo vero ſolum nomina populorum, locorum et fluviorum notata, uſus eſt, addiditque ex aliis ſcriptoribus varia memoratu digna atque digreſſiones; quo factum, ut liber eius non periplum merum ſive itinerarium Arrianus.

exile, ſed narrationem memorabilium Indicorum contineat. Deſcribit igitur Indiae fines, quantum tunc temporis cogniti, flumina, populos eorumque mores, hiſtoriam, maximam partem fabuloſam, animalia, iter claſſis, cui Nearchus praefuit, locaque gentesque, quibus appulit, nonnullas etiam extra Indiam ſitas regiones; omniaque quidem breviter, ac dialecto Ionica, cum in aliis ſuis ſcriptis Arrianus Attica uſus fuerit. — Editionum recenſum dare animus eſt, ubi de Arriani libris ſeptem expeditionis Alexandri ſermo erit. Hoc loco ſolum commemorare lubet, duas Indicorum verſiones Theotiſcas exſtare. Altera Indica iſta ſola continet, interprete *Georgio Raphelio*, prodiitque prima vice Hamburgi 1710. 8. altera autem vice *Brunovici* et *Guelpherbyti* 1764. 8 mai. curante *Conrado Arnoldo Schmidio*, Profeſſore Brunovicenſi, Raphelii genero, adhuc vivo, qui non ſolum verſionem politiorem reddidit, verum etiam notas nonnullas, Dodwelli diſſertationem mox laudandam, Hannonisque Periplum Graece ac Latine, cum Bougainvillii diſſertatione de Hannone eiusque Periplo, et duabus mappulis geographicis, adiecit. Altera interpretatio Theotiſca comparuit cum Arriani libris de expeditione Alexandri M. auctore *Gebhardo Chſtph. Lud. Timaeo*, Rectore olim ſcholae Hamelenſis, *Lipſ. et Francoſ.* 1765. 8. Interpretatio ipſa quidem non perfecta, praeferenda tamen Raphelio-Schmidianae. Notulae adſperſae ſunt. Arriani Indica leguntur a p. 531 usque ad 611.

Dodwell. HENRICUS DODWELLUS in Diſſertatione de Arriani Nearcho, adiecta Tomo primo editionis Hudſonianae geographiae veteris ſcriptorum Graecorum minorum, (*Oxon.* 1698. 8.) id in primis egit, ut probet, Nearchum ipſum minime diarium illud,

illud, ab Arriano laudatum, compoſuiſſe, ſed opus eſſe, temporibus ultimorum Ptolemaeorum, Aegypti regum, neſcio a quonam confectum. Contrariam ſententiam tuetur *C. A. Schmidius* in praefatione ad interpretationem opuſculi Arriani modo commemoratam.

Viaggio di NICOLI DI CONTI, *Venetiano, deſcritto per* POGGIO, *Fiorentino*, in collectione Ramuſiana T. I. — Iter circa a. 1435 inſtitutum. Conti.

Viaggio di HIERONIMO DA SANTO STEFANO, *Genoveſe, nelle* INDIE, *a.* 1499; in collectione Ramuſiana T. I. Hier. da S. Stefano.

THOM. LOPEZ *Navigatione verſo l'Indie orientali, fatta nell' anno* 1502. ibid. — De archetypo Luſitano nobis nil innoteſcit. Lopez.

GIOVANNI DA EMPOLI, *Fiorentino, Viaggio fatto nell' India, nel* 1503; ibid. Empoli.

LUD. DI BARTHEMA *Itinerario in India.* In Venet. . . . 12. Et in collectione Ramuſiana T. I. *Latine* hac epigraphe: LUDOVICI VARTOMANNI ſ. DI BARTHEMA Navigationum Aethiopiae, Aegypti, utriusque Arabiae, Perſidis, Syriae, Indiae, intra et extra Gangem, Libri VII, ex Italica in Latinam linguam translati ab *Archangelo Madrignano*; inter *Sim. Grynaei* Scriptor. de novo orbe (*Baſil.* 1555. fol.) p. 234 ſqq. *Norimb.* 1610. 8. Ex hac verſione orta eſt *Hiſpana* hoc titulo: *Itinerario de Venerable Varon* MACER LUIS (cognomen BARTHEMA omiſſum), *Patricio Romano, en el qual cuenta mucha parte de la Ethiopia, Egipto y entrambas Arabias, Syria y la India. Traducido por* Chriſtoval de Arcos. *Sevilla* 1520. fol. *ibid.* 1576. fol. — *Francogallice* cum Ioh. Leonis *Deſcription de l'Afrique* (Lyon 1556. fol.) T. II. — *Theotiſce* hac inſcriptione: LUD. VARTOMANNS *Reiſen zu den Morgenländiſchen Völkern, überſetzt durch* Michael Barthema.

 Herr;

Herr; inter ſcriptores de novo orbe edit. ſub titulo: *Die neue Welt.* Argent. 1534. fol. Poſtea aliam verſionem Theotiſcam elaboravit *Henr. Megiſerus*, Lipſ. 1608. 8. ibid. 1610. 8. ibid. 1615. 8. cum figg. aen. — Haec verſio ortum dedit *Belgicae*, Ultraject. 1615. 4. ibid. 1654. 4. cum figg. aen. — *Anglice* in collectione Purchaſiana Vol. I.

Barbeſſa. ODOARDO BARBESSA ſ. BARBOSA *dell' Indie orientali;* in collectione Ramuſiana T. I. Separatim *Venet.* 1588. fol. — Auctor Luſitanus, Ferdinandi Magellani comes in itinere illo famoſo circa terrarum orbem ſuſcepto, quae hac occaſione de omnibus Indiae Africaeque orientalis regionibus et populis vidit audivitque, ſedulo litteris mandavit a. 1516. Inſulas etiam maris Indici remotiſſimas regionesque Indiae mediterraneas, de quibus vel hodie pauca ad nos perveniunt, deſcribit. Dolendum ideoque tanto magis, quod eius opus haud integrum et purum conſervatum eſt; lacunae enim variae nominaque corrupta multa ſane reperiuntur.

Sommario etc. *Sommario di tutti li regni, citta e popoli orientali;* in *Ramuſii* collectione modo laudata T. I. — Auctor anonymus, itidem Luſitanus, Barbeſſae relatione uſus brevior quidem eſt, paſſim tamen eandem illuſtrat. Lacunae quoque haud deſunt, et quae de inſulis Moluccis hisque adiacentibus collegerat, omnia deperdita ſunt.

Ceſare Federici. CESARE FEDERICI *Viaggio nell' Indie orientale et oltra l'India.* Venetia 1587. 8. Et in collectione Ramuſiana editionis Venetae 1613. T. III, qui a. 1606 prodiit. Alii auctorem ſcribunt *Ceſare de' Federici:* Tiraboſchi vero in *Storia della letteratura Ital.* T. VII. P. I. p. 237 ita, ut nos exhibuimus. Iter huius Itali (forte Mutinenſis) a. 1563 inſtitutum.

GASPA-

GASPARO BALBI (aurificis Veneti) *Viaggio del Indie orientali dall' anno* 1579 *fino al* 1588. In Venetia 1590. 8. ibid. 1609. 8. Theotiſce in collectione fratrum de Bry T. VII. Balbi.

Prima pars deſcriptionis itineris navalis in Indiam orientalem, earumque rerum, quae navibus Batavis occurrunt; una cum particulari enarratione conditionum, morum, oeconomiae populorum, quos adnavigarunt. Praeterea de numiſmatis, aromatibus, ſpeciebus et mercibus ibidem venalibus, eorumque pretio. Inſuper de inſularum apparentiis, tractibus, oriſque regionum maritimis, una cum incolarum ad vivum delineatione, cuncta diverſis tabulis illuſtrata. Authore *G. W. A. W. L.* Amſtelodami 1598. fol. — Iter ipſum inſtitutum a. 1595 atque finitum a. 1597. Eodem tempore alius anonymus idem iter paullo brevius deſcripſit, hac epigraphe: Deſcriptio itineris etc.

Journal van de Reyſe der hollandtſche Schepen in Ooſt-Indien. Middelburg 1598. fol. *Appendix achter t'journal etc.* ibid. eod. fol. Verſio Latina prodiit hac epigraphe: Diarium nauticum itineris Batavorum in Indiam orientalem, curſuum, tractuum, variorumque eventuum, qui ipſis contigerunt, diligenter deſcriptum: His accedunt narratio hiſtorica nationum, regionum et civitatum, quas adnavigarunt; negotiationes, monetae ſpecies, lucri accipiendi ratio, aromatum natale ſolum, eorumque pretium. Lectu periucunda et utiliſſima. Deſcribuntur et certa ſigna littoralia, regionumque ſitus et apparentiae, nautis ſcitu commodiſſima: quibus adiungitur explicatio praecipuarum dictionum Iavanicarum. Omnia regionum tabulis et figuris illuſtrata. *Arnhemii* 1598. 4 oblong. Journal van de Reyſe.

Jan Huygen van Linſchoten (Harlemenſis, freti Arctici inventoris † 1611) *Itinerarium ofte Schip-* van Linſchoten.

vaert naer Ooſt ofte Portugaels-Indien. Amſterd. 1596. fol. cum multis figg. aen. Franeker 1601. fol. *Corrigeert en verbeetert*, Amſterd. 1614. fol. Amſterd. 1623. fol. ibid. 1644. fol. ibid. 1664. fol. Omnes cum figg. aen. *Theotiſce*, Francof. ad Moen. 1598. fol. cum figg. aen. *Latine* hac epigraphe: Navigatio et itinerarium in orientalem Indiam, et deſcriptio totius Guineae tractus, Congi, Angolae et Monomotapae — inſularumque St. Thomae, St. Helenae, Aſcenſionis, nec non inſulae Madagaſcar — ſitusque terrae firmae a bonae ſpei promontorio usque ad mare rubrum. *Hagae* 1599. fol. *Amſtelod.* 1614. fol. cum figg. aen. et in collectione fratrum de Bry P. II et III. *Francogallice* Amſt. 1610. fol. ibid. 1619. fol. ibid. 1638. fol. cum figg. aen. Huic verſioni adiectae ſunt annotationes BERNHARDI PALUDANI, Belgae, Doctoris Philoſophiae et medicinae Patavini, qui per Europam, Aſiam et Africam iter inſtituit, poſteaque a. 1633. mortui Enchuſiae, ubi artem medicam exercuit. *Anglica* quoque exſtat verſio, neſcio quo anno edita. — Iter ipſum, cuius deſcriptio praeſtantioribus adnumeratur, peractum eſt annis 1594 et 1595.

S. M. A. W. S. M. A. W. *Hiſtorie van Indien, waerinne vertaelt is de avanturen, die de hollandſche Schepen bejeghent zyn.* t'Amſterd. 1598. II Voll. in fol. *Francogallice* ibid. eod. fol.

Pyrard de Laval. FRANÇOIS PYRARD DE LAVAL *Voyages des François aux Indes orientales, Maldives, Moluques et au Breſil, depuis 1601 jusqu'en 1611; avec la deſcription des pays, moeurs, loix, police et gouvernement, animaux, arbres, fruits, trafic et commerce qui s'y fait.* à Paris 1611. II Voll. in 8. ibid. 1615. II Voll. in 8. ibid. 1619. II Voll. in 8. ibid. 1679. III Partes in 4. Haec editio optima, quippe quae

notis

notis *Petri Duval* inſtructa. *Anglice* in collectione Purchaſiana T. II. — . Maxima huius itinerarii pars occupatur narratione de auctoris fatis, naufragiis, captivitate etc.

CORNELII DE VENA Navigatio in Indiam orientalem. Francof. 1607. 8. de Vena.

François Martin de Vitré premier voyage aux Indes orientales par les François. à Paris 1604. 8. de Vitré.

CASPAR DE SANTO BERNARDINO ſ. DE SAA (Monachi Franciſcani Luſitani, florentis circa initium ſaeculi XVII) *Itinerario da India por tierra haſta el Reyno de Portugal* (a. 1605). *Lisboa* 1611. 4. de S. Bernardino ſ. de Saa.

PIETER VAN DEN BROEK *XXViaarige Reizebeſchryvinge* .... Leeuwarden 1717. 8. Plures forte editiones exſtabunt. — Multas quoque Africae regiones deſcribit auctor, quippe qui mercaturae ſtudens, quater in Africae partibus fuit. Indiam orientalem viſit ab a. 1613 usque ad a. 1627. Obſervationes, quas litteris mandavit, quantivis pretii ſunt. Primus erat, qui originem Bataviae, centri potentiae Belgicae in India orientali, narraret. Quapropter, aliasve ob cauſſas, itinerarium hocce maxime commendabile eſt. v. d. Broek.

EDWARD TERRY'S *Voyage to the Eaſt-India.* London 1655. 8. Et in collectione Purchaſiana Vol. II. Et Thevenotiana (*Pariſ.* 1664 ſqq.) T. I. — Auctor, poſtquam Oxonii litterarum ſtudiis operam dediſſet, nave mercatoria in Indiam orientalem vectus, legati Anglici in aula Mogolis magni capellanus creatus, poſt reditum munere ſacerdotis in Anglia functus, obiit a. 1660. Indiam viſit a. 1615 ſqq. Terry.

THOM. RHOE *Journal van de reyzen naer Ooſt-Indien en den grooten Mogol.* Amſterd. 1656. 8. Et in collectione Thevenotiana T. I. P. II. — Rhoe.

Prudens hic doctusque peregrinator a. 1615 legatus regis Angliae, ſumtibus vero ſocietatis Anglo-Indicae, rei mercatoriae promovendae cauſſa in aulam magni Mogolis miſſus, a. 1617 in Angliam reverſus, multa memoratu digna, in primis de aula iſta, typis mandavit.

Bontekoe. WILHELM ISBRANDSZON BONTEKOE (navigatoris Belgici) *Journal ofte gedaankwirdige beſchryving van de Ooſt-Indiſche Reyſe, begonnen* 1618 en *volleyndight* 1625. t'Utrecht 1651. 4. t'Amſterd. 1656. 4. ibid. 1659. 4. ibid. 1662. 4. ibid. 1681. 4. cum figg. aen. *Francogallice* à Amſterd. 1681. 12. Et in *Recueil des Voyages de la Comp. des Indes orientales* T. IV. Et in collectione Thevenotiana T. I. — *Theotiſce* in *Allgemeinen Hiſt. der Reiſen* T. VIII. Et in *Sammlung mehrerer merkwürdiger Geſchichten zur angenehmen und nützlichen Lectüre.* Brandenb. 1783. 8. — Geographiae parum inſervit.

Herbert. THOMAS HERBERT *Travels into the Eaſt* (1626-1627). Lond. 1634. 4. Opus ſupra Vol. I. P. II. p. 56 laudatum. Hoc loco addimus verſionem Belgicam, *Dordrecht* 1658. 4.

van Rechteren. SEYGERS VAN RECHTEREN *Journael van een Ooſt-Indiſche Reiſe.* Zwoli 1639. 4. A. 1628 et ſqq. iter inſtitutum.

P. a S. T. P. a S. T. (PATRIS A SANCTA TRINITATE) *Orientaliſche Reiſebeſchreibung; worinnen unterſchiedliche Begebenheiten ſeiner Reiſe, vielerley orientaliſche Landſchaften, das Gebürg, Meer und Flüſſe, die Zeit-Rechnung der Fürſten, ſo darinnen geherſchet, ihre Einwohner ſowol Chriſten als Unglaubige, ingleichen auch die Thiere, Bäume, Pflanzen und Früchte, ſo darinnen gefunden werden, endlich mancherley Geſchichten, ſo darinnen ſich haben zugetragen.* Frankfort 1671. 8. — Auctor, ex ordine Carmelitarum

Fran-

Francogallicorum, relationes de miſſionibus Romano-Catholicis in Orientis partibus amplas exhibet. Ab a. 1629 peragravit Arabiam, Perſiam et Indiam. Libro IV occurrit hiſtoria quatuor Monarchiarum plane ſuperflua. Opus e ſermone Francogallico in Theotiſcum translatum videtur, licet hoc nullibi indicetur.

IOH. SIEGMUND WURFBAINS *Vierzehnjährige Oſtindianiſche Kriegs- und Oberkaufmannsdienſte in einem richtig geführten Tagebuch — mit unterſchiedlichen Kupfern gezieret, endlich an den Tag gelegt von* I. P. W. D. (i. e. Ioh. Paul Wurfbain, Doctor, filius Ioh. Sigismundi.) *Sulzbach* 1686. 4. *Tübingen* 1688. 4. Ante iam brevem huius diarii epitomen exhibuerat *Leonardus Wurfbain*, Ioh. Sigismundi patruus, hoc quidem titulo: I. S. WURFBAINS *Reiß-Beſchreibung*. Nürnb. 1646. 4. — Auctor, Norimbergenſis, ab a. 1632 usque ad 1646 ſocietati mercatoriae Belgico-Indicae variis modis magnaque cum laude utilem operam praebuit. Wurfbain.

Cf. I. A. WILLII *Nürnberg. Gelehrten-Lexicon* T. IV. p. 313 ſq.

IOH. ALBRECHT VON MANDELSLO (equitis Megapolitani † 1644 anno aetatis XXVIII) *Schreiben von ſeiner Oſtindiſchen Reiſe an Adamum Olearium, auſs der Inſul Madagaſcar, A. 1639 abgelaſſen: ſamt einem kurzen Berichte von dem jetzigen Zuſtande des äußerſten Orientaliſchen Königreichs Tzina, mit etlichen Anmerkungen Ad. Olearii.* Schleswig 1645. fol. Recuſa eſt haec epiſtola ſub finem Itinerarii Perſici Ad. Olearii, Vol. I. P. II. p. 56 ſq. a nobis recenſiti, et quidem primis editionibus. Succeſſit poſtea amplior itineris deſcriptio hoc titulo: *Morgenländiſche Reiſsbeſchreibung, worinn* v. Mandelslo.

 zugleich

zugleich die Gelegenheit und heutiger Zuſtand etlicher führnehmen Indianiſchen Länder, Provincien, Städte und Inſuln, ſamt der Einwohner Leben, Sitten, Glauben und Handthierung, wie auch zugleich die Beſchaffenheit der Seefahrt über das Oceaniſche Meer, erzehlet wird; nach des Autoris Tode ausgegeben durch Ad. Olearium, ſamt deſſelben unterſchiedenen Noten und Anmerkungen, wie auch vielen Kupfern. Schleswig 1658. fol. ac Hamburgi, una cum Olearii Itinerario Perſico, 1696. fol. — Verſiones illius, atque Itinerarii Perſici Olearii, *Francogallicas* iunctim dedit *Ad. de Wicquefort*, Amſtelodamenſis, Electoris Brandenburgici Conſiliarius et in aula Gallica Legatus. De quibus aliisque verſionibus cf. Bibl. noſtra l. c. — Auctor Friderici, Ducis Holſato-Gottorpienſis, in prima iuventute cubiculariis adſcriptus nobilibus, eiusdem auſpiciis a. 1633, anno aetatis XVII, in Ruſſiam ac Perſiam, Phil. Cruſio et Ott. Brüggemanno, Legatis ad utriusque Monarchas Ducalibus, comes adiunctus, ſtabuloque horum praefectus, abiit, et regiones iſtas, aliasque Orientis provincias, cum Paullo Flemmingio ac Ad. Oleario, viris doctiſſimis amicorumque intimis, ſequenti peragravit quadriennio. Qui cum, a. 1638 exeunte, ex aula Perſica, cum Legatis ac comitibus horum reliquis, in Holſatiam remigraſſent, ſolus, Friderici Ducis permiſſu, in Oriente ſubſtitit, eiusdemque ſumtu Indiam ac inſulas vicinas, itinere et mari et terra periculoſo, perluſtravit. Ex India in Galliam et Angliam itinere delatus maritimo, inde in aulam Holſato-Gottorpienſem, nec multo poſt in Ducatum patrium Megapolitanum, rediit. Ex iſto tandem in Galliam iterum excurrit, turmaeque equitum a rege Galliarum praefectus, et caſtra aliquamdiu ſecutus, Blaeſiae a. 1644 morbillis exſpiravit. —

Narra-

Narrationes ingenii huius praecocis iudicium haud vulgare ſpirant; non ſolum regionum ſitus, ſed etiam hominum ibi degentium mores ſollerter exponit. Brevis itinerarii epitome ſecundum verſionem Wicquefortianam traditur in *Europe ſavante* 1719. T. XI. p. 17 ſqq.

Cf. I. MOLLERI Cimbria litterata T. II. p. 524 ſq.

NICOLAS DE GRAAF *Voyages aux Indes orientales et en d'autres lieux de l'Aſie, avec une relation curieuſe de Batavia, et des moeurs et du commerce des Hollandois, etablis dans les Indes.* à Amſterd. 1719. 12 mai. cum duabus figurarum aeri. plagulis. — Auctor, arte chirurgus, primum a. 1639 in ſervitium ſocietatis Batavo-Indicae ſe dans, Indiae viſendae nactus eſt occaſionem. Ex eo tempore ſaepius usque ad a. 1687 cum illius Societatis navibus Orientem petiit, atque in itinere accurate mandavit litteris, quicquid ſua in navi accidit, et quaecunque in exteris illis regionibus obſervavit. Sunt igitur hae ephemerides, in quibus multa occurrunt, lectoribus iam aliunde cognita, nec pauca, quae noſſe vix cuiusque intereſt: attamen ſubinde ſe quaedam offerunt lectu haud indigna. P. 102—134 inſerta eſt anonymi deſcriptio inſulae Ceilan, e qua cum civilis, tum naturalis huius inſulae ſtatus bene cognoſci poteſt. P. 269 ſqq. auctor deſcribit urbem Bataviam, ſimulque mores Belgarum in India viventium. de Graaf.

Cf. *Acta Erud.* a. 1519. p. 481 ſq.

IOHANNIS VON DER BEHR *Diarium ſeiner neuniährigen Oſtindianiſchen Reiſe von* 1641 *bis* 1650. Iena 1668. 4. Breslau 1668. 4. *Verbeſſert und mit* CHRIST. EISLINGS *italieniſchen Wegweiſer vermehrt.* Frankfurt 1684. 4. cum figg. aen. — von der Behr.

Auctor,

Auctor, Notarius Lipſienſis, militem egit in India orientali; Lipſiae mortuus eſt circa a. 1691.

Anderſen et Iverſen. *Orientaliſche Reißbeſchreibung* JUERGEN ANDERSENS *und* VOLQUARD IVERSENS, (*aus welchen jener A. 1644 aus Holland ausgezogen, und A. 1650 wiedergekommen, dieſer aber von Amſterdam 1655 ausgereiſet, und 1668 in Holſtein wieder angelanget, beyde aber reſpective durch Oſtindien, Perſien, Sina, Tartarien, Türkey, Arabien und Palaeſtina gezogen, zu Waſſer und zu Lande viel merkwürdige Dinge geſehen, auch erbärmliche Schiffbrüche erlitten*); *aus welcher mit Luſt und Verwunderung zu vernehmen, die Beſchaffenheit und heutiger Zuſtand der Inſeln, feſten Länder und Städte, wie auch der Einwohner Leben, Sitten und Lehre. Ausgegeben durch* Ad. Olearium, *mit ſeinen Noten und etlicher Oerter Erklärungen, auch vielen Kupfern.* Schleswig 1669. fol. Recuſum eſt utrumque hodoeporicum, una cum itinerario Olearii Perſico, *Hamburgi* 1696. fol. *Belgice* autem, interprete *Ioh. Henr. Glazemakero, Amſtelod.* 1670. 4. — Georgius Anderſon f. Andreae, Tunderenſis, homo illiteratus, ſed iudicio inſigni et tenaci memoria, teſte Oleario, praeditus, peregrinandi flagrans amore, a. 1644 e patria in Belgium, ac inde in Aſiam, traiecit, Turciamque, Perſiam, Palaeſtinam, ac provincias eius alias, perluſtravit, immo ad Indos usque penetravit extremos. Eam autem in locis ſingulis luſtrandis, et incolarum moribus, ſacris ac ritibus, notandis, adhibuit diligentiam, quam ab illiterato vix exſpectes, et ſaepe in eruditis peregrinatoribus deſideres. Nolebat is initio, ab amicis licet monitus, hiſtoriam ſui ſcribere itineris, donec pertinaciam eius Dux Fridericus Holſato-Gottorpienſis et auctoritate ſua et aſtu ſequenti expugnaret. Poſtulavit is ſcilicet a noſtro, ut quotidie per horam in bibliotheca ſibi adeſſet,

adeſſet, et apud exteros obſervata viva voce exponeret. Has eius narrationes Olearius, in loco bibliothecae ſecretiore, ignaro Anderſono, abditus, iuſſu Principis, calamo excepit. Poſtea ipſi etiam iniunctum eſt, ut iter ſuum ſcripto comprehenſum exhiberet. Quod autographum ubi Olearius cum annotationibus ſuis, ex ore dicentis exceptis, conſentire deprehendit, adiecto ſimili Volquardi Ivaridis, Huſenſis, itinerario, in libros IV, quorum tres priores Anderſoni, quartus autem Ivaridis iter, enarrant, diviſum, et figuris aeneis, ab ipſo peregrinatore delineatis, ornatum evulgavit.

Cf. MOLLERI Cimbria litterata T. I. p. 18.

JOH. JACOB MERCKLEINS *Oſt-Indianiſche Reiſe;* adiecta *Caronis Beſchreibung des Königreichs Japan etc.* Norimb. 1663. 8. et *Arnoldi wahrhaftigen Beſchreibungen dreyer mächtigen Königreiche Japan, Siam und Corea.* ibid. 1672. 8. (p. 901-1131.) Auctor iter peregit a. 1644—1653. — Auctor chirurgus, ſocietati Belgo-Indicae mercatorum ſerviens, quae ipſe obſervavit, diligenter conſignavit. Mercklein.

JOH. JACOB SAARS (Norimbergenſis) *Oſtindianiſche funfzehnjährige Kriegsdienſte und Beſchreibung, was ſich in ſolcher Zeit von* 1644 *bis* 1659 *begeben, am allermeiſten auf der Inſel Ceylon.* Nürnberg 1662. 8. cum figg. aen. Editio auctior annotationibus ex aliis itinerariis petitis *ibid.* 1672. fol. cum figg. aen. *Belgice* a *I. H. Glazemaker*, ſecundum editionem priorem, *Amſterd.* 1671 et 1673. 4. cum figg. aen. — Editor huius itinerarii fuit *Daniel Wülfer*, eccleſiaſtes Norimbergenſis, qui etiam diſſertationem ſuper militia Belgica in orientali India praemiſit, alterique editioni annotationes bene multas, quibus Saarii relationes vel confirmantur vel amplificantur, inſeruit. Saar.

HEN-

Soete-boom. HENDRIK SOETEBOOMS *Vornaamſte Zeegetogt na de Ooſt-Indien, gedaen met de achinſche en molukſche Vlooten, onder de Admiralen Jacob Hemskerken Wolfert Harmansz.* Amſterd. 1648. 4.

le Tellier. JEAN LE TELLIER *Voyage aux Indes orientales.* à Dieppe 1649. 4.

van Purmer-End. CORNELIS CLAESZ VAN PURMER-END *Ooſtindiſche Reys-Beſchryvinge.* Amſterd. 1651. 4.

Ioſephus a S. Maria. *Prima ſpedizione all' Indie Orientali del* P. F. GIOSEPPE DI S. MARIA, *Carmelitano ſcalzo, delegato apoſtolico ne' Regni de' Malavari, ordinata da N. Signore Aleſſandro Settimo.* In Roma 1668. 4. — Auctor, a. 1655, cum tribus aliis monachis Carmelitis in orientalem Indiam miſſus, ut Chriſtianos, nomine Apoſtoli Thomae inſignitos diſperſosque per Indiam, ab Archiepiſcopo eorum, Cranganore degente, ſubduceret atque Pontifici Romano ſubiiceret. Romam reverſus diarium f. itinerarium ſuum typis exprimi curavit. Regiones et loca a ſe viſa, multas praeſertim Aſiae urbes nobiliores, varios itidem Indorum mores, ſat diligenter deſcribit.

Cf. JAGEMANNS *Magazin der Italieniſchen Litteratur* T. I. p. 280—286.

Vincenzo Maria di S. Caterina da Siena. *Viaggio all Indie orientali del* P. F. VINCENZO MARIA DI S. CATERINA DA SIENA, *Procurator generale de' Carmelitani ſcalzi.* In Roma 1673. fol. — Auctor, ſocius modo dicti Carmelitae, itinerarium ſuum, multo amplius, quam Ioſephi, in libros quinque diviſit. In quorum primo atque ultimo omnia, quae in itinere vidit, loca v. c. eorumque ſitum faciemque externam, incolarum mores, aliaque memorabilia, exhibet. Secundus narrationem de monimentis, S. Thomae Maliapuri adſcriptis, deque ortu et progreſſu Chriſtianiſmi

illis

iſtis in regionibus, continet. Tertius agit de regnis ac populis Indicis et de eorum ſtatu politico et domeſtico. Quartus autem de hiſtoria naturali, de animalibus praeſertim. Regiones Indiae nonnullae deſcribuntur, ab aliis raro aut negligenter perluſtratae v. c. inſula Zocotora. Multa caeterum inſunt, quibus lubenter careremus, fabulae nugaeque.

Cf. JAGEMANN l. c. T. III. p. 348—361.

Nieuhof.

JAN NIEUHOF *Zee- en Landreize vor verſchiedene geweſten van Oſt-Indien, met en verhaal der Stad Batavia.* Amſterd. 1682. fol. ibid. 1693. fol. cum figg. aen. — Auctor circa a. 1655 et ſqq. omnes paene Indiae orientalis partes peragravit, rerumque Indicarum peritiſſimus fuit. De aliis eiusdem itinerariis alibi agetur.

Centellas.

JOACHIM CENTELLAS *Voyages et conquetes des rois de Portugal aux Indes.* à Paris 1658. 4.

Schouten f. Schulzen.

WOUTER SCHOUTEN (h. e. WALTER SCHULZEN) *Ooſt-Indiſche Voyagie, vervattende veel voorname voorvallen, ongemeene vreemde Geſchiedeniſſen, bloedige Zee- en Landgevechten, tegen de Portugezen en Makaſſaren, Belegering, Beſtorming en Verovering van veel voorname Steden en Caſteelen, mitsgaders en curieuſe Beſchryving der vornaemſte Steden, Landen, Eylanden, Koningrijken in Ooſt-Indien, haer Wetten, Zeden, Godsdienſten, Coſtuymen, Drachten, Dieren, Vruchten en Planten, als ook ſyn ſeer gevairlijke Wederom-Reyſe na't Vaderlant, daer in een byſonderer harde Ontmoetinge met de Engelſe Oorlogsvloot, ſoo in Bergen in Noorwegen, als in de Noord-Zee. Verciert met ſeer konſtige kopere Platten ſoo van de voornaemſte Steden als andere aenmerckelijke Saken, door den Schryver in Indien getekent.* Amſterd. 1676. 4. ibid. 1707. 4. — *Theo-*

Theotiſce a I. D. ibid. 1676. fol. cum figg. aen. — *Francogallice.* ibid. 1707. II Voll. in 12 mai. à Rouen 1725. II Voll. in 8. cum figg. aen. — Auctor, chirurgus Harlemenſis, quae ab a. 1658 usque ad 1665 in itinere et in Orientis partibus Indicis vidit et obſervavit, miro animi candore narrat, mores in primis ac ritus populorum variorum, bella a Belgis geſta, resque naturales, in inſula praeſertim Iava obvias, ita, ut lectorem inſtruat aeque ac delectet. Addita eſt in fine deſcriptio naufragii horrendi navis Belgicae, *ter Schelling* dictae, cum figuris aeneis, auctore FRANC. IANSZ. VON DER HEYDE, qui etiam adiecit deſcriptiones breves regnorum Arakan, Mortavan, Tanaſſerey et Bengala.

Chardin. JEAN CHARDIN, ab a. 1664 usque ad 1677 in Perſia et India orientali commoratus, a nobis iam laudatus Vol. I. P. II. p. 59 ſeqq.

de Renneſort. SOUCHU DE RENNEFORT *Hiſtoire des Indes orientales et des établiſſemens de la Compagnie Françoiſe du commerce.* à Paris 1688. 4. à Leide 1688. 12 mai. — Titulum iuſto latiorem ex errore libro huic datum eſſe, indicatur ſub finem. Inſcribi enim ex auctoris inſtituto debuiſſet: *Memoriale* aut *commentarius ad iuvandam vel illuſtrandam hiſtoriam Indicam.* Continet enim narrationem particularem de navigatione in inſulam S. Laurentii ſive Madagaſcar, a ſocietate mercatorum Gallicorum, auſpiciis regiis, anno 1664 et 1666 ſuſcepta (antea quoque ſeparatim *Pariſ.* 1668. 12 in lucem editam), et quae illius occaſione alibi, maxime Suratae urbe, usque ad a. 1671 geſta ſunt, quo tempore Francogallorum conatus parum felicem finem habuit. Auctor, qui primae navigationi a. 1664 coeptae, ut Secretarius regii in inſula iſta conſtituti Conſilii, interfuit, impedita autem

autem ab aemulis functione, a. 1666 Galliam repetens in Anglorum manus, eo tempore cum Gallis bellum habentium, incidit, deſcribit parte I, quae ipſe vel in navigatione, vel in coloniis Francogallorum in India, vel captivus in Anglia vidit et expertus eſt. Pars autem II et III aliena nititur relatione et fide. Nihilominus ſcriptori, licet ſe infacundum et indoctum eſſe profiteatur, diligentis viri laus non invidebitur. Laudanda eſt ingenuitas, quae meritis elogiis infelicem virtutem non defraudavit. Retulit inter alia conſultationem de commerciis Indicis, qua meliorem hucusque dari potuiſſe negat. Caeterum multa notatu digna hinc inde in hoc opere lectores invenient, etſi auctoris laborem alii in deſcriptione locorum dudum videantur praeveniſſe.

Cf. *Acta Erud.* a. 1688. p. 468 ſqq.

VOYAGES DE MR. THEVENOT, *contenant la relation de l'Indoſtan, des nouveaux Mogols, et des autres peuples et pays des Indes.* à Paris 1684. 4. Et in collectione omnium Thevoneti itinerariorum (à Paris 1689. V Voll. in 8. à Amſt. 1705. V Voll. in 12. *à Amſt.* 1725 et 1727. V Voll. in 12.). Haec relatio continet ea, quae priora Thevenoti itinera, duobus voluminibus edita, ſubſecuta ſunt, id eſt, hiſtoriam profectionis a Balſora in Indiam, et inde rurſus in Perſidem, coepta d. 25 Novembr. 1666, cuius, ut et vitae peregrinantis, menſe Novemb. a. 1667 defuncti, meta fuit oppidum Miana Perſicae ditionis. Inveniuntur et in his poſthumis commentariis, quae cum aliorum narratis conferri merentur, et quae alicubi lucem afferunt, aut neglecta ſupplent. Duobus libris abſolvitur hoc opus. Primus XLIX habet capita, in quibus agitur de Indiae finibus et diviſione, et de magni Mogolis, quem Thevenot.

vocant, latiſſime tunc temporis inter Indos regnantis familia, potentia, provinciis, urbibus, populis, eorumque religione, ritibus et caerimoniis. Liber ſecundus capitibus XII exponit auctoris relationes de Decanenſis regni provinciis, quae per ſeditiones et rebelliones in particularia regna tempore iſto diviſae fuerunt. Caeterum ſimplicitas dictionis ingenium auctoris ita exprimit, ut de veritate narratorum magna lectoribus fiducia ſuboriatur, de iis praeſertim, quae auctor ipſe vidit et expertus eſt; neque enim diſſimulat, quae ab aliis accepit, inter quae ſunt, quae de reditibus aerarii Mogolenſis leguntur. Malabaricarum litterarum, quarum multus in iſtis regionibus uſus eſt, figura et ſonus deſcribitur; nec minus notabilia ſunt, quae de monetis et ponderibus, de *Caſtis* ſ. tribubus paganorum ſ. idololatrarum Indorum, et de abominandis illorum ſacris referuntur. Quae omnia Thevenotius, unice id agens et cunctarum, quibus opus erat, linguarum gnarus, facilius rectiusque perquirere et obſervare potuit, quam qui mercaturae ſolum cauſſa peregrinantur, et ut plurimum indocti ſunt. Adiecta capite ultimo habentur paucula ad res Perſicas pertinentia, et inter ſchedas auctoris reperta, quae cum Indicis iſtis conſervari poſſe editori viſum fuit.

Cf. *Acta Erud.* a. 1685. p. 407 ſq.

Tappe. DAVID TAPPENS *funfzehnjährige Oſtindianiſche Reiſebeſchreibung von* 1667 *bis* 1682. Hannover und Wolfenbüttel 1704. 4. ibid. 1714. 4. cum figg. aen.

v. Overbeke. AERNOUT VAN OVERBEKE *Geeſtige en vermaeckelycke Reys-Beſchrijvinge naer Ooſt-Indien, in Dienſte van de E. E. Heeren Bewinthebberen van de Ooſt-Indiſche Compagnie, voor Raet van Juſtitie,* ...

dem Jare 1668. *Vervattende verſchey de kluchtige voorvallen, en koddige gedachten op deſelve, gedurende ſijn Reyſe van Amſterdam tot Batavia. Gedruckt by Jan Jooſten* 1671. 4. Et inter eiusdem opera, Belgice ſcripta, *Amſterd.* 1677. 8.

GERRET VERMEULEN *Gedenkwaerdige Voyagie van hem naer Ooſt-Indien, in't Jaar 1668 aengevangen en in't Jaar 1674 voltrokken; daarin onder veel andere toevallen, de vermaarde Oorlog tegen de Koning van Makaſſar beknoptelijk verhaalt, en de verſcheyde voorvallen, daer in voorgekomen, et het eynde daar af, vertoont worden; nevens een nau-keurige van des Schijvers Heen-Reys, enwat hy in die geweſten van Indien heeft gevonden, hare Wetten, Zeden, Godsdienſt, Coſtuymen, Cleding, Dieren, Vruchten en Plantagien des Lands; en ſyn weeromreys tot Amſterdam. Met kopere Platen vercieret.* Amſterd. 1677. 4. Vermeulen.

Merveilles des Indes orientales. à Paris 1669. 4. Merveilles etc.

ALBRECHT HERPORT *Burgers der Stadt Bern und der Mahlereykunſt Liebhabers, kurze Oſtindianiſche Reiſe-Beſchreibung, darinnen vieler Oſtindianiſchen Inſulen und Landſchafften Gelegenheit, der Einwohner Sitten und Gottesdienſt, allerley Früchten und wilden Thieren Beſchaffenheit, ſampt etlichen nachdenklichen Belaegerungen und Schlachten zwiſchen der Holländiſchen Oſtindianiſchen Compagney einerſeits, und etlicher Oſtindianiſchen Königen und Portugeſiſchen Kriegs-Völkern anderſeits, beſchehen, ſonderlich der Chineſiſchen Belägerung und Eroberung der Inſel Formoſa, angemerkt, und in etlichen Kupfferſtuken verzeichnet zu finden.* Bern 1669. 8. — Herportus d. 25 Maii 1659 e Belgio navi vectus Indiam petiit annoque 1668 in Helvetiam rediit. Copioſus cumprimis eſt in deſcribendis hominum moribus, caerimoniis religioſis, rebus naturalibus etc. Herport.

Dellon. DELLON, *Docteur en Medecine, Nouvelle Relation d'un voyage fait aux Indes orientales, contenant la deſcription des Isles de Bourbon et de Madagaſcar, de Surate, de la côte de Malabar, de Calicut, de Tanor, de Goa etc. Avec l'hiſtoire des Plantes et des animaux qu'on y trouve, et un Traité des Maladies particulieres aux pays Orientaux et dans la route, et de leurs Remedes. Avec figures en taille-douce, et un traité des maladies des Orientaux.* à Paris 1685. II Voll. in 12. à Amſterd. 1699. II Voll. in 12. ibid. 1709. II Voll. in 12. *Augmenté des diverſes pieces curieuſes, et de l'hiſtoire des Dieux, qu'adorent les gentils des Indes.* à Cologne 1709. 8. Omnes cum figg. aen. *Anglice*, Lond. 1698. 8. — *Theotiſce*, Dresd. 1700. 12. — Auctor, per decem annos integros (ab a. 1668 usque in a. 1677) in India orientali commoratus, eo rectius obſervare potuit, quae ad illuſtrandam hiſtoriam naturalem pertinent, quod medicam artem profiteretur, et ſic in cauſſas effectuum penetraret. Itaque vulgares errores (v. c. de Elephante) aliquando notat, ab aliis praetermiſſa ſupplet, ſuccinctaque caeterum brevitate efficit, ut liber magna cum voluptate pervolvatur. Rediens ex India orientali in Galliam attigit Braſiliam, cuius indolem moresque incolarum quoque deſcribit. Commendatur in primis tractatus ad calcem libri adiectus, in quo de morbis partim in India graſſantibus, partim Europaeos, dum illuc navigant, invadentibus agit, et exponit, quo medendi artificio Indi mala corporis profligare et priſtinam valetudinem reſtituere conentur. Editio Colonienſis habet etiam auctoris eiusdem relationem de inquiſitione Goana. Tabulae aeri inciſae urbes Indicas hominumque veſtitus repraeſentant. Prima praecipue grata, quippe quae inſulas promontorii viridis ſiſtit.

AUGU-

AUGUSTIN VAN BEAULIEU *de ramſpoedige Scheep-vaert der Franſchen naer Ooſt-Indien onder ſyn beleyd als Generael, met drie Schepen uyt Normandien Maer oock veel aanmercklijke Beſchrijvingen der Plaetzen daer hy geweeſt heeft, ſijne Handelingen met l'inwoonders, heer Wetten, Zeden en Gewoonten. — Door I. H. Glazemaker uyt de Franſche taal getrokken en vertaelt.* Amſterd. 1669. 4. Cum figg. aen. Nec de archetypo nec de verſione Belgica quidquam, praeter titulum, reperire licuit. Exſtat quoque in collectione Thevenotiana (T. I. P. II.): ea vero nunc non ad manus eſt. Beaulieu.

FRID. BOLLING *Ooſt-Indiſke Reiſebog.* Kiobenh. 1678. 4. Iter ab a. 1669 usque ad 1673 inſtitutum. Bolling.

(JAQUES) DE LA HAYE et (FRANÇOIS) CARON *Journal des Voyages des grandes Indes, contenant tout ce qui s'eſt fait et paſſé par l'eſcadre de S. M. ſous le commandement du premier, depuis ſon départ de la Rochelle au mois de Mars 1670 juſqu'au mois de Septembre* 1674. à Orleans 1697. 12. à Paris 1698. 12. Editio Pariſina a. 1674. 12, quam *Stuckius* in *Verzeichniß von Land- und Reiſe-Beſchreibungen* (p. 140) laudat, dubia nobis videtur. Laudatur quoque liber ſic inſcriptus: *Voyages des Indes orientales, faits avec le Sieur Caron, Directeur pour la Compagnie des Indes, en* 1670, 1671 *et* 1672, *par M.* CARRE'. à Paris 1699. II Voll. in 12. Utrum eiusdem itinerarii alia editio ſit, an prorſus aliud, dicere non habemus. — Itinerarium iſtud lucido ordine compoſitum fideque dignum, cuius ſcriptorum alter, nobilis Francogallus atque chiliarchus, a rege ſuo claſſi, expeditioni verſus Indiam contraque Belgas, expugnationi inſulae Ceilan inprimis deſtinatae, a. 1670 praefectus eſt: alter vero, Caron, itidem Francogallus, director de la Haye et Caron.

 gene-

generalis ſocietatis Gallico-Indicae fuit, Belgis antea per longum tempus in India dans operam, inimicus autem illis factus, eandem popularibus contra iſtos locans.

de l'Eſtra. DE L'ESTRA *Relation ou Journal d'un voyage aux Indes orientales depuis* 1671 *juſques en* 1675. à Paris 1677. 8.

Balde. PHIL. BALDE ſ. BALDAEUS *Beſchryving der Ooſtindiſchen Landſchapen Malabar, Choromandel, Ceylon* etc. Amſterd. 1671. fol. Cum figg. aen. — *Theotiſce* hoc titulo, ex quo ſimul argumentum operis cognoſcas: *Wahrhaftige ausführliche Beſchreibung der berühmten Oſt-Indiſchen Küſten Malabar und Coromandel, als auch der Inſel Ceylon: ſamt dero angränzenden und untergehörigen Reichen, Fürſtenthümen, Ländern, Städten, vornehmſten Hafen, Gebäuden, Pagoden, Gewächſen, Thieren; der Einwohner Geſtalt, Sitten, Kleidertracht, Haushaltung, Ceremonien: ſo wol auch der merkwürdigſten Kriegshändel, Belägerungen, Feld- und Seeſchlachten, ſonderlich zwiſchen den Portugeſen und Holländern, Handel- und Kaufmannſchaften: durchgehends verzieret mit Landkahrten und Abbildungen der vornehmſten Städte, Feſtungen, Trachten, Thiere, Früchte etc. ſo in India ſelbſt nach dem Leben gezeichnet, und folgends mit Fleiß zu Kupfer gebracht: Benebſt einer umſtändlichen und gründlichen Entdeckung der Abgötterey der Oſt-Indiſchen Heyden, Malabaren, Benjanen, Gentiven, Bramines etc. So wol aus ihrem eigenen mit anhero gebrachten Vedam oder Geſetzbuch, und urkündlichen Handgeſchriften, als Geſpräch und Beywohnung ihrer vornehmſten Prieſter und Schriftgelehrten, nachgeſpüret, erforſchet, und widerleget: zuſamt den Abbildungen ihrer Götzen nach dero eigenen Bildern gezeichnet und fürgeſtellet. — Anitzo aus dem Niederländiſchen ins Hochteutſche mit Fleiß über-*

übergeſetzt, und mit einem vollſtändigen Regiſter verſehen. Amſterdam 1672. fol. — Inter omnes, qui nobis Indiam orientalem deſcriptam dedere, in primis fidem meretur Baldaeus, Delphenſis, vir eruditus verbique divini miniſter primo annum in Punte Gale, poſtea in regno Iaffnapatnam in inſula Ceylon VIII annos, qui omnibus, quae refert, geſtis ipſe interfuit. Praeſertim vero in explicanda gentilium iſtorum idololatria priores omnes ſpatio poſt ſe reliquit. Mappae geographicae, ichnographiae urbium et figurae rerum variarum, per ſe utiles, eleganter quoque maximam partem aeri inciſae ſunt.

JOHN FRYER'S *New Account of Eaſt-India and Perſia, in eight Letters, being nine Years Travels, begun 1672, and finiſhed 1681; illuſtrated with Maps, Figures and uſeful Tables.* London 1698. fol. *Belgice*, Hag. Comit. 1700. 4. Fryer.

CHRISTIAN BURCKHARDS *Oſtindianiſche Reiſebeſchreibung.* Halle 1693. 12. — Auctor, Hala-Saxo, Landgravio Ludovico Haſſo-Darmſtadino a litteris fuit: anno autem 1674 militiae ſe dicans iter ſuſcepit in Indiam, ibique per ſeptem annos commoratus eſt. Poſt reditum ipſe itineris deſcriptionem exhibuit ſatis macilentam. Burckhard

CHRISTOPH SCHWEITZERS *Journal und Tagebuch ſeiner ſechsjährigen Oſtindianiſchen Reiſe; angefangen den 1ten Decemb. 1675 und vollendet den 2ten Sept. 1682, darinnen er dieſe Länder und deroſelben Einwohner, ſonderlich der Singuleſen, Malabaren, Amboneſen und anderer Nationen Sitten und Gebräuch, als auch der in dieſen Landen befindlichen Städte, Thiere, Gewächs, Edelgeſtein, nebenſt andern curieuſen Materien und Begebnüſſen beſchreibet. Auff Begehren zum Truck befördert und mit einem Regiſter als auch etlichen Kupffern verſehen.* Tübing. 1688. 4. — Schweitzer.

Scriptor huius itinerarii, Wirtembergenſis, miles, immunis tamen excubiarum, ſocietati Belgico-Indicae ſerviit. Narrationem ſuam, triviali more compoſitam, primum Belgice ſcripſerat, poſtea eandem Theotiſce reddidit.

Toſi. *Deſcrittione geografica et hiſtorica dell' India orientale, del P. Abbate* CLEMENTE TOSI, *della congreg. di S. Silv. dell' Ord. de S. Bened.* Volume I, *dove ſi tratta della parte intra Gangem, contenente li Regni ſoggetti all' Imperio del gran Mogol, Kabul, Kandaar, Multan, Hojacon, Baker, Tatta, Overoſinde, Soret, Cambaja, Chitor, Jeſelmeere, et Jangapor, Aſtake, Caſſimere, Pangal e Jeneba, Dely, Bando, Berar e Malva, Candiſe, Gualiar e Navar, Paropia, Senabal, Bahar e Patna, Naugracut, Banſiſu Siba, Kakers, Gor e Peitan, Kanduana, Jeſual Mevade, Udeza, Bengala.* Volume II, *dove ſi tratta delle parte extra Gangem, continente li Regni di Aracan, overo Imperio del Mogol, del Pegu, di Brama e di Sciammon, di Siam, di Cambogia, del Lao, overo di Langione, della Cocincina, del Tunchino e l'Imperio della China; e ſi deſcrivono le qualite de Prencipi che ſi ſignoreggiano, li coſtumi, religioni e richezze di Popoli che vi habitano con la confutatione e altri loro errori.* Roma 1676. 4.

Parthey. DANIEL PARTHEYS' *Oſtindianiſche und Perſianiſche neunjährige Kriegsdienſte und Reiſen und Beſchreibung, was ſich von 1677 bis 1686 zugetragen.* Nürnberg 1687. 12. ibid. 1698. 12.

P.V.D.B. P. V. D. B. *Curieuſe Beſchryvinge van de gelegentheydt, Zeden, Godts-dienſt en ommegang van verſcheiden Ooſt-indiſche Geweſten, en machtige Landſchapen, en inzonderheit van Golconda en Pegu, mede een pertinente Aenwyſingh hoe men door heel Indien alle plaetſen op ſijn tijdt moet bevaren, alles uyt de eygen onderwindingh in veel Jaren aengeteekent en by*

een

en vergadert, over den Heer P. V. D. B. *Niet allen voor allerhande ſlagh van Liefhebbers, maer beſonderlijk voor alle gemeene en geſach-hebbende Ooſt-Indiſch-Vaerders, en voor alle Heeren Bewint-hebberen en Participianten van de hoogemelte Ooſt-Indiſche Compagnie, ſeer dienſtigh om geleſen te werden.* Rotterdam 1676. 4.

IOH. WILHELM VOGELS *Journal ſeiner Reiſe nach Holland und Oſtindien.* Leipz. 1690. 12. Poſtea hoc titulo: *Zehnjährige neu revidirte und vermehrte oſtindianiſche Reiſebeſchreibung von* 1675 *bis* 1688. Altenburg 1704. 8. ibid. 1716. 8. — Auctor, Saxo-Gothanus, poſt reditum ex India variis muneribus civilibus functus cum Gothae, tum Altenburgi, tum Coburgi, ubi a. 1723 mortuus eſt. Itinerarium vix mediocribus accenſendum. Vogel.

IOH. CHRIST. HOFFMANN *Oſtindianiſche voyage.* Caſſel 1680. 8. Hoffmann.

CHRIST. FRICKENS *Oſtindianiſche Reiſen und Kriegsdienſte, von* 1680-1685. Ulm 1692. 8. Cum figg. aen. Frick.

Oſt-Indianiſche Reiſebeſchreibung oder Diarium, was bey der Reiſe des Churf. Sächſ. Berg-Commiſſarii, D. BENJAMIN OLITZSCH, *im J.* 1680 *von Dresden aus bis in Aſiam auf der Inſul Sumatra Denkwürdiges vorgegangen, aufgezeichnet von* Elias Heſſen. *Pirna* 1687. 12. *Leipz.* 1690. 8. *ibid.* 1735. 8. Cum mappa geographica. Auctor comitibus nonnullis rei metallicae peritis, e quorum numero E. Heſſus ſcribae munere functus erat, iter ab a. 1680 usque ad 1683 inſtituit. Metallorum fodina, in inſula Sumatra ab eo condita, aeri inciſa narrationi haud contemnendae adiecta eſt. Olitzſch.

Der durch Europam lauffende, durch Aſiam fahrende, an Americam und Africam anlandende, und in Oſt-Indien lange Zeit gebliebene Schwabe: Oder Wintergerſt.

Reiſsbeſchreibung, welche in 22 Jahren an bemeldte Oerther verrichtet, was dabey Denkwürdiges geſchehen und in Acht genommen worden. Mit ſchönen Kupffern geziert, und an den Tag gegeben von MARTIN WINTERGERST, *von Memmingen. In Verlegung Joh. Wilh. Müllers daſelbſt* 1713. 8. — Iter coeptum a. 1680 et per ſequentes XXII annos continuatum ab auctore, homine illiterato panificioque operam dante, in vulgi gratiam, ut ipſe profitetur, deſcriptum eſt. Tabulae aeri inciſae, quas libri titulus pulchras mentitur, foedae potius ſunt atque deformes minimeque ad vivum delineatae.

Hamilton. *A new Account of the Eaſt-Indies; being the obſervations and Remarks of Captain* ALEXANDER HAMILTON. *who ſpent his time from the year* 1688 *to* 1723, *trading and travelling by Sea and Land to moſt of the Countries and Islands of Commerce and Navigation, between the Cape of Good-Hope and the Island of Japan.* Edinburgh 1727. II Voll. in 8. — Praeſtantiſſimis in hoc genere libris adſcribitur opus hocce, cuius auctor non ſolum longum iſtud per tempus rebus magni momenti interfuit, ſed etiam linguarum Indicarum praecipuarum peritus omnia memorabilia ſummo cum ſtudio expoſuit.

Ovington. JOHN OVINGTON *Voyage to Suratt in the year* 1689 etc. *With a deſcription of the islands Madera and St. Helena.* London 1698. 8. — *Francogallice* a *Niceron.* Pariſ. 1725. II Voll. in 12. ibid. 1735. II Voll. in 12. ibid. 1753. II Voll. in 12. — Non male operam poſuiſſe cenſendus Hodoeporici huius auctor, quod ea, quae prae reliquis ipſi in iis, quas peragravit, regionibus relatu digna viſa ſunt, litteris mandare voluerit. Multa quidem iam in ſuperioribus huius generis libris conſignata reperiri, harum rerum periti facile advertent: ſunt tamen non pauca etiam, quae legentium cupiditatem

tem accendant. Complectitur autem liber, praeter iter Suratenſe, hiſtoriam motuum Golcondenſium, deſcriptionem regni Arraconenſis et Peguani, recenſum monetae Perſicae Indicaeque, et denique obſervationes de bombycibus. Sunt praeterea digna lectu, quae narrantur de inſulis Madera, San Jago, Annobono, de incolis Africae occidentalis, praecipue Malembae, de inſulis St. Helenae, Madagaſcar, St. Iohannae et Bombay; porro de magno Mogole eiusque opibus, in primis de Aurengzebo, de Mauris et Banianis eorumque caerimoniis religioſis, vivendi ratione etc. nec non de Faquiris et Parſibus, de Anglorum Surattae a. 1691 et 1692 viventium fatis, de Mocca, aliisque ſuper mari rubro ſitis locis, de promontorio bonae ſpei et Hottentottis, inſulaque Aſcenſionis. Auctor a. 1693 in Angliam reverſus eſt.

Relation du voyage et retour des Indes orientales pendant les années 1690 et 1691; par un garde de la marine ſervant ſur le bord de M. du Queſne. à Bruxelles 1692. 12. à Paris 1693. 12. *Theotiſce*, Hamburg 1696. 12. — Miles iſte navalis nobilis audit MICHAEL POUCHOT DE CHANTASSIN. Quae iſte nude et leviter deſcripſit, longe maiore adhibita opera et doctrina ſequenti in opere exponuntur: de Chantaſſin.

Journal d'un voyages fait aux Indes orientales par une eſcadre de ſix vaiſſeaux commandés par M. du Queſne en 1690 et 1691, par ordre de la compagnie des Indes orientales. à Rouen 1721. III Voll. in 12. Cum figg. aen. — Hocce diarium, cuius auctor, DES CHALLES, ſcribae officio in hoc itinere functus, vera ſe ſemper dixiſſe, per omnia ſacra affirmat, ex tribus aliis compoſitum eſt, e quibus unum in gratiam iuſſuque Marchionis *de Seignelai* conſignatum eſt. Nunquam, uti in praefatione de Challes.

per-

perhibetur, in lucem editum fuiſſet, eo quod multas res palam exponat, quas celare multorum interſit, niſi poſt mortem auctoris, inſciis cognatis eius, amicus quidam typis id deſcribendum curaſſet, et ita quidem, ut in autographo nihil quicquam mutaretur, licet nonnulla nec caute nec caſte ſatis poſita, nonnulla etiam ſuperflua et minus neceſſaria videantur. Habetur autem in *tomo* primo itineris initium a portu Ludovici in Britannia usque ad promontorium bonae ſpei; in tomo *ſecundo* progreſſus in Siam usque; et in hiſce duobus tomis acta anni 1690 recenſentur; tomus tertius incipit cum primordio anni 1691, et, quae in patriam revertentibus contigerunt, perſequitur, inſerta copioſa Martini, Ducis Gallorum in India, de rebus Gallorum in India orientali, earumque incremento promovendo, relatione.

Cf. *Acta Erud.* Suppl. T. VIII. p. 25 ſqq.

Leguat. *Voyage et avantures de* FRANÇOIS LEGUAT *et de ſes Compagnons en deux isles deſertes des Indes orientales; avec la Rélation des choſes les plus remarquables, qu'ils ont obſervées, dans l'isle Maurice, à Batavia, au Cap de bonne eſperance, dans l'isle St. Helene et en autres endroits de leur route.* à Londres (ſeu potius in Belgio) 1708. II Voll. in 12 mai. ibid. 1711. in 12 mai. ibid. 1720. II Voll. in 12 mai. Cum figg. aen. — *Belgice*, Utrecht 1708. 4. — *Theotiſce*, Frankf. und Leipz. 1709. II Voll. in 8. Cum figg. aen. — Leguatus, qui ob Reformatorum ſectae ſtudium e patria ſua Gallia cum innumeris aliis eiusdem ſectatoribus excedere neceſſe habuit, nomen ei dederat coloniae, quae a foederato Belgio in orientalis Indiae inſulam, *Maſcareñas* ſeu *Maſcaregne* dictam, mittebatur, atque Amſtelodamo ſolvens a. 1690 cum ſociis ipſam quidem

illam

illam inſulam, propter impoſturas et nequitiem navarchi ſingularem, non tetigit, ſed per biennium tamen integrum in alia quadam, quae inſula *de Diego Rodrigo* nuncupatur, et a Luſitanis, Ioanne IV imperante, inventa fuit, commoratus eſt. Quamvis ergo oculis ſuis inſulam non uſurpaverit, eius tamen deſcriptionem, quam du Queſnius eo proficiſcentibus dederat, inſerere non omiſit, ex qua patet, ſitam eam inter XXI et XXII latitudinis meridionalis gradum, fuiſſe a Luſitanis *Maſcareñas* primo, deinde a Francogallis illuc delatis Borboniam inſulam dictam. Rodericianam autem inſulam ipſe *αὐτόπτης* Leguatus, et aliquamdiu eius etiam incola, paullo curatius deſcribit, figurasque ſiſtit non paucas tum animalium, tum plantarum arborumque, quae ibidem ſuccreſcunt. Alia loca, libri titulo memorata, breviter quidem delineantur, varia tamen, minus antea cognita, inſeruntur.

Cf. *Acta Erud.* a. 1708. p. 430. ſq.

Nouvelle Relation d'un voyage aux Indes orientales. à Amſterd. 1699. 12 mai. Nouvelle Relation.

Recueil de voyages, qui ont ſervi à l'etabliſſement et aux progrès de la Compagnie des Indes orientales, formée dans les provinces unies des Pais-bas. à Amſterd. 1702 — 1706. V Voll. in 12 mai. ibid. 1707 — 1710. V Tomi in VI Voll. in 12 mai. *Nouvelle Edition revuë et augmentée de pluſieurs pièces.* à Amſterd. 1725. VII Voll. in 12 mai. à Rouen 1725. X Voll. in 12 mai. *Nouvelle Edition, avec les voyages de Gautier Schouten.* à Rouen 1728. XII Voll. in 12 mai. Omnes cum figg. aen. — Haec collectio continet multa itineraria memoratu digna, vel nobis alias incognita, vel antea typis haud expreſſa. Nos eandem e prima tantum editione deſcribere Recueil des voyages etc. par de Conſtantin.

ſcribere poſſumus *). Editor collectionis dedicationi nomen DE CONSTANTIN ſubſcripſit. In praefatione id agit idem, ut, quibus modis Belgarum ad Indos orientales navigantium ſocietas toto terrarum orbe celebratiſſima a tenuibus initiis ad annum usque 1631 — nam ultra non progreditur Noſter — creverit, appareat. *Tomus I* iter Hollandorum et Seelandorum primum ſeptentrionale, pro inveniendo tranſitu in regna Cathai et Sinam per mare iuxta ripas Norvegiae, Ruſſiae et Tatariae, primo loco exhibet, cui ſuccedit p. 15 iter ſecundum eandem plagam verſus, et p. 29 tertium a. 1596 inſtitutum, cui ſubiuncta tabula eſt, locorum, per quae iter factum eſt, diſtantiam deſignans p. 141, tum itinerum continuatio p. 146, et deſcriptio Sibiriae, ex Ruſſorum ſcriptis hauſta, p. 151; quibus adiecta *Ioh. Ioſ. Pontani* diſſertatio, qua difficultates ſolvere ſtudet, quas alii in expediendo per has oras itinere obiiciebant, p. 188. Infeliciter tamen itineribus his ſuccedentibus, alia via in Indiam tentari coepta eſt; itaque itineris denuo ad Indos orientales ſuſcepti hiſtoria p. 197 exhibetur, quam editor excerptam monet ex eorum diariis, qui una profecti ſunt, variis obſervationibus ab ipſo illuſtratam; in hac de regionis et incolarum indole plenius agitur. Secundum iter, p. 507, ingreſſa eſt claſſis octo navium, duce *Iacobo Cornelio van Neck*, a. 1598, quod partim ex huius diario, partim ex aliorum de eo ſcriptis compilatum eſt. Denique p. 609 relatio exſtat itineris quinque navium Rotero-

*) Editionem quoque Amſtelodamenſem a. 1725, poſtquam ſupra ſcripta exhibueramus, vidimus; cuius contenta quinque priorum voluminum eadem ſunt, quae habet editio prima. Sextum et ſeptimum comprehendunt WALTERI SCHOUTENI itinerarium, ſupra a nobis recenſitum.

Roterodamenſium ad fretum Magellanicum a. 1598 duce *Sebaldo de Weert* ſuſcepti et a. 1600 finiti. *Tomus II* iter primo loco exhibet Hollandorum circa orbem terraqueum per fretum Magellanicum ductu *Oliverii de Noort* a. 1598, et p. 130 iter *Paulli van Caerden* in Indiam orient. a. 1599 ſuſceptum. Hinc vela dedit *Iac. van Neck*, cuius itineris deſcriptionem p. 179 legas, ut et p. 250 diverſorum commentarios de Indis orientalibus, deque commercio diverſis in locis conſtituto, cum regionum aliquot hiſtoria. Tum vero p. 295 ſequitur iter *Stephani van der Hagen*, tribus navibus a. 1599 et ſequentibus confectum; p. 356 iter quinque navium Hollandicarum ad Indos orient. navigantium ductore *Wolpharto Harmanſen* a. 1601, cum alia itineris epitome *Cornelii de Veen*, et p. 421 iter primum *Georgii Spilbergii*, ad Indos cum tribus navigiis eodem anno ſuſceptum, cui p. 552 ſubnectitur Iabadiae inſulae ſ. Magnae Iavae deſcriptio, auctore *Iacobo Pontano*. Denique ultimum locum occupat iter quinque navium, quas Societas certis iam legibus confirmata in Indiam miſit. *Tomo III* praemittitur praefatio, qua reſpondetur illis, qui publice profiteri non dubitabant, de Indiae rebus nihil certi in medium poſſe afferri, quoniam illa pars hiſtoriae nondum ſatis culta ſit. Remittit hos Noſter ad hanc itinerum variorum ſyllogen, qua res a teſtibus oculatis ſine partium ſtudio exponantur, ut facile hinc ſatisfieri poſſit ſatirae, quae *la Conduite des Hollandois en Aſie* inſcripta prodiit. Addit praeterea, cuncta hic fideliter e Belgico ſermone translata eſſe, ita tamen, ut ſupervacanea quaedam fuerint omiſſa. Reperias autem in hoc tomo primum ſecundi itineris a *Stephano van der Hagen*, qui claſſem ducebat duodecim navium, nec non itineris navis cuiusdam Bantanum et Coroman-

mandelam verſus directi deſcriptionem, tum p. 205 itineris *Cornelii Matelief* iunioris in Indiam orient. et p. 606 itineris ſecundi *Paulli van Caerden* ad eandem plagam deſcriptionem, cui ſubiuncta eſt p. 700 hiſtoria Indiae propriae, quam Hindoſtan Perſae et Arabes appellare ſolent. *Tomus IV* exhibet primo loco iter *Petri Willemsz Verhoeven* in Iaponiam aliasque Indiae orient. provincias a. 1607 ſuſceptum, cum narratione eorum, quae geſta ſunt in Bornei inſula, et deſcriptionibus inſularum Amboinae et Moluccarum, quales fuerunt a. 1627 a diverſis adornatae, quibus varia adnexa ſunt, ut ſocietatem et foederum cum exteris Principibus et populis initorum capita, et plura alia. Sequuntur p. 306 iter *Petri van den Broek* ad Caput viride, Angolam Indiamque orientalem. P. 474 iter *Georgii Spilbergii* ad Moluccas Inſulas per fretum Magellanicum. P. 567 navigatio auſtralis *Iacobi le Maire* et *Guil. Cornelii Schouten*, annis 1615, 1616 et 1617 peracta, qua inventus eſt tranſitus per fretum Magellanicum, a. 1623 ſub auſpiciis *Iacobi l'Hermite* coeptum, finitum a. 1626; cui addita p. 749 delineatio Peruae, ab Hiſpano captivo *Petro de Madriga*, Limae nato, facta. *Tomus V* complectitur iter *Seygeri van Rechteren* in Indiam orientalem; tum deſcriptionem inſulae Formoſae, auctore *Georgio Candido*, p. 74, et urbis Macai, auctore *Marco d'Avalo*, p. 129; iter *Henrici Hagenaar*, coeptum a. 1631 et abſolutum 1639 in gratiam ſocietatis Indiae orient. p. 156, cum hiſtoria Imperii Iaponici *Franciſci Caron*, ab eodem *Hagenaario* aucta p. 301, in qua comparet quoque dirae perſecutionis illic contra Chriſtianos, eccleſiae Romanae addictos, a. 1622 et ſqq. inſtitutae deſcriptio, auctore *Reyero Gisbertsz*, p. 395, cum aliquot diverſi argumenti tractatibus minoribus. Tandem p. 459

ſub

ſub titulo *Formoſa neglecta* pluribus oſtenditur, quomodo haec inſula, cum ei in tempore Societas Belgarum Indica ſuppetias, toties a provinciarum rectoribus flagitatas, non ferret, a Coxinga tyranno, Belgis penitus a. 1660 eiectis, fuerit ſub Sinenſium imperium redacta.

Cf. *Acta Erud.* a. 1707. p. 337. ſqq.

CHRIST. LANGHANSSENS *Neue Oſtindianiſche Reiſe, nebſt dem, was ſich merkwürdiges auf der Reiſe Paul de Roy nach Suratte zugetragen.* Leipz. 1705. 8. **Langhans.**

LUILLER *Nouveau Voyage aux grandes Indes, avec une inſtruction pour le commerce des Indes orientales, et la deſcription de pluſieurs isles, villes et rivieres, l'hiſtoire des plantes et des animaux, qu'on y trouve. Avec un Traité des maladies particulieres aux pays orientaux et dans la route, et de leur remedes, par Mr.* D. L. F. D. E. M. à Paris 1705. 12 mai. à la Haye 1726. 12 mai. à Rotterdam 1726. 12 mai. *Theotiſce* (a *Lud. Frid. Viſcher*). Editio ſecunda, *Hamb. und Leipz.* 1709. 12. — Auctor ſincere, quae praecipue iis in locis Indiae, ubi populares eius ſedes fixerunt, obſervavit, narrare videtur. Caeterum non multum novi affert. Brevitati ſtuduit; nam deſcriptio itineris, a. 1702 coepti annoque 1703 peracti, CXXVIII paginas ſolum complet; alteram dimidiam libelli partem occupat inſtructio in uſum eorum, qui mercaturae faciendae cauſſa Indiam petere ſolent, atque diſſertatio medica, libelli titulo memorata. **Luillier.**

ERNST CHRISTOPH BARCHEWITZ *Oſtindianiſche Reiſebeſchreibung.* Chemnitz 1730. 8. *Neuvermehrte Oſtind. Reiſebeſchr.* Erfurt 1752. 8. Cum fgg. aen. — Scriptor huius itinerarii homo illiteratus erat, Soemmerda-Erfordienſis, alutarius. A. 1711 navi Belgica vectus Indiam petiit, ubi **Barchewitz.**

tandem militiae in inſula Lethy praefectus eſt. A. 1722 in patriam rediit, Erfordiaeque obiit. Maxima itinerarii pars res notas, incredibiles etiam, continet: occurrunt tamen quoque attentione fideque dignae.

Worm. IOH. GOTTLIEB WORMS, Doebelenſis, *Oſt-indianiſche und Perſianiſche Reiſen, oder zehenjährige, auf Groſs-Java, Bengala, und im Gefolge Herrn Joh. Joſia Koetelaer, Holländiſchen Abgeſandtens an den Sophi in Perſien, geleiſtete Kriegesdienſte, worinn auſser einem hitzigen Seegefechte, vielen Africaniſchen und Aſiatiſchen Curioſiteten, gedachten, und eines andern vornehmen Geſandten fremde Begebenheiten, die letzte Belagerung Ormus, mehrere und ſonderbare Nachrichten vom Perſianiſchen und Indoſtaniſchen Hofe und Reiche, der Macht, Regierung und Juſtitz der Holländer in Indien, nebſt dem itzigen Zuſtande daſigen Chriſtenthums, Mahometaner und Heiden, nicht weniger der königl. Däniſchen Miſſion accurat mitgetheilet werden. Alles mit Fleiſs verfaſſet, überall mit den auserleſenſten Anmerkungen ergänzet und erläutert. Zuſammt einem neuen und vollſtändigen Berichte von der Oſtindianiſchen Compagnie, den Orientaliſchen Ländern, Inſeln, Handelsplätzen und Beſchaffenheit derſelben Nationen und Reiche; ingleichen einem Verſuche von den Nutzen und von reiflicher Beurtheilung deren zum Theile fälſchlich alſo genannten Reiſebücher, Vorbericht, neben Kupferſtichen, auch gedoppelten Regiſter der angeführten Autoren und vornehmſten Sachen, ans Licht geſtellet durch* M. Criſpinum Weiſen, *Paſt. zu Mochau.* Dresden 1737. 8. — Wormius Lipſiae mercaturae per annos aliquot operam dans, poſtea Hamburgum, inde Amſtelodamum petens, militiae Belgicae adſcriptus in Indiam orientalem pervenit, ibique inde ab a 1712 decem per annos commoratus, variis itineribus interfuit, (

quibu

quibus id maxime lectu dignum, quod ab a. 1716 usque ad 1718 verſus Iſpahan in Perſia cum legato Batavo, Ioh. Ioſua Koetelaer ſ. Keſsler, Elbinga in Boruſſia oriundo, inſtituit. Imperatorem Perſiae eiusque aulam, aliaque Perſiae memorabilia, v. c. ruinas Perſepolitanas, ſtudioſe deſcripſit. Editor, Weiſius, permulta aliis ex itinerariis nulla neceſſitate urgente addidit, ſignisque haec additamenta notavit: nihilominus eadem et narrationes Wormianae haud ubivis dignoſci poſſunt.

FRANÇOIS VALENTYN *Oud- en Nieuw-Ooſt-indien, of Nederlands mogentheid in die Gewefſten.* Amſterd. et Dortrecht 1724—1726. V Voll. in folio. Cum multis tabulis geographicis aliisque figg. aen. — Opus hocce carum aeque ac rarum eſt digniſſimum, quod verſionibus capitum praeſtantiorum plures in uſus, quam hucusque factum, convertatur. Auctor enim, munere eccleſiaſtis in inſulis Amboina ac Banda functus, non ſolum, quae ipſe inde ab a. 1686 variis per plures Indiae terras itineribus inſtitutis obſervavit, diligentiſſime notavit, ſed etiam ſcriptorum hodoeporicorum antecedentium eorumque, qui poſt illius reditum in Belgium Indiam viſerunt, relationes cum ſuis contulit, optimaque ex iis ſelegit; varia inſuper ex tabulario Societatis Belgo-Indicae, in uſum operis, illi tradita fuerunt, exceptis tamen eiusmodi ſcriptis, e quibus penitior ſocietatis iſtius ſtatus cognoſci poſſet. Quo factum, ut partes Indiae orientalis, a Belgis occupatas, curatius reliquis pinxerit. Et volumine quidem I agitur de Belgarum potentia in India orientali, de hiſtoria fatisque vaſtae huius Aſiae partis, ac de inſulis Moluccis aliisque his adiacentibus. Volumen II ſiſtit initium amplioris Amboinae inſulae aliarumque in oceano iſto ſitarum deſcriptionis; exponit in primis incolarum Valentyn.

mores ac ritus, hiſtoriamque inſularum ab antiquiore usque ad recens aevum. Volumen III continet hiſtoriam rerum religioſarum inſularum iſtarum, deſcriptionem arborum, plantarum et fruticum ibidem obviarum, ut et animalium, piſcium, conchyliorum etc. geographiam et hiſtoriam inſulae Bandae aliarumque ad eam pertinentium, rerumque memorabilium. Volumen IV comprehendit deſcriptionem copioſam inſulae Iavae maioris, et quidem eiusdem geographiam, ſecundum tabulam novam elegantemque geographicam; porro relationem de regionibus, imperatori ſic dicto Iavanico ſubiectis, hiſtoriamque huius imperii; relationem de terris, regi Bantamenſi morem gerentibus, eorumque memorabilium; deſcriptionem aliorum huius inſulae regnorum; narrationem ſat amplam de urbe Batavia, vitasque exarcharum, qui, inde ab eiusdem origine ibi commorati, rebus Belgicis in India praefuerunt; denique deſcriptionem mercaturae Belgicae in urbe Suratta, cum vitis magnorum Mogolum. Volumine V continentur: deſcriptio regnorum Coromandel, Pegu, Arracan, Bengala et Mocha, mercaturae Belgicae in Perſia, cum relatione de ruinis urbis Perſepolitanae earumque delineatione; deſcriptiones ſequuntur terrarum et inſularum: Malacca, Sumatra, Ceylon, cum hiſtoria huius inſulae, Malabar, Celebes, Borneo, Bali, promontorii bonae ſpei, inſulaeque Mauritii. Inſerta eſt narratio de Belgarum mercatura in Sina, Japan, Tonkin, Formoſa, Cambodia et Siam. Figurae aeri inciſae DCCCC fere, auctoris ſumtibus in terris iſtis ipſis et ad vivum delineatae fuerunt. Auctor de hiſtoria ac geographia immortaliter meritus, a. 1727 mortuus eſt.

de Biervillas. INIGO DE BIERVILLAS, *Portugais*, *Voyage à la côte de Malabar*, *Goa*, *Batavia*, *et autres lieux des*

des Indes orientales. Contenant une deſcription des Moeurs, Coutumes et Religion des Indiens; les differens établiſſemens de pluſieurs Nations de l'Europe, et un detail exact du Commerce de Batavia, avec pluſieurs avantures et ſingularités curieuſes. à Paris 1736. II Voll. in gr. 12. *Theotiſce*, Berol. 1736. 8. Editionem anni 1726, quam laudatam alicubi reperimus minime exiſtere credimus. — Auctoris maiores Francogalli erant, eiusque pater Uliſſipone ſedem fixerat. Poſt cuius mortem mater filium a. 1717 Goam transmiſit, ubi ſoror iſtius, vidua opulenta eaque anilis, habitabat. Commoratus ibi eſt ſimulque alias Indiae partes peragravit, usque ad annum 1726. Optima libri pars eſt deſcriptio Goae, eiusque incolarum; caetera ſunt notiora, gratis tamen narrationibus rerum variarum permixta.

GEORG LEONHARD SCHWARZ *Reiſe nach Oſtindien.* Leipz. 1748. Heilbronn 1751. 8. Frankf. und Leipz. 1774. 8. — Auctor Beutelſpaco-Wirtembergicus, a. 1734 in Indiam delatus, usque ad a. 1748 ibi commoratus eſt. Bataviae Belgis in laniena Sinenſium perficienda opem tulit. Caeterum non plane contemnendum itinerarium, cuius editio recentior ab anonymo ſtilo paullo comtiore donata. Schwarz.

NIC. JANZON CAMSTRUP *Rampspoedige Reiſebeſchryving, ofte Journal van de Ooſtindiſche Compagnie-Schip Blydorf. Amſterd.* 1735. 4. Camſtrup.

IOH. WOLFGANG HEYDT *allerneueſter geographiſch- und topographiſcher Schauplatz von Africa und Oſtindien, oder ausführliche und wahrhafte Vorſtellung und Beſchreibung von den wichtigſten der Holländiſch-Oſtindiſchen Compagnie in Africa und Aſia zugehörigen Länder, Küſten und Inſuln, in accuraten See- und Landkarten, nicht weniger der darinn befind-* Heydt.

lichen Städte, Häfen, Caſtellen, Factoreyen, Schlöſſer und Schiffswerften, Packhäuſer, Kirchen, Luſt- und Wohnhäuſer und andern publiquen Gebäuden und Gärten, nebſt den damit verknüpften geographiſchen Merkwürdigkeiten, wie auch einem Anhang, oder hiſtoriſchen Beſchreibung der Reiſe des Verfaſſers von Holland nach Oſtindien, und von da wiederum zurück in ſein Vaterland; ſamt einem vollſtändigen Regiſter des ganzen Werks. In CXV ſauber und nach dem Leben gezeichneten Proſpecten, getreulich und aus eigener Erfahrung entworfen, aufgemeſſen und mitgetheilt. Wilhermsdorf und Nürnberg 1744. fol. oblong. — Auctor ab a. 1735 usque ad a. 1741 multas Africae et in primis Aſiae partes perluſtravit, magnaque animi intentione memorabilia obſervavit, delineavit litteriſque conſignavit. Magnam nimirum delineationum partem ipſe, iuſſu praeſidis rerum Belgicarum Bataviae commorantis, confecit; alias ab Arento Ianſonio, artifice Belgico, accepit. Cultores geographiae, hiſtoriae naturalis, rei militaris et mercatoriae, architecturae et mechanices in hoc opere, non ſatis cognito, invenient, quae animum delectare et inſtruere queant. Heydtius poſt reditum ex India rei architectonicae praeſes ac menſor Hohenloico-Schillingsfürſtenſis, mortuus eſt, neſcio quo anno.

Cf. MEUSELS *hiſtor. Litteratur* a. 1781. P. V. p. 474 ſqq.

Schroeder. *Der Seefahrer, oder* IOH. HEINR. SCHROEDERS, *fürſtl. Gothaiſchen Hauptmanns zu Natza, merkwürdige Reiſen nach Oſtindien und verſchiedenen orientaliſchen Inſeln, mit der Erzählung des Aufſtandes in Batavia* 1740. *Aus deſſen Journal erzählt von* I. G. R. Leipz. und Gotha 1749. 8. — Belgarum res circa a. 1740 in Bataviae aliisque Indiae partibus geſtae a teſte hocce oculato bene et ſincere

cere exponuntur. Rebus geographicis et naturalibus minorem operam auctor dediſſe videtur.

GUYON in *Hiſtoire des Indes orientales, anciennes et modernes* (à Paris 1744) poſtea recenſenda, exhibuit quoque chorographiam veteris et recentioris Indiae orientalis. Guyon.

JACOB DE BUCQUOI *Aanmerkelyke ontmoedingen in de ſeſtien iaarige Reyſe naar de Indien.* Haarlem 1745. 4. *Theotiſce* cum JACOB FRANKENS *unglücklichen Reiſe in den Jahren* 1756 — 1760. Leipz. 1771. 8. cum figg. aen. — Uterque ſcriptor hodoeporicus perpauca rarrat nova. Bucquoi tamen nonnulla affert de recentioribus Belgarum in India ſedibus, ut et de Luſitanorum commerciis in oris Africae orientalis: potior autem libri pars fata auctoris paene incredibilia narrat. Frankiani itinerarii epitome ſolum exhibetur; auctor ex inſula Iava iter verſus Bengalam inſtituit, indeque Belgium repetiit. de Bucquoi. Frank.

JOHN HENRY GROSE *Voyage to the Eaſt-Indies.* London . . . . ibid. 1766. 8. *Francogallice* a *Fernandez*, Hiſpano, *Lond.* ſ. potius Pariſ. 1758. 12 mai. ibid. 1764. 12 mai. *Theotiſce* e verſione Francogallica vitioſa, adiectis obſervatiunculis, a *Georg. Frid. Caſim. Schad,* Fürth 1775. 8, novoque titulo *ibid.* 1780. 8. — Auctor, ſocietati Anglo-Indicae mercatoriae ab epiſtolis, ab a. 1750 in inſula Bombay atque Surattae praeſertim commoratus, obſervationes haud contemnendas de Anglorum commerciis in regionibus iſtis, de inſulis Bombaicae adiacentibus, de Maharattis, de Angria pirata, de moribus Indorum variis, de Perſarum religione aliisque de rebus tradit. Groſe.

A Voyage to the Eaſt-Indies in the years 1747, 1748, containing an account of the islands St. Helena, Voyage to the Eaſt-Indies.

 Java,

Java, Batavia, China and particularly of Canton. London 1762. 8. Cum figg. aen.

Toreen. *Reiſe des Herrn* OLOF TOREE (legendum potius *Torreen*) *nach Surate und China — herausgegeben von Herrn* Linnaeus (e verſione Francogallica Theotiſce redditus liber). *Leipzig* 1772. 8. — Auctor huius libelli († 17 Aug. 1753) rerum naturalium non imperitus, a pag. 15 — 58 Indica tractat, ita quidem, ut, licet nihil fere afferat, quod non dictum ſit prius, iudicium tamen in rerum dilectu et animum a vanitate remotum lectori probet. Maxima libri pars ſpectat Sinam; quocirca notitiam ampliorem in alium locum differimus.

Gerbett. GUSTAV FRIDRICH GERBETT *Oſtindiſche Naturgeſchichte, Sitten und Alterthümer, inſonderheit bey den Malabaren, ſo aus den Berichten der königl. Däniſchen Miſſion zuſammengetragen.* Halle 1752. 8. — Tribus partibus, in varia capita diviſis, agitur de itinere verſus Indiam orientalem, de variis illius regionibus, de plantis et animalibus, de indole Malabarum, littus Coromandel incolentium, de eorum antiquitatibus, religione, lingua caet. De opere ipſo, cuius epitomen hic liber ſiſtit paullo inferius.

Ives et Dohm. *A Voyage from England to India in the year* 1754 *and an hiſtorical Narrative of the Operations of the Squadron and Armies in India, under the Command of Vice-Admiral Watſon and Colonel Clive in the Years* 1755, 1756, 1757; *including a Correſpondence between the Admiral and the Nabob Serajah Dowlah. Interſperſed with ſome intereſting Paſſages relating to the Manners, Cuſtoms etc. of ſeveral Nations in Indoſtan. Alſo a Journey from Perſia to England by an unuſual Route, with an Appendix, containing an Account the diſeaſes prevalent in Admiral Watſons Squadron: a Deſcription of moſt of the trees, ſhrubs*

ſhrubs and plants of India, with their real or ſuppoſed medicinal virtues. Alſo a Copy of a Letter written by a late ingenious phyſician, on the diſorders incidental to Europeans at Gombroom in the Gulph of Perſia. Illuſtrated with a Chart, Maps, and other Copper-plates. By EDWARD IVES, *Eſq. formerly Surgeon of Admiral Watſon's Ship, and of his Majeſty's hoſpital in the Eaſt-Indies. London* 1773. 4. *Theotiſce* a CHRIST. GUIL. DOHM, cum eiusdem additamentis et appendicibus. *Lipſ.* 1774—1775. II Voll. in 8 mai. Cum figg. aen. (Praefatio D. Büſchingii, in fronte libri promiſſa, lucem haud vidit.) Epitome huius verſionis in collectione itinerariorum Berolinenſi T. XV, XVI et XVII. *Francogallice* .... Multa quidem in hoc itinerario narrantur in vulgus nota, levia, quibus facile carere potuiſſemus, et a quibus interpres Theotiſcus ex parte ſibi cavit; ideoque auctor primae quidem claſſi ſcriptorum hodoeporicorum haud accenſendus: verum e ſecunda illum eiicere, contra ius fasque eſſe putamus. Narrat enim, quae obſervaverat, ſumma cum fide et facilitate probabili, atque haud raro ab aliis narrata confirmat. Hiſtoriam belli, ab Anglis tunc temporis cum Indiae incolis et Francogallis geſti, minime neglexit. Loca et regiones, quas Anglus obivit, ſequentes fere ſunt: inſula Madagaſcar, Bombay, Madras, inſula Ceylon ſ. Selan, Bengala, littus Malabaricum, ſinus Perſicus inſulaque Karec ibi ſita, Baſra, Bagdad, Moſul, Merdin, Diarbekir, Bir, Haleb ſ. Aleppo, inſula Cyprus etc. — Interpres operis Theotiſcus, Goettingae tum degens, non ſolum animadverſiones et ſupplementa aliis ex libris margini paſſim ſubiecit, ſed etiam appendices, et priori quidem parti: Periculum ſeu ſpecimen deſcriptionis geographicae partis dimidiae meridionalis regni Hin-

diſtan ſ. Hindoſtan, ſcil. regionum in littoribus Malabar ac Coromandel et in Bengala ſitarum; poſteriori autem: Obſervationes ſuper peſte, qualis Aleppi in primis graſſari ſolet. Appendices auctoris, parti poſteriori ſubnexae, comprehendunt eiusdem obſervationes medicas et chirurgicas, atque deſcriptiones arborum, plantarum ac medicamentorum, ut et medici anonymi obſervationes ſuper morbis Gambrone graſſari ſolitis; quae omnia *Blumenbachius*, Profeſſor hodie artis medicae Goettingenſis, Theotiſce reddidit. Tabula geographica, Indiam univerſam cum maribus adiacentibus ſiſtens, ab interprete Theotiſco variis locis locupletata, tabulaque itineraria, tomo poſteriori ſubiuncta, viam inde a Baſra usque Aleppum, ut et verſus Bagdad, Moſul et Diarbekir accurate monſtrans, geographiae novam foeneravit lucem.

Cf. I. D. MICHAELIS *Oriental. Bibl.* T. VIII. p. 116 ſqq.

Allgemeine teutſche Bibl. T. XXV. p. 327 ſqq. T. XXVIII. p. 49 ſqq. Cenſura, a viro quidem harum rerum peritiſſimo, nimis tamen, ut nobis certe videtur, difficili, profecta.

Anquetil du Perron. ANQUETIL DU PERRON parte prima operis ſupra Vol. I. P. II. p. 38 memorati iter in Indiam orientalem, praecipue in littora Malabaricum et Coromandelicum ab a. 1755 usque ad a. 1761 inſtitutum, ſumma cum fide ac cura, ut videtur, expoſuit. Quae quidem operis pars Theotiſce reddita a *Ioh. Georg. Purmanno* hoc quidem titulo: ANQUETILS DU PERRON *Reiſen nach Oſtindien, nebſt einer Beſchreibung der bürgerlichen und Religionsgebräuche der Perſer, als eine Einleitung zum Zendaveſt.* Francof. 1776. 8. — Cf. *Goetting. Anz.* a. 1776. Zug. p. 421 ſqq.

IUD-

LUDWIG VON DIESHORN *Nachricht von Oſt-indiens Beſchaffenheiten und Seltenheiten, auf ſeinen Reiſen geſammlet.* Frankfurt 1759. 8. v. Dieshorn.

DE LA FLOTTE *Eſſais hiſtoriques ſur l'Inde, précédés d'un Journal des Voyages et d'une deſcription geographique de la côte de Coromandel.* à Paris 1769. 12 mai. Cum tribus figg. aen. — Auctor, praefectus militaris, a. 1757 claſſe Francogallica in Indiam orientalem devenit, ibique ab Anglis captus eſt. Praeter res geſtas militares, haud raro cum partium ſtudio traditas, varia, ex parte antea non ſatis nota, narrat de Sina, de inſulis nonnullis in oceano Indico ſitis, de plurimis littoris Coromandelici locis; licet horum deſcriptio permulta ex trivio petita contineat: tamen lectu haud ſunt ingrata. Quae de urbibus Pondichery et Madras exhibet, praeſtantiora caeteris nobis videntur. Subiuncta de rebus Indiae naturalibus nec nova nec perfecta ſunt. de la Flotte.

Voyage dans les mers de l'Inde, fait par ordre du Roi à l'occaſion du paſſage de Venus ſur le diſque du ſoleil le 6 Juin 1761 et le 3 du même mois 1769. Par M. LE GENTIL, *de l'académie royale des ſciences. Imprimé par ordre de Sa Majeſté.* Vol. I. à Paris 1779. cum XIII figg. aen. Vol. II. ibid. 1781. cum XIV figg. aen. in 4 mai. — Epitome *Theotiſca*, a *I. P. Ebeling* elaborata, exſtat in *Neue Sammlung von Reiſebeſchreibungen* (Hamburg 1781 ſqq. 8 mai.) Vol. II. p. 25-448. Vol. IV. p. 1-282. Vol. V. p. 1-272. Interpres doctus notas nonnullas adſperſit. Figurae, archetypo adiectae, praeter duas, omiſſae ſunt. — Iter, ſumtibus regiis inſtitutum, ab a. 1760 usque ad a. 1771 protrahebatur. Deſcriptio eius diffuſa obſervationibus aſtronomicis ac phyſicis abundat. Adſunt tamen et permulta, quibus geographia et hiſtoria augentur, moresque homi- le Gentil.

hominum ſedulo pinguntur. Fretum Malaccenſe nusquam ante Noſtrum tanta cura deſcriptum. Eminent inter caetera relationes de urbe Pondichery eiusque tractu, de inſulis Philippinis, praecipue de urbe Manila eiusque commerciis, de inſulis Mindanao et Sulu, de inſulis potiſſimum Madagaſcar, de France et Bourbon. Varia enim de his tradit auctor, antea vel minus nota vel plane ignota.

Cf. MEUSELS *hiſt. Litteratur* a. 1781. Decemb. p. 500—514. a. 1782. Ian. p. 1 — 12.

Kindersly. *Miſtreſs* KINDERSLY *Letters from the Island of Teneriffa, Brazil, the Cape of Good Hope and the Eaſt-Indies.* London 1777. 8. *Theotiſce*, Lipſ. 1777. 8. — Ferunt, auctorem harum epiſtolarum, quibus iter anno 1764 coeptum annoque 1769 finitum breviter deſcribitur, virum fuiſſe, minime vero foeminam. Quicunque is eſt, novi multum haud retulit: iucunde tamen narrat. Diutiſſime Allahabadi ſupra Benarem commoratus eſt. Qua ex cauſſa hoc loco huius itinerarii meminimus.

Grenier. *Mémoires de la Campagne et des découvertes faites dans les Mers des Indes par M. le Chevalier* GRENIER, *Enſeigne de Vaiſſeau et de l'Academie Royale de Marine, où il propoſe une route qui abrége de 800 lieues la traverſée de l'Isle de France à la côte de Coromandel et en Chine.* à Breſt 1770. 4. Cum mappa geographica.

Zimmermann. PETER CARL ZIMMERMANN'S *Reiſe nach Oſt- und Weſtindien.* Hamburg 1771 8.

Ekeberg. CARL GUSTAV EKEBERG *Oſtindiska Reſa, åren 1770 och 1771.* Stockholm 1773. 8. Cum V figg. aen. *Theotiſce*, auſpiciis *Ioannis Bernoulli* hac epigraphe: C. G. EKEBERGS. *königl. Schwediſchen Schiffskapitains, Oſtindiſche Reiſe in den Jahren 1770 und*

und 1771; in 3 Briefen an den Secretair der königl. Schwediſchen Akademie der Wiſſenſchaften beſchrieben. Aus dem Schwediſchen. Nebſt einem Anhange geographiſcher, naturhiſtoriſcher und wiſſenswerther Nachrichten, Schina und die Schineſiſche Tartarey betreffend. Aus dem Franzöſiſchen. Dresden und Leipz. 1785. 8. (usque ad p. 128 verſio epiſtolarum Ekebergiana protenditur, reliquae usque ad 271 appendicem comprehendunt.) — Maxima relationis Ekebergianae pars ad cognitionem imperii Sinici, praecipue urbis Canton eiusque tractus, ubi auctor ab a. 1742 octies commoratus, pertinet. Reliqua ad deſcriptionem inſularum quarundam maris Indici atque promontorii bonae ſpei ſpectant. De appendice referendi locus erit in capite de ſcriptoribus rerum Sinicarum.

Cf. *Goetting. gel. Anz.* a. 1776. Zug. p. 217—221.

Idem *Ekebergius* obſervationes ſuper Banca, Indiae orientalis freto, nautis admodum periculoſo, exhibuit in *Königl. Vetenſkaps Academiens Handlingar för År* 1776 ſ. Tomo XXXVII diſſertationum huius academiae.

Tableau hiſtorique de l'Inde, contenant un abrégé de la mithologie et des moeurs Indiennes. Avec une deſcription de leur politique, de leur religion etc. à Bouillon 1771. 12 mai. *Theotiſce* Altenburgi 1773. 8. Cum tribus figg. aen. — Auctor anonymus nunquam forſan Indiam vidit, licet, ſe bellis iſtis, a Francogallis cum Anglis ab a. 1757 in India geſtis, interfuiſſe, affirmet: alioquin haud commiſiſſet tam multos, tam graves errores, quorum recenſum dant Ephemerides Goetting. a. 1771. p. 797. Tableau hiſt.

DUPRAT (*Comte*) *Voyage dans l'Inde* (oriental. 1773 et 1774). à Londres 1780. 8. Duprat.

SON-

Sonnerat. SONNERAT (*Commiſſaire de la Marine et Correſpondant de l'Acad. des Sciences de Paris*) *Voyage aux Indes orientales et à la Chine, fait par ordre du Roi, depuis 1774 juſqu'en 1781.* à Paris 1782. II Voll. in 4. cum CXL figg. aen. et II tabulis geogr. ibid. eod. III Voll. in 8 mai. cum iisdem figg. aen. — *Theotiſce* (a *Ioh. Pezzl*, qui et notulas adſperſit), Tiguri 1783. II Voll. in 4. cum iisdem figg. aen. archetypis Pariſinis expreſſis. — Epitome, turpiter mutilata, ſermone Theotiſco prodiit *Lipſ.* 1783. 8 mai. — Volumine primo operis praeſtantiſſimi peninſula fluminum Indi et Gangis ſive India proprie ſic dicta deſcribitur, tribus quidem libris, quorum primus, praeter introductionem, XIV capitibus diſtinctus. Capite I viciſſitudines Indiae civiles inde ab a. 1763 usque ad a. 1778 adumbrantur. Cap. II agit de littore Coromandel; III de littore Malabar; IV de urbe Surata; V de diviſione tribuum Indicarum; VI de initiatione ſ. myſteriis Indorum; VII de eorum nuptiis; VIII de eorum exſequiis; IX de eorum artibus et opificiis; X de arte medica; XI de aſtronomia, de qua *le Gentil* potius conſulendus; XII de linguis et litteris Hindoſtanicis, Tamulicis praeſertim; XIII de Indorum fabulis; XIV de monetis. Liber II ſiſtit introductionem in religionem Indorum, ſeu epitomen eorundem mythologiae; liber autem III religionem ipſam capitibus XIV, v. c. de dogmatibus, libris et caerimoniis religioſis, in primis de eorum feſtis, monachis, idolis monſtroſis. — Volumine II continentur liber III et V. Tertius quidem VIII capitibus tradit obſervationes de imperio Sinenſi (de cuius incolis magnifice haudquaquam ſentit auctor), de imperio Pegu (de quo multa non ſatis nota traduntur), de inſula Madagaſcar (auctoris relatio varia, quae le Gentil de hac inſula narravit, confirmat,

aliaque nova addit), de inſulis de France et Bourbon, de promontorio bonae ſpei, de inſula Ceylon, inſulisque Maldiviis, et de peninſula Malacca, de inſulis Philippinis et Moluccis (de quibus non multum novi auctor refert). Adiectum eſt diarium auctoris, in priore itinere a. 1771 per mare Moluccenſe inſtituto conſcriptum. Liber V continet deſcriptiones et icones quadrupedum, avium et plantarum, ab auctore maximam partem primum divulgatarum. Quamvis igitur Sonneratus multa praeſtiterit, quorum cauſſa gratiae illi agendae ſunt quam maximae: tamen cenſor difficilis varia deſiderabit, v. c. ordinem lucidum, narrationem menti aptiorem ſeu iucundiorem, forte et maiorem rerum quarundam copiam, paſſim quoque dilectum rerum magis minusve notarum curatiorem.

Cf. *Allgem. teut. Bibl.* T. LIV. p. 309—322. T. LIX. p. 491 ſq.
Goetting. gel. Anzeig. a. 1783. p. 417—431. p. 753—767. p. 1136.
Obſervations de Mr. LAW DE LAURISTON *ſur le Voyage de Mr. Sonnerat aux Indes orientales;* in *Journal encyclop.* a. 1783. T. V. P. III. p. 505 ſqq. et in *Tableau raiſonné de l'Hiſt litt. du 18me Siècle; Yverdon* 1783. *Decembre.* Auctor harum obſervationum, ab a. 1765 usque ad 1777 urbis Pondichery praefectus, Sonnerati errores plures notat.

NICOLA FONTANA *Oſſervazioni intorno alle malattie che attaccano gli Europei ne' climi caldi e nelle lunghe navigazioni; fatte nel ſuo viaggio alle Indie orientali dall' anno* 1776 *al* 1781. Livorno 1781, 8. — Licet maxima libri pars artem medicam tangat: varia tamen, quae cognitionem Indiae geographicam et phyſicam iuvare poſſint, auctor exhibet. Iter inſtituebatur a Liburno verſus Braſiliam, Goam, littusque Malabaricum et Coromandelicum, inde- Fontana.

indeque in inſulam de France, verſusque promontorium bonae ſpei in patriam auctoris.

Dalrymple. DALRYMPLE'S *Collection of plans of ports in the Eaſt-India.* London 1774. 4 mai. Praeter hanc inſcriptionem nil amplius, hucusque certe, de libro ipſo reperire licuit. Idem valet de ſequenti:

d'Anville. D'ANVILLE *Antiquité géographique de l'Inde, et de pluſieurs autres contrées de la haute Aſie.* à Paris 1775. 4. cum tabulis geographicis.

B.... *Des Oberwundarztes Hrn.* B.... *Nachricht von einer Seereiſe aus Kopenhagen nach Oſtindien, vom December 1775 bis Auguſt 1777; aus des Hrn.* B.... *handſchriftlichen Berichten zuſammengezogen.* Erſtes Stück: *Reiſe von Kopenhagen nach Madras;* in Bernoulli *Sammlung kurzer Reiſebeſchreibungen* (Berlin 1781 ſqq. in 8.) T. III. p. 321—382. Zweytes Stück: *Reiſe von Madras nach Calcutta und Rückreiſe nach Kopenhagen;* ibid. T. IV. p. 295—348. — Nautarum leges, caerimoniae ratioque vivendi in longinquo iſto curſu navali verſus Indiam curatius, quam alibi, deſcribuntur. Obſervationes ſuper locis Indiae variis prorſus novae quidem non ſunt, confirmant tamen aliorum relationes magis magisque.

Eiusd. *Zweyte unglückliche Oſtindiſche Seereiſe* von 1780—1782; ibid. T. XII.

Mac-Intoſh. (MAC-INTOSH) *Travels in Europe, Aſia and Africa, deſcribing characters, cuſtoms, manners, laws and productions of nature and art; containing various remarks on the political and commercial intereſts of Great-Britain, and delineating in particular a new ſyſtem for the government and improvement of the Britiſh ſettlements in the Eaſt-Indies: begun in the year 1777 and finiſhed in 1781.* London 1782. II Voll. in 8 mai. — Maior operis pars ſpectat Indiam orientalem, praecipue Anglorum ibi dominantium nego-

negotia recentioresque viciſſitudines. Varia tamen quoque tradit auctor de nonnullis Indiae regionibus et inſulis, v. c. de Calcutta, Madras, Negapatnam, Isle de France et Bourbon, Bombay caet. de moribus Indorum, de Marattis caet. Conſilia plura popularibus ſuis, non ſatis probe, caute ac prudenter in regionibus iſtis agentibus, paſſim auctor offert. Quae omnia epiſtolis tradita minore verborum copia exponi potuiſſent. Uberior operis notitia hauriri poteſt ex Ephemeridibus Goetting. a. 1783. p. 1233 — 1247.

JAMES RENNEL'S (ſocii acad. ſcientiar. Londin. olim artis metatoriae in Bengala praefecti) *Memoir of a map of Hindooſtan or the Mogul's Empire.* London 1783. 4 mai. Epitomen Theotiſcam dexterrime compoſitam notulisque ornatam exhibuit C. D. EBELING in T. VI collectionis itinerariorum a ſe inſtitutae (*Neue Sammlung von Reiſebeſchreibungen.* Hamb. 1784. 8). — Anglus, rerum Indicarum peritiſſimus, tabulam geographicam, regnum Hinduſtan repraeſentantem, delineavit eamque a. 1783 duobus foliis aeri incidi curavit. Cui illuſtrandae diſſertationem iſtam conſcripſit, quae, ſicuti tabula ipſa, geographiam terrae illius multo accuratius et certius, quam antea, nos docet. Tabulae iſtius geographicae ἔκτυπον addet I. Bernoulli parti alteri operis Tieffenthaleriani ſtatim indicandi. Rennel.

JAMES CAPPER'S *Obſervations on the Paſſage to India through Egypt and acroſs the grand Deſart.* London 1783. 4. Aegyptum potiſſimum ſpectant; quapropter earum notitiam exhibebimus in recenſu ſcriptorum iſtius regionis. Capper.

IOH. HEINRICH TOBIAS BERNSTEIN *Oſtindianiſche Erdbeſchreibung zum Gebrauch der Jugend; enthält alle Oſtindianiſche Inſeln.* Gera 1783. 8. Auctor ſua hauſit ex aliis libris, quos in praefatione Bernſtein.

enumerat, iisque non male uſus eſt. Melius rem egiſſet, ſi nonnullos libros recentiores praeſtantioresque, quos partim iam recenſuimus, partim proxime recenſebimus, ſimul ad manus habuiſſet.

Cf. *Allgem. teut. Bibl.* T. LIX. p. 206 ſqq.

Eſchels-Kroon. ESCHELS-KROON'S *Oſtindiſche Reiſe. Erſter Brief, aus Tranquebar, den 1ten Auguſt* 1783; in *Polit. Journal* (Hamburg) a. 1785. Mart. p. 222 ſqq. *Zweyter Brief, aus Tranquebar, den 10. Aug.* 1783. ibid. Iul. p. 659 ſqq.

Tieffenthaler. *Des Pater* IOSEPH TIEFFENTHALER, *d. G. J. und apoſtol. Miſſionarius in Indien, hiſtoriſch-geographiſche Beſchreibung von Hinduſtan. Aus deſſen lateiniſchen Handſchrift überſetzt. Mit Anmerkungen und anderen Zuſätzen, vorzüglich mit des Engl. Ingenieur-Major Herrn Rennell groſsen Charte von Hinduſtan, herausgegeben von* IOH. BERNOULLI, *der königl. Akademie der Wiſſenſchaften zu Berlin ordentl. Mitgliede. Erſter Theil, welcher Tieffenthalers Beſchreibung von Hinduſtan nebſt einer Charte des alten Indiens enthält.* Berlin und Gotha 1785. 8 mai. Exempla etiam exſtant in forma quadrata, XXXVIII figuris aeneis ab auctore ipſe delineatis inſtructa; caeteris quidem deſunt, earum catalogus tamen additus eſt. — Auctor Bolzano-Tyrolenſis, inde ab a. 1743 in India orient. commoratus, forteque adhuc in vivis eſt. Diligentiſſime, itinera continuo fere faciens, ſcientia mathematica inſtructus, linguasque Indicas callens, notavit locorum ſitus polique elevationes, temperiei mutationes, naturae terraeque proventus, atque incolarum mores. Forma quidem operis non omnibus placebit: rerum vero novitas et praeſtantia eo maiorem merentur plauſum. Verſio autographi Latini Theotiſca Bernoullii auſpiciis elaborata eſt. Ipſe nonnulla aptius, quam

auctor,

auctor, poſuit. Annotationes et illuſtrationes, partim proprio ſtudio enatas, partim ab Anquetilo commodatas, parte ſecunda tradet Bernoullius, qui raro animo ac ſtudio editionem operis in ſe ſuſcepit. In praefatione ipſe illius dona et vitia candide profitetur. Figurarum maxima pars urbes regionesque exhibet.

ANALECTA

ad Vol. I. P. II.

Praeter ea, quae iam parti iſti ſecundae p. 348 ſqq. addidimus, notamus hoc loco ſequentia.

P. 6. lin. 15 poſt Cf. poni poteſt: prae caeteris I. D. Michaelis *oriental. Biblioth.* P. XVII. p. 86-122. P. XVIII. p. 1-51. — Ibid. poſt lin. 20: Contra haec fragmenta SILBERSCHLAGIUS tomum III Geogoniae edidit 1784.

P. 9. lin. 15 lege 1295 loco 1293.

P. 10. lin. 7. Alia verſionis Italicae itinerarii Marci Pauli edita *Venet.* 1611. 8.

Ibid. lin. 10 l. *quinto* loco *quarto.*

Ibid. lin. 27, ubi Marci Pauli itinerarii verſio Theotiſca indicatur, mentio facienda primae editionis, tunc a nobis ignoratae. Prodiit illa *Norimbergae*, typis Frid. Creuſſneri 1477. fol. Cf. c. T. GEMEINERS *Nachrichten von der Regensburgiſchen Stadtbibliothek* (Regensb. 1785. 8.) p. 45 ſq.

P. 16. lin. 17 *omnium prima videtur editio Romana a. 1498*) Maittaire tamen T. IV. p. 654 vetuſtiorem, tanquam primam, Annii Viterb. editionem laudat: *typis Eucharii Silber Rom.* 1497. fol. eodem quidem titulo, quem l. c. quaſi inſcriptionem editionis a. 1498 memoravimus. Titulum vero editionis a. 1498 p. 660 ſic exhibet: *Commentaria fratris*

Ioannis Annii Viterbii ſuper opera diverſorum autorum de antiquitatibus loquentium; impreſſ. in campo Florae, per Eucharium Silber, alias Frank, die III. Auguſti. Rom. 1498. fol. Notitiae editionis Venetae a. 1498 p. 667 adiecit hanc obſervationem: *In hac ed. nulli ſunt Annii Vit. commentarii, ſed ſolus illorum quos edidit autorum textus.* Non in fol. ſed in 4 haec editio impreſſa.

P. 25. lin. 33 poſt Uſſerii comma ponendum.

P. 26. Diſſertationes *Sevini*, *Frereti* et *de Broſſi* Theotiſce exſtant in *Abhandlungen und Auszügen aus den Schriften der Pariſer Akademie; alte Geſchichte Aſiens* T. I.

P. 27. lin. 29 adde: Cf. praeſertim I. D. Michaelis *Oriental. Bibl.* P. XVII. p. 67-86. Idem diſquiſitionibus ſuis doctis in Chaldaeos inſtitutis (in Spicilegio Geographiae Hebr. exterae T. II. p. 77-103) ortum diſſertationi Schloezerianae dedit.

P. 30 in fine addatur: In hiſtoriam veterum Medorum obſervationes haud contemnendas reperies in libro ſic inſcripto: Vaticinia Chabacuci et Nachumi, itemque nonnulla Ieſaiae, Micheae et Ezechielis oracula, obſervationibus hiſtorico-philologicis ex hiſtoria Diodori Siculi circa res Sardanapali illuſtrata; auctore M. IO. GOTTLIEB KALINSKY, Verbi divini in Eccleſia Landeshutenſi Miniſtro. Praemittitur praefatio *I. F. Burgii.* Wratislav. 1748. 3 Alph. 19 plagg. in 4. — Chronologiae etiam illuſtrandae opus, mira eruditione diſtinctum, inſervit. Cf. *Nova Acta Erud.* a. 1749. p. 459-467.

P. 38. lin. 31. IONESII epiſtola *Theotiſce* exſtat in Hiſſmanni *Magazin für die Philoſophie und ihre Geſchichte* T. V.

RICHARDSONI liber ibidem excitatus *Theotiſce* redditus a *Frid. Federau*, cum praef. *Eichhornii*, Lipſ. 1779. 8.

P. 39

P. 39. lin. 3 addatur: Legi etiam merentur, quae de argumento iſto docet AUG. HENNINGS in *Gegenwärtigen Zuſtand der Beſitzungen der Europäer in Oſtindien* (Hamb. und Kiel 1785. 8 mai.) T. II. p. 333 ſqq.

P. 51. lin. 16 l. Innocentius VIII P. R. a. 1486.

Ibid. lin. 27. En pleniorem libri inſcriptionem: *Hiſtoria della guerra fra Turchi e Perſiani di* GIOV. TOMASO MINADOI da Rovigo, *dall' iſteſſo nuovamente riformata et aggiuntivi e ſucceſſi dell' anno* 1586. In Venetia 1588. 4.

Ibid. lin. 30 inſeratur: *Theotiſce* Francof. ad Moen. 1592. fol.

P. 54. Novam editionem itinerarii CATERINI ZENONIS exhibuit *Vincenzio Formaleoni*, Venet. 1783. 12; ſimulque continuationem promiſit.

P. 56. lin. 9 adde: Belgice *Dordrecht* 1658. 4.

P. 59, ubi Chardini itinerarium recenſetur, monendum, exſtare verſionem *Belgicam*, auctore *C. van Broekhuizen*, Amſt. 1687. 4. c. figg. aen. et *Anglicam*, Lond. 1720. II Voll. in 8. c. figg. aen.

P. 61. lin. 18 l. 1695 loco 1659. Recuſum itinerarium Sanſoni *Amſtelod.* 1695. 12. — Recenſus libri exhibetur in *Actis Erud.* a. 1695. p. 274 ſqq.

P. 62. lin. 10 poſt verbum *Levant* pone: (ab a. 1699 usque ad 1703.) à Paris 1704. II Voll. in 12 mai.

Ibid. lin. 11 poſt verbum *Voyage:* (1704-1708.) Quod ſecundum Lucae itinerarium primum prodiit *Pariſ.* 1710. II Voll. in 12 mai.

Ibid. lin. 13 dele *etc.* et pone: *juſqu'en* 1717. Tertium Lucae itinerarium ibi memoratum prodiit primum *Pariſ.* 1719. II Voll. in 12 mai. Deinde *Rothomagi* 1723. II Voll. in 12 mai.

De verſionibus huius itinerarii Theotiſcis ſic habe: Primi itinerarii partis primae verſio, a *Lud.*

Frid. Viſcher elaborata prodiit *Hamburg.* 1707. 8. *ibid.* 1709. 8. cum figg. aen. Partis vero ſecundae verſio, elaborata a *Ioh. Mart. Luyders* et *L. F. Viſcher* ibid. 1708. 8. c. figg. aen. Secundi itinerarii verſio, interprete anonymo, *ibid.* ſine anni mentione; deinde vero *ibid.* 1715. 8. c. figg. aen. Tertii interpretatio *ibid.* 1721. 1722. II Voll. in 8. c. figg. aen. Omnia iunctim *ibid.* 1739. V Voll. in 8. cum figg. aen.

P. 62. lin. 29. Autographum Anglicum itinerarii IOH. BELLII prodiit hoc titulo: *Travels from St. Petersbourg in Ruſſia to diverſes parts of Aſia.* Glasgow 1763. II Voll. in 4. Iter a. 1714 finitum a. 1738.

P. 64. HANWAY quoque prodiit *Dublini* 1754. II Voll. in 8 mai. c. figg. aen. Verſio *Theotiſca* etiam *Lipſ.* 1769. II Voll. in 4 mai. forte novo ſolum titulo.

P. 72, ubi IACOBI DE VITRIACO mentio iniecta, monendum, librum operis eiusdem primum deſcriptionem Palaeſtinae continere, eumque exſtare in collectione Bongarſiana: tertium autem, collectioni Martenianae emendatiorem inſertum, agere ſolum de expeditione quadam cruciata et de expugnatione urbis Damiatae.

P. 73, ubi itinerarium BENJAMINI TUDELENSIS deſcribitur, addendum: Nunc etiam verſio proſtat *Anglica*, ſecundum editionem Lempereurii a. 1683 elaborata a *B. Gerrans*, qui et diſſertationem notasque criticas, hiſtoricas et geographicas adiecit, *Lond.* 1783. 12.

P. 74. lin. 4 l. *duodecim* et lin. 5 l. 1785.

P. 75. lin. 32 l. SALIGNIACO.

P. 77. lin. 5 adde: Cf. in primis de itinerario PETRI SUCHENSIS *Eraſmus Nyerup* in Spicilegii bibliographici ex bibliotheca regia Havnienſi Faſc. I. p. 118 ſqq. (*Havniae* 1783. 8).

Ibid.

Ibid. IOAN. DE MANDEVILLE audit interdum MANDAVILLA et MAUNDEVILLE. Verſio *Italica* edita quoque 1496. 4. *Theotiſca*, ab *Ottone Demeringen*, Canonico Metenſi, prodiit *Aug. Vind.* 1482. fol. et *Argent.* 1488. fol. Archetypum Anglicum prodiit etiam hac epigraphe: *Voyage and travayle, which treateth of the way to Hieruſalem, and of Marvayles of Inde, with other Launds and Countries. From a original Mſc.* Lond. 1727. 8. Notitiam huius editionis ſi quis nobiscum communicare vellet, animo gratiſſimo eam acciperemus. — Iter Mandevillii ipſum non a. 1355, ut l. c. cum aliis ſcripſimus, ſed a. 1352 abſolutum, teſtante *P. D. Longolio*, qui codice manu ſcripto uſus eſt, in eiusdem *Vorrath brauchbarer Nachrichten* P. III. p. 81.

P. 78. lin. 25 FELIX FABRI vulgo audit *Frater Felix*. Exſtat etiam editio itinerarii, a. 1557 inſignita. Dedicatio ſubſcripta *Ulmae* 1484. Duo verſus Hieroſolymas Felix ſuſceperat itinera, primum a. 1480, breviter deſcriptum, alterum a. 1483 copioſius. Cf. *Franc. Dominici Haeberlin* diſſertatio, ſiſtens vitam, itinera et ſcripta Fr. Felicis Fabri, Monachi praedicatorii, conventus Ulmani, ad illuſtrandam hiſtoriam patriam. *Goetting.* 1742. 4.

P. 79. lin. 7 lege: *ſuſcepit* loco τȣ *ſuſcepiſſe videtur*. Bis enim, ut modo diximus, Frater Felix Palaeſtinam obivit.

Ibid. in notitia de itinerario BERNHARDI DE BREYDENBACH notandum, exſtare quoque editionem Spirenſem a. 1502. in fol. cum. figg. porro, verſionem Gallicam non a. 1488, ſed 1489 prodiiſſe; denique, exſtare epitomen huius itinerarii hac inſcriptione: Peregrinatio ad terram ſanctam, ex *Bernhardo Breitenbach*, Eccleſiae Moguntinae Decano et Camerario. *Witteb.* 1536. 8.

P. 80. poſt lineam tertiam ponenda ſunt, quae in eadem pagina lineis 30, 31, 32, 33 et 34 poſita ſunt, addendaque verba haec: DAV. CLEMENT *Bibl. curieuſe* etc. T. V, p. 222-232. Inter alia ibidem deſcribitur accurate verſio itinerarii Breitenbachiani rariſſima.

P. 81. BARTHOLOMAEI DE SALIGNIACO (ſic enim ſcribendum) itinerarium prodiit etiam *Magdeb.* 1587. 4. *Theotiſce*, Altenburg. 1612. 8. c. figg. aen. Auctor erat vir nobilis, doctus et eloquens, Eques auratus, et ICtus.

Ibid. SEYDLITZII itinerarium recuſum etiam *Gorlicii* 1591. 4. Belgica exſtat verſio, ſic inſcripta: *Ongelukige Jeruſalemſche Reyſe; waerin beſchreven wordt de wonderlyke gevankenis, ſlavernye, ellendige en wreede Tyrannye, ſoo op den Galeyen als in de Steenbergen, en eyndelyk de geluckige verloſſinge van vier Hoogduytſche Edelluyden, die in yſere keten geſloten, meer als 300 mylen na Conſtantinopolen gevoort zijn. Door Hr.* van Seydlitz *in Hoogduits beſchreven, die ſelfs mede op de Reyſe de voornoemde Perijkelen heeft uytgeſtaen, door* P. van Aengelen *vertaelt.* Amſterd. 1662. 4.

P. 82. HELFFRICI hodoeporicon etiam Lipſ. 1579. 4. ibidemque 1589. 4 editum.

P. 83. ſive ſequenti inſerendum eſt itinerarium, cuius titulus ſolummodo e Catalogo bibl. Uffenbachianae (T. II. p. 164) nobis innoteſcit: GIOSEPPE ROSACCIO *Viaggio da Venetia a Conſtantinopoli per mare et per terra etc. inſieme quello di terra ſanta.* In Venetia 1598. 4. forma obl. cum multis tabulis aeri inciſis.

P. 85. lin. 3 dele ſq.

P. 86. ZUALLARDI itinerarii editio etiam laudatur Romana de a. 1595. 8. c. figg. aen. Verſio Francogallica recuſa *Antverp.* 1626. 4.

DUBLIU-

DUBLIULII hodoeporicon recuſum MONACHII 1661. 4. c. figg. aen.

De COTOVICI itinerario copioſe agit CLEMENT in *Bibl. curieuſe* T. VII. p. 315 ſqq. Auctori nomen Belgicum non eſſe *Catwick* ſ. *Catwyck*, ſed *van Cotwyck*, docet cum Caſp. Burmanno. Ex eodem didicimus, verſionem Belgicam prodiiſſe *Antverp.* 1620. 4.

P. 87. GEORGII SANDYS itinerarii editiones etiam exſtare dicunt *Lond.* 1632. fol. *ibid.* 1658. fol. quae poſterior ſexta vocatur. Omnibus editionibus, verſioni quoque Theotiſcae, inſunt tabulae aeneae.

P. 88 poſt lin. 3 inſere: STEFFANO MANTEGAZZA *Relatione del Viaggio di Gieruſalemme.* Milano 1616. 4.

SCHEIDTII itinerarium ibidem laudatum prodiit etiam *Erfurti* 1615. 4. *Helmſt.* 1674. 4. ibid. 1679. 4.

P. 89. poſt lin. 7 adde: *Le voyage de la Terre ſainte, contenant une deſcription des lieux les plus conſiderables, que nôtre Seigneur a ſanctifié de ſa préſence.* à Paris 1661. 4.

Ibid. poſt lin. 30 inſeri poteſt: HANS JACOB AMMANNS *Reiſs in das gelobte Land, mit noch dreyen andern Reiſsbeſchreibungen vermehrt und ſchönen Kupfern geziert.* Zürch 1678. 8.

Der weit verſuchte Cavalier, oder Reiſen in das heilige Land. Nürnberg 1678. 4. Cum figg. aen.

P. 90. Dare nunc poſſumus epigraphen archetypi Anglici itinerarii Maundrelliani: HENRY MAUNDRELL *Journey from Aleppo to Jeruſalem, at eaſter 1697. With an Account of the Author's Journey to the banks of Euphrates at Beer, and to the country of Meſopotamia.* Oxford 1699. 8. ibid. 1721. 8. Cum figg. aen. Verſio Francogallica recuſa *Ultraj.* 1707. 8. *ibid.* 1713. 4. Cum figg. aen. Verſioni *Theotiſcae* ortum dedit *Lud. Frid. Viſcher*, habetque figuras aeri inciſas.

Quod

Quod ibidem diximus de Beaugrani itinerario, valet etiam de ſequenti: *Bouquet ſacré, ou le voyage de la terre ſainte par* BOUCHET. à Rouen 1700. 12.

P. 91. ROBERTI itinerarium a *Iaſandro* Theotiſce redditum prodiit etiam *Dresdae* 1746. 8.

Ibid. poſt lin. 13 inſere: JAN BALTH. METZGER itinera Chriſti, *cf. geographiſche Beſchryving van het heilige Land.* Amſt. 1711. 12 mai.

Ibid. lin. 31 adde: Lond. 1748. III Voll. in 8. Cum figg. aen.

P. 92. POCOKII operis verſio *Francogallica* prodiit *Pariſ.* 1772. VI Voll. in 12. *Belgica* quoque exſtat, auctore *E. W. Cramero*, Utrecht 1780. 4 mai. cum figg. aen. — Legi meretur ſententia *I. D. Michaelis* de hoc opere, exhibita in eiusdem *Oriental. Bibl.* P. VIII. p. 111 ſqq.

P. 93. HASSELQUISTII hodoeporicon in ſermonem *Anglicum* etiam translatum, e verſione, ut videtur, Theotiſca. *Lond.* 1767. 8.

P. 94. MARITI itinerarium primo prodiit *Auguſtae Taurinorum* 1769. V Voll. in 8.

P. 98. lin. 3 addi poteſt: Cf. *Ioh. Fabricii* Hiſt. bibl. ſuae P. V. p. 197 ſq.

Ibid. lin. 27 l. *Waltoni.*

JOS. NIC. DE L'ISLE *Mémoire ſur trois Cartes de la Syrie et de la Paleſtine, publiées de feu M.* Guillaume de l'Isle. *à Paris* 1764. 4.

P. 110. poſt lin. 8 inſere: *La géographie ſacrée, et les monumens de l'hiſtoire ſainte; lettres du P.* JOSEPH ROMAIN JOLY, *de Saint-Claude, Capucin, de l'Acad. des Arcades de Rome. Avec des planches et des cartes géographiques. Nouvelle edition, augmentée d'une table géographique de tous les lieux dont il eſt fait mention dans la Bible, et de l'hiſtoire naturelle de l'Ecriture ſainte, enrichie d'un grand nombre de planches.* à Paris 1784. 4. — Priores editiones nos latent. Auctor noti-

notitiam geographicam compoſuit ducibus Adrichomio, Sanſono et Lubino. Hiſtoriam naturalem ex optimis commentatoribus antiquis et recentioribus hauſit, cui etiam inſervit maxima tabularum aenearum pars. Sunt autem omnes numero XXV.

P. 112. Notitiam plerumque titulum itinerarii ADAMI REISNERI, libris raris, ut omnia Reiſneriana, accenſendi, exhibet *Io. Ge. Schelhorn* in *Ergötzlichkeiten aus der Kirchenhiſtorie und Litteratur* T. III. p. 817 ſqq. Deſcriptionem hiſtoriamque Hieroſolymarum magna cum diligentia confectam eſſe, admixtis tamen multis interpretationibus myſticis, monetur. Reiſnerus ipſe Palaeſtinam non vidit. Operarum errore l. c. poſitus eſt annus editionis 1565: ponendus potius 1563.

P. 152. poſt lin. 20 addi poteſt: MATTH. IACOBI WINKHLER Diſſertatio hiſtorico-critica de ſtatu politico et eccleſiaſtico veterum patriarcharum et Hebraeorum, in uſum ſacrae hermeneuticae tyronum. *Graecii* 1784. 8. Compendium antiquitatum Hebraicarum auctor his plagulis exhibere voluit. Sat quidem probabiliter rem ſuam egit: melius vero, ſi recentiores, quos ſupra deſcripſimus, auctores in uſus vocaſſet.

P. 192. lin. 25 inſere: *Theotiſce* a *Io. Frid. Eſaia Steffens*, Hamburgi 1755. 8. Archetypum Anglicum primum prodiit a. 1740. Cf. *Goetting. gel. Anzeigen* a. 1756. p. 274 ſqq.

P. 212. Editio Ioſephi, ibidem ſub a. 1475 ſecundo loco excitata, non ſine loci mentione expreſſa prodiit, ſed Romae. Certe *Maittairius* laudat libros VII hiſtoriarum, cum hac ſubſcriptione: Impreſſit clarus ac diligentiſſimus artifex Arnoldus Pannartz natione Germanus in domo viri nobilis Petri de Maximis civis Romani, anno incarnati verbi MCCCCLXXV. XXV Novembris ſeden.

 Sixto

Sixto IV. Pont. Max. anno eius V. Platyna emendavit.

Ibid. ad a. 1480 pertinet verſio Ioſephi Francogallica: *Joſephus de la bataille Judaïque, translatée de Latin en François pour* Antoine Verard, *7me de Decembre MCCCC quatre-vingt.* Paris. fol.

Editio a. 1486 prodiit *Rufino interprete* et *per* Ioannem Vercellenſem XXIII Octobr.

P. 213 poſt lin. 18 ponatur: Eodem anno Rufini verſio prodiit *Pariſ.* curante Rob. Goullet, in fol.

P. 216 poſt lin. 15 inſeratur: Fl. Ioſephi opera latina:, Vaeneunt in aedibus Iacobi Kerver ſub ſigno geminorum pullorum in via divi Iacobi. Pariſ. 1535. fol.

Eodem anno verſio *Itala* primum prodiit, hac quidem epigraphe: *Gioſepe, nel quale ſi tratta delle guerre de' Giudei e la deſtruttion di Geruſalemme etc. Tradotto dal vero eſemplare Latino.* In Vinezia per *Vittor q. Piero Ravano della Serena.* 1535. 8.

P. 219. poſt lin. 24: Eodem anno *Chryſoſt. Miliani* epitomen Ioſephi exhibuit hoc titulo: *Sommario iſtorico raccolto dalla S. Biblia, de Flavio, de Egeſippo, da Beroſo ec. di coſe avenute al popol Ebreo dal principio dal mondo alle diſtruzione di Gieruſalemme, con la vite di Criſto tolta degli Evangeliſti.* Bergamo 1593. 4.

P. 220. lin. 28 et 29 l. Andilly.

P. 225 poſt lin. 16 inſeratur: 1744. Verſio Francogallica Andillii repetita. VI Voll. in 12.

P. 226. *Franc. Oberthürii* editio operum Ioſephi pluribus quam tribus tomis abſolvetur; tertius, a. 1785 typis excuſus, nondum omnium operum contextum comprehendit.

P. 231. lin. 5 pone 3 loco 4.

P. 232. lin. 5 Boſius) En libelli titulum! I. A. BOSII exercitatio critica ad Fl. Ioſephi periocham

de

de Ieſu Chr. *Ienae* 1668. 4. *ibid.* 1674. 4. Adiecta etiam eiusdem introductioni in notitiam ſcriptor. eccleſ. *ibid.* 1723. 8.

Ibid. lin. 21 inter *Weidlerum* et *Serenium* pone: DAVID MARTIN *Deux diſſertations critiques ſur le verſet 7 du chap. 5 de la Epiſtle de S. Jean, et ſur le paſſage de Joſeph touchant Jeſus Chriſt, où l'on fait voir, que ce paſſage n'eſt point ſuppoſé.* à Utrecht 1717. 8.

P. 235 adde: GUST. GEORG. ZELTNERI Diſſ. qua Ioſephi ſilentium de infanticidio Bethlehemitico Evangelicae hiſtoriae non noxium eſſe oſtenditur. *Altdorf* 1730. 4.

C. G. HOFMANNI Diſſ. cur Ioſephus caedem infantum Bethlehemitarum tacuerit? *Witteb.* 1741. 4.

Fl. Ioſephi de Herodibus hiſtoria a *νοθείας* ſuſpicione, in quam I. Harduinus vocavit, iuſtis vindiciis adſerta, recognita. *Hal.* 1700. 4.

I. B. CARPZOV lectionum Flavianarum ſtricturae. *Helmſt.* 1748. 4. *Eiusd.* Vindiciae lection. Flav. *ibid.* 1748. 4.

P. 248 ſq. Contra Berruyerii *Hiſtoire du Peuple de Dieu* ſcripta prodiere ſequentia: *Obſervations theologiques et morales ſur le livre du P. Berruyer, intitulé: Hiſt. du peup. de Dieu* .... II Voll. in 12. — *Lettere theologiche (dell' Ab.* GAULTIER) *ſopra la ſeconda parte dell' iſtoria del popolo d'Iddio.* Roma 1759. II Voll. in 8. — *Mandement et inſtruction paſtorale de Mgr. l'Archevêque de Lyon* (ANT. DE MALVIN DE MONTAZET) *portant condamnation des trois Parties de l'hiſt. du peup. de Dieu par Berruyer.* à Lyon 1763. 12. — *Defenſe de la ſeconde Partie de l'hiſt. du peup. de Dieu du Berruyer, contre le libelle intitulé: Projet d'Inſtruction paſtorale addreſſée aux Theologiens catholiques.* à Avignon 1755. 12.

P. 251. poſt lin. 11 inſere: IOH. PAUL REINHARDS *Einleitung zu den Kirchengeſchichten des alten*

Bundes; nebſt einem doppelten Anhange, davon der erſte den Synchroniſmum der bibliſchen und weltlichen Geſchichte, der andere die Erdbeſchreibung von Palaeſtina in ſich enthält. Erlangen 1751. 4. Cum tabula geographica.

P. 252. poſt lin. 26: HERMANNI VENEMAE, *D. et Prof. Theol. et hiſt. eccl. Franequerenſis*, Inſtitutiones hiſtoriae eccleſiaſticae veteris teſtamenti, ſeu patriarchalis Iſraëliticae. T. I et II. *Lugd. Bat. et Leowardiae* 1777-1778. 4. T. III usque ad VI hiſtoriam eccl. N. T. comprehendunt, ſuntque inſcripti: Inſtitutiones hiſt. eccl. V. et N. T. — Cf. *Goetting. gel. Anz.* a. 1780. *Zug.* p. 535 ſqq.

P. 253. lin. ult. adde: Cf. etiam I. D. Michaëlis *Oriental. Bibl.* P. XV. p. 103-126, qui ſimul ſuam hiſtoriae religionis Iudaicae delineationem exhibuit.

P. 260 poſt lin. 27 inſere: IOH. MARKII de tempore manſionis Iſraëlitarum in Aegypto; in *eius* exercitatt. exeg. p. 64 ſqq. et de tranſitu Iſraëlitarum per mare miraculoſo; *ibid.* p. 88 ſqq.

CRAMERI diſſ. ibid. laudata prodiit *Tiguri* 1711. 4.

P. 261. lin. 19 adde: *Giſſae* 1708. 4. ſequens *Baieri* diſſertatio prodiit *Ienae* 1697 et 1713. 4. *Sahmii* diſſ. *Gedani* 1702. 4. Addatur OLAI CELSII de eodem argumento diſſ. *Upſal.* 1715. 4. *Matthesii* diſſ. prodiit 1688. 4.

P. 262. DOEDERLINI libri ibi laudati pars I tertia vice prodiit 1782, alteraque pars vice ſecunda 1781.

P. 266. poſt lin. 21 adde: *Leben Davids, vom Abt von* Choiſy *und* Peter Bayle, *aus dem Franz. überſetzt, mit kritiſchen Anmerkungen von* P. G. v. K. *Frankf.* 1736. 8.

P. 268. poſt lin. 20 adde: IOH. GOTTFRIED HASSE, der philoſ. Facultät in Iena Adjunct, *Idiognomik Davids, oder Unterſuchungen über Davids Bildung,*

lung, *Eigenes*, *Schickſale*, *Dichtung*, *Begeiſterung*, *Weiſſagung*, *Dogmatik*, *Moral und Idiopoëtik.* Iena 1784. 8 mai.

P. 270 poſt lin. 28 adde: IOH. DAV. MICHAELIS in Spicilegio Geographiae Hebr. exterae T. II. p. 184 ſqq.

P. 275. poſt lin. 15 inſerere lubet: VINCENTII FASSINI, *Ord. Praedic. et Prof. Theol. Piſani*, de Alexandro M. ingreſſo Hieroſolyma, antequam ſe ad Hammonis oraculum transferret, exercitatio, in qua Flavii Ioſephi narratio defenditur. Accedit altera de eiusdem regis imperii diviſione, ad cap. I libri I Machabaeorum. *Florent.* 1780. 4 mai. — Ioſephi narrationem de Alexandro auctor quidem defendit rationibus non ſat aptis, arteque critica minus inſtructus. Diſſertatione altera auctoritatem libri primi Maccab. canonicam, quam vocant, aſſerere, eiusque ope veritatem narrationis de diviſione iſta ſuperſtruere conatur.

P. 283. Verſio HEGESIPPI *Itala per Pietro Lauro Modoneſe*, Venetia 1544. 8, laudatur a *Tiraboſchio* in Additt. ad *Crevennae* Cataloque raiſ. T. VI. p. 329.

P. 286. SAL. DEYLINGII Aeliae Capitolinae origines et hiſtoria. Lipſ. 1743. 4.

P. 288. poſt lin. 19 adde: DE BOISSY *Diſſertations pour ſervir à l'hiſtoire des Juifs, avant et depuis Jeſus-Chriſt, et de ſupplément à l'hiſtoire de M. Basnage.* à Paris 1785. II Voll. in 12 mai. — Diſſertatio amplior et praeſtantior caeteris agit de ſtatu Iudaeorum in Gallia regnantibus Merovingis et Carolingis, operique Baſnagiano ſupplendo deſtinata. Reliquae agunt de Abrahami patriarchae idololatria, de Abimeleco, de Aarone, de Abdia, de ſententia Sadducaeorum et Samaritanorum de angelis, de Abel, Abela et Aelia Capitolina, de Iudaeis in Africa, de

P. 54. lin. 21 l. mox laudando.
P. 56. lin. 5 l. Achaemenidarum.
Ibid. lin. 6 l. Thraciae.
P. 57. lin. 22 l. Boſporanorum.
P. 64. lin. 24 adde: Exſtat quoque in *Wadding* Annalibus Minoritarum T. III.
P. 66. lin. 6 poſt verbum *memorabilia* comma po- nendum.
P. 77. lin. 26 l. librarius.
P. 81. lin. 5 poſt vocabulum STRUVII paren- theſis claudenda.
P. 95. lin. 27 l. *Bruggenſis.*
P. 96. lin. 3 ſqq. Prodiit quoque — *Baſil.* 1538 8.) Ex *Clementis* bibl. poſtea didicimus, minime Fon- tani libros III de bello Rhodio cum Sadoleti ora- tione ibi memorata prodiiſſe, aliud potius eſſe Fon- tani ſcriptum, epiſtolam nimirum ad Adrianum VI Pontif. max. de expugnatione Rhodi.
Ibid. lin 9 l. Theodorici.
Ibid. lin. 19 ſq. Italica Fontani verſio prodiit etiam *Venet.* 1564. 1582. 1654. 4; et cum Fr. Sanſovini *Iſtoria dell' origine et imperio de' Turchi* Venezia 1560. 4.
Ibid. lin. 27 adde: CLEMENT *Bibl. curieuſe* T. VIII. p. 418 ſq.
P. 167. lin. 9 notae l. prodiit.
P. 211. lin. 34 in margine ponendum: *Irwin.*
P. 225. lin. 6 l. Prodidagmata.
P. 232. lin. 27 l. IOS. loco IOH.
P. 251. lin. 20 et 21 lege: diario *iſto*, nota hac *memorato*.
P. 253. lin. 19 in margine ponendum: *Heberer.*
P. 273. lin. 23 l. iniit.
P. 278. lin. 3 l. Muhammede.
P. 282. lin. 16 l. SPANDUGINI.
P. 320. lin. 27 l. Rålamii.

BIBLIOTHECA HISTORICA

INSTRUCTA

A

D. BURCARDO GOTTHELF STRUVIO

AUCTA

A

D. CHRISTI. GOTTLIEB BUDERO

NUNC VERO

A

IOANNE GEORGIO MEUSELIO

ITA DIGESTA, AMPLIFICATA ET EMENDATA,

UT PAENE NOVUM OPUS

VIDERI POSSIT.

Voluminis II Pars II.

LIPSIAE,

APUD HEREDES WEIDMANNI ET REICHIUM.

MDCCLXXXVI.

INDEX
CAPITUM ET SECTIONUM.

CAPITIS XIV Sectio II.

Scriptores geographici et hodoeporici de India orientali ſpeciales
I. Scriptores de terra Hinduſtan ſtricte ſic dicta, ſive de imperio magni Mogolis pag. 1
II. Scriptores de Bengala 4
III. Scriptores de littore Malabarico 6
IV. Scriptores de littore Coromandelico 7
V. Scriptores de inſula Ceylon ſ. Zeilan ſ. Selan. 8
VI. Scriptores de inſula Sumatra 12
VII. Scriptores de inſula Java urbeque Batavia 14
VIII. Scriptores de inſulis Moluccis, Borneo, Celebes, aliisque adiacentibus 17
IX. Scriptores de inſulis Philippinis, Maghindanao, Marianis etc. 22
X. Scriptores de nova Guinea 23

Sectio III.

Scriptores de hiſtoria Indiae orientalis generales 25

Sectio IV.

Scriptores de hiſtoria Indiae orientalis ſpeciales
I. Scriptores de hiſtoria Indiae orientalis antiqua 38
II. Scriptores de terra Hinduſtan ſtricte ſic dicta ſive de imperio magni Mogolis 38
III. Scriptores de rebus ab Europaeis in India orientali geſtis, de eorum bellis, commerciis etc. 43
1. Scriptores de rebus Anglorum et Francogallorum in India orientali 48
2. Scriptores de rebus a Danis in India orientali geſtis 64
IV. Scriptores de Mahrattis ſ. Maharattis, atque de regno rebusque geſtis Hyder Ali 69

Sectio V.

Scriptores de Indorum religione et legislatione 73

Sectio VI.

Scriptores de progreſſu Chriſtianiſmi in India orientali 80

CAPUT XV.

Scriptores de rebus regnorum Indicorum extra Gangem ſitorum, Siam, Cochinchina, Tonquin, Ava, Pegu 88

CAPUT XVI.

Scriptores de rebus Tibetanis (Thibetanis, Tybetanis) et Coreanis 101

CAPUT XVII.

Scriptores de rebus Sinicis.

Sectio I.

De libris hiſtoricis, a Sinenſibus ſcriptis 106

Sectio II.

Scriptores geographici et hodoeporici 117

Sectio III.

Scriptores de hiſtoria Sinenſi 139

Sectio IV.
Scriptores de ſtatu Sinenſium civili, religioſo, militari, domeſtico pag. 174
Sectio V.
Scriptores de progreſſu religionis Chriſtianae apud Sinenſes 182
CAPUT XVIII.
Scriptores de rebus Iaponicis ſive Iapanicis 193
CAPUT XIX.
Scriptores de rebus Tataricis et Mongolicis 212
Scriptores de Tſchingis-Chano et de Tamerlane ſive potius Timure, Mongolorum olim ducibus famoſiſſimis 232
CAPUT XX.
Scriptores de rebus Sibiriae, Kamtſchatkae, aliarumque regionum hodie dominationi Ruſſicae in Aſia ſubiectarum 240
CAPUT XXI.
Scriptores de rebus Scythicis et Hyperboreis 258
CAPUT XXII.
Scriptores de expeditionibus cruciatis 270
CAPUT XXIII.
Scriptores de Africa in genere 314
CAPUT XXIV.
Scriptores de rebus Aegyptiacis.
Sectio I.
Scriptores de hiſtoria Aegyptiaca antiqua generales 332

Reliquae capitis XXIV ſectiones proxime ſequentur. — Scriptores nonnulli recentiſſimi, v. c. de rebus Indiae orientalis, indicari non potuerunt, quia ſchedae huius partis manu ſcriptae iam ſub finem anni praeteriti typographo traditae fuerant. Supplebimus autem eosdem non ſolum, verum etiam alios a nobis omiſſos, iisque addemus emendationes et caſtigationes notitiarum minus accuratarum, in fine operis. Singulis enim partibus, ut in tribus prioribus factum, analecta ſubiicere, uſui operis non ſatis convenire videtur. Sedulo interim notabimus errores atque lacunas; eamque ob rationem rogamus omnes harum rerum peritos, cum in Germania tum extra illam viventes, ut, quae vel omiſſa vel commiſſa a nobis obſervaturi ſint, benevole nobiscum communicent.

BIBLIO-

BIBLIOTHECA HISTORICA.

CAPITIS XIV

SECTIO II.

Scriptores geographici et hodoeporici de India orientali ſpeciales.

I. *Scriptores de terra Hinduſtan ſtricte ſic dicta, ſive de imperio magni Mogolis.*

Magnam ſcriptorum modo ſectione huius capitis prima recenſitorum partem ibi quoque, ubi ſingulas Indiae orientalis partes curioſius noſcere velis, adeundam eſſe, per ſe patet. Ita ad penitiorem imperii magni ſic dicti Mogolis ex itinerariis ſupra deſcriptis praecipue huc ſpectant, quae TERRY [a]), RHOE [b]), MANDELSLO [c]), THEVENOT [d]), TOSI [e]), RENNEL [f]), TIEFFENTHALER

a) v. Bibl. hiſt. Vol. II. P. I. p. 343.
b) ibid, p. 343 ſq.
c) ibid. p. 345 ſqq.
d) ibid. p. 353 ſq.
e) ibid. p. 360.
f) ibid. p. 385.

LER [g]), aliique litteris mandarunt, ac, ſi lubet, DAPPERI compilatio [h]). Reſtant ſcriptores ſequentes, ſingulari ſtudio regionis iſtius eiusque incolarum conditionem atque aulam magnam Mogolis exhibentes.

Bernier. *Hiſtoire de la dernière révolution des Eſtats du grand Mogol. Par le Sieur* F. (FRANÇOIS) BERNIER, *Médecin de la Faculté de Montpellier.* à Paris 1670. 12. *Suite des Mémoires du Sieur* BERNIER *ſur l'Empire du grand Mogol. Relation du voyage fait en 1664 à la ſuite du grand Mogol Aureng-Zebe, allant avec ſon Armée; de Delhi, Capitale de l'Hindouſtan, à Lahor; de Lahor à Bember; et de Bember au Royaume de Kachemire, que les Mogols appellent ordinairement le Paradis terreſtre des Indes.* ibid. 1671. 12. *Evenemens particuliers, ou ce qui s'eſt paſſé de plus conſiderable après la guerre pendant cinq ans, ou environ, dans les Etats du grand Mogol. Avec une Lettre* (à Monſeigneur Colbert) *de l'étenduë de l'Hindouſtan, Circulation de l'or et de l'argent pour venir s'y abimer, richeſſes, forces, juſtice, et cauſe principale de la decadence des Etats de l'Aſie.* ibid. 1671. 12. Quae omnia typis repetita *Hag. Comit.* 1671 et 1672. 12. Iterumque hac inſcriptione: *Voyages de* FRANÇOIS BERNIER *contenant la deſcription des Etats du grand Mogol, de l'Hindouſtan, du Royaume de Kachemire* etc. *Le tout enrichi de Cartes et de Figures.* à Amſterd. 1699. II Voll. in 12 mai. ibid. T. I. 1710. T. II. 1709. II Voll. in 12 mai. ibid. 1711. III Voll. in 12 mai. ibid. 1722—1724. IV Voll. in 12 mai. Omnes cum figg. aen. Prima editio tabellam ſolum habet geographicam. In editionibus poſterioribus particulae itinerarii non eodem, quo primum ſepa-

g) v. Bibl. hiſt. Vol. II. P. I. p. 386.
h) ibid. Vol. I. P. II. p. 12.

ſeparatim editae fuerant, ordine collocatae. — *Anglice*, Lond. 1671. 8. ibid. 1675. Pars II. 1676. 8. — Theotiſce in collectione ſic inſcripta: *Aſiatiſche und Africaniſche Merkwürdigkeiten dieſer Zeit, das iſt: Beſchreibung der Königreiche von Argier* (Algier) etc. Nürnberg 1676. 4. — Auctor a. 1654 Palaeſtinam indeque Aegyptum petiit, anno vero 1655 terras magni Mogolis, bello immani tum flagrantes, cuius hiſtoriam in libello primum edito deſcribit: quae autem poſtea per quinque, et quod excurrit, annos geſta ſunt, libello ſupra memorato quarto narrat. Secundus et tertius huc in primis pertinent; ſunt enim topographici et hodoeporici argumenti, ut vel e titulis allatis videre licet. Et ſecundo quidem auctor praecipue in eo eſt, ut urbium, Delhi et Agra, deſcriptiones exhibeat, et ut ſuperſtitiones incolarum pingat. Adiecta eſt epiſtola philoſophici argumenti. Editiones recentiores habent libellum primum et quartum rite coniunctum, ac poſt ſeſe ſecundum atque tertium. Bernierus usque ad a. 1670 in terris iſtis commoratus per octo poſteriores annos magni Mogolis, cui nomen Auring-Zeb, archiatri officio functus eſt. Licuerat igitur illi, permulta videre et audire, quae aliis occluſa eſſe ſolent; ideoque relationes iſtius magnam prae ſe ferunt auctoritatem. Nemo ſane hucusque meliora de interioribus imperii Mogolici partibus docuit. Paſſim quidem credulus, paſſim etiam mendax Francogallus nobis videtur: plurima vero narrationum pars ſincera fideque digna omnino praedicanda.

L'illuſtre payſan, ou Mémoires et avantures de Moginié. DANIEL MOGINIÉ, *natif de village de Chézales au Canton de Berne, baillage de Moudon, mort à Agra le 22 de Mai 1749. agé de 39 ans; Omrah de la première claſſe, Commandant de la ſeconde Garde-*

Mogole, Grand Portier du Palais de l'Empereur et Gouverneur du Palngeab. Où ſe trouvent plusieurs particularités anecdotes des derniers Révolutions de la Perſe et de l'Indoſtan et du regne de Thamas-Kouli-Kan. Ecrit et addreſſé par lui même à ſon frere François, ſon Légataire. à Lauſanne 1754. 8. *Theotiſce* hac epigraphe: *Der erlauchte Bauer, oder Lebensgeſchichte und Begebenheiten* Daniel Moginiés, *enthaltend verſchiedene geheime Nachrichten von den letzten Veränderungen in Perſien und Indoſtan, und von der Regierung des Thamas-Kouli-Kan. Aus dem Franz.* Berlin 1755. 8. Alia verſio Theotiſca prodiit ſic inſcripta: DANIEL VON MOGINIÉ *ſelbſt eigene Beſchreibung ſeiner Reiſe und ſeltſamen Begebenheiten in Perſien und Indoſtan; herausgegeben* von (Richard) Tomlinſon. *Bern* 1763. II Partes in 8. — Liber hiſtorici magis, quam geographici argumenti, utpote qui, praeter auctoris fata mirabilia, multa de rebus titulo memoratis tradit, alibi haud obvia, certe minus explicita. Nos ſupra Vol. I. P. II. p. 63 ſqq. ubi de rebus Perſicis aevi recentioris ſermo, huius quoque ſcriptoris probe inſtructi meminiſſemus, ſi tum eius librum cognoviſſemus. In uſum eorum, qui de rebus Perſiae hiſtorias condidere, veniſſe haud videtur.

HOLLWELLI aliorumque relationes ſectio tertia, libris hiſtoricis deſtinata, ſiſtet.

II. *Scriptores de Bengala.*

Ayin Akbary etc. *The Ayin Akbary: or the inſtitutes of the Emperor Akbar. Translated from the Original Perſian* (*by* Francis Gladwin). *London* 1777. 4. — Akbar, magnus Mogol, a. 1605 mortuus, conſiliario ſuo celeberrimo, *Abul-Fazel*, commentarios imperii, latiſſime tunc temporis patentis, conficere iuſſit, in quibus omnia, quae ad peritiorem cognitionem ſtatus

ſtatus publici ſingularum provinciarum facere poſſent, diligenter notata et deſcripta eſſent. Anglus *Iones* in Grammatica a ſe confecta Perſica p. 142 opus maxime commendare; popularis eius Gladwin poſtea Calcuttae a. 1775 illud linguae Anglicae donare, eiusque ſpecimen, non vero librum integrum, inſcriptione modo memorata typis mandare coepit. Continet id *Subah* ſeu provinciam Bengalicam, in primis eius geographiam, reditus, opes et copias, quales quidem Akbaro imperante fuerint. Quibus cum conferri poſſunt, quae *Rennel* ac *Tieffenthaler* de ſtatu Bengalae recentiore retulere.

PETER FLORIS WILLIAMSON *du Golfe de Bengale;* in *Thevenot* Relation de divers voyages curieux etc. T. I. P. I. — Auctor rei mercatoriae ſtudens, a ſocietate Anglico-Indica a. 1610 miſſus in Indiam orientalem, breviter, quae ibi usque ad a. 1613 geſſit, narrat. Floris.

WILL. METHOLD'S *Treat of the Gulf of Bengale, as alſo Golconda, Arracan, Pegu, Tanaſſery* etc.; in *Purchas's* Pilgrimage. Lond. 1625. fol. et in *Thevenot* Relation de divers voyages curieux etc. T. I. P. I. Methold.

BARTH. PLAISTED'S *Journal from Calcutta in Bengale* etc. Cf. Bibl. huius Vol. II. P. I. p. 208. Plaiſted.

JAMES RENNEL'S (ſupra Vol. II. P. I. p. 385 laudati) *Bengal Atlas, containing maps of the theatre of war and commerce on that ſide of Hindoſtan, compiled from the original ſurveys and publiſhed by Order of the honourable Court of Directors for the affairs of the Eaſt India-Company.* (London) 1782. fol. max. Editio minus ſumtuoſa, cum commentariolo, quo prior caret. ibid. 1783. Tabulae geographicae ſumma cum cura elaboratae Rennel.

 viginti,

viginti, quibus globi noſtri terraquei notitia mirum in modum augetur atque iuvatur, inſunt.

III. *Scriptores de littore Malabarico.*

Ioſephus. *Prima ſpedizione all' Indie Orientali del P. F.* GIOSEPPE DI S. MARIA, — *de legato apoſtolico ne' Regni de' Malavari* etc. Cf. ſupra Vol. II. P. I. p. 350.

Balde. PHILIP. BALDE ſ. BALDAEUS *Beſchryving der Oſtindiſchen Landſchapen, Malabar, Choromandel, Ceylon* etc. Cf. ſupra Vol. II. P. I. p. 358 ſq.

de Biervillas. INIGO DE BIERVILLAS *Voyage à la Côte de Malabar* etc. Cf. ſupra Vol. II. P. I. p. 372 ſq.

Viſſcher. *Malabaarſe Brieven, behelzende eene nauwkeurige Beſchryving van de Kuſt van Malabaar, den aardt des landts, de zeeden en gewoontens der inwoonern, en all het vornaamſte, dat in dit geweſt van Indië valt aantemerken. Door wylen* IACOBUS CANTER VISSCHER, *in leven Bedienaar des Evangeliums eerſt te Couchim op Mallabar, naderhand te Batavia; nu uitgegeven door* C. T. Viſſcher, *Predikant de Pingjum.* Te Leeuwarden 1743. 8.

Dellon. DELLON *Nouvelle Relation d'un voyage fait aux Indes orientales* etc. Cf. ſupra Vol. II. P. I. p. 356.

Prevoſt. PREVOST in collectione itinerariorum, maximam partem e ſermone Anglico in Francogallicum verſa, exhibuit deſcriptionem littoris Malabarici, a ſe ipſo, ut videtur, confectam (T. XII. p. 447 — 469 ſecund. verſ. Theot.). Malabarum mores et religio littorisque Malabarici ſolum, arbores, plantae, animalia in primis, ſecundum ſcriptores probatiſſimos breviter exponuntur.

Eſchels-Kroon. ADOLPH ESCHELS-KROON *von den Handelsplätzen auf der Malabariſchen Küſte in Oſtindien;* in *Polit. Journal* a. 1781. Decemb. p. 460 ſqq.

De

De inſula *Bombay* praeter alios videndus Ovington.
OVINGTON *Voyage to Suratt in the year* 1689 etc.
Cf. Bibl. hiſt. Vol. II. P. I. p. 362. Conſulendus quoque EDUARDUS IVES, ibidem p. 376 ſqq. Ives. laudatus, et quidem L. I. cap. 3. Recentiora et accuratiora de eadem, cum ichnographia praeſtantiore illa, quam Ovington tradidit, exhibet NIEBUHR Niebuhr. in itinerario celebratiſſimo T. II. p. 1 ſqq. Cf. Bibl. hiſt. Vol. II. P. I. p. 210 ſq.

De urbe *Suratta* conſulendi ſunt iidem, atque Langhans. CHRIST. LANGHANS, laudatus ſupra Vol. II. P. I. p. 369.

Item OLOF TORE'EN in *Reſa til Surate och Oſtindien* (1757), de quo infra inter ſcriptores de rebus Sinicis; atque I. H. GROSE ſupra Vol. II. P. I. Toréen. Groſe. p. 375 citatus; et SONNERAT ibid. p. 382. Sonnerat.

IV. *Scriptores de littore Coromandelico.*

E ſcriptoribus, ſectione prima huius capitis enumeratis huc referendi: BALDAEUS, DE LA FLOTTE, GRENIER, IVES, LE GENTIL praecipue, aliique.

Prae multis etiam conſulendum eſt opus infra recenſendum: *Däniſche Miſſionsberichte* etc. atque *Mémoires du Colonel Lawrence* etc.

Beſchreibung von Maſulipatan und der engliſchen d'Eon. *nordlichen Circars auf der Küſte Koromandel in Oſtindien, nebſt einigen benachbarten Provinzen;* in *I. R. Forſter* und *M. C. Sprengel Beyträgen zur Völker- und Länderkunde* (Leipz. 1783. 8.) P. III. p. 1—56. — Haec deſcriptio haud vulgaria et trita de regionibus iſtis continens, excerpta ac Theotiſce reddita ex tomo XII operis ſic inſcripti: *Les Loiſirs du Chevalier* D'EON DE BEAUMONT, *ancien Mi-*

niſtre plenipotentiaire de France, ſur divers ſujets importans d'adminiſtration etc. (à Amſterd. 1774. 8 mai.)

Anonymus de urbe Madras. Anonymi libellus: *Die auf der Küſte Coromandel in Oſtindien befindliche groſse und berühmte Stadt der Engliſchen Nation,* Madras *oder* Fort S. George, *in Vorſtellung der Gemüthsbeſchaffenheit, der Sitten, der Aufführung, des Verhaltens und der eigentlichen Art der Eingebohrnen, desgleichen ihres Gewerbes und Haushaltung, der Früchte des Landes und der Nutzbarkeit der Gärten; vermittelſt* 30 *gemeiner Geſpräche, anfangs in Warugiſcher, und nachgehends in Engliſcher Sprache beſchrieben von* B. S. *Anietzo in einer teutſchen Ueberſetzung aus dem Engliſchen bekannt gemacht durch* I. H. G. *Nebſt einem Anhange von der Witterung auf oben genannter Küſte und andern dahin gehörigen Merkwürdigkeiten.* Halle 1750. 8. — Auctor, in urbe iſta diu commoratus, ibidem opuſculum hocce compoſuit.

Recentiora de urbe Madras exhibent epiſtolae praefecti militaris anonymi e Germania oriundi atque militiae Anglicae in terris iſtis a. 1782 et 1783 operam dantis; in ephemeridibus Theotiſcis: *Politiſches Journal* (*Hamb.* 1784) Partic. II. p. 132 ſqq. Partic. IV. p. 323 ſqq.

V. *Scriptores de inſula Ceylon ſ. Zeilan ſ. Selan.*

Plures ſcriptorum de India orientali generales huc quoque ſpectant v. c. BALDAEUS, MANDELSLO, SAAR, VALENTYN (P. V.), IVES, SONNERAT etc. Singularem vero operam geographiae ut et hiſtoriae eiusdem inſulae impenderunt ſequentes:

Knox. ROBERT KNOX *hiſtorical Relation of the Iſland Ceylon in the Eaſt-Indies: together with an account of the detaining in captivity the* AUTHOR AND

DI-

DIVERS OTHER ENGLISHMEN *now living there; and of the Author's miraculous eſcape.* London 1681. fol. Theotiſce, Lipſ. 1681. 4. ibid. 1689. 4. *Francogallice*, à Lyon 1684. II Voll. in 12. ibid. 1693. II Voll. in 12. à Amſterd. 1693. II Voll. in 12. *Belgice*, Utrecht 1692. 4. Omnes verſiones, ut archetypum, cum figg. aen. — Egregii huius operis auctor a iuventute ſua in navigationibus Indicis verſatus, in inſula, quam deſcribit, integrum fere tempus vicennale, inde ab anno 1657, captivus exegit; commoditatem ita nactus, ſtatum et mores iſtius terrae exactius et ad minima usque pernoſcendi. Cuius cognitionis copiam ut aliis faceret, inſtigatus in primis fuit a *Richardo Hooke*, qui et ipſe in praefatione, quam adiunxit, relationem hanc a ſe reviſam multis nominibus commendare non dubitavit, tantoque maiorem auctori fidem accommodandam putat, quod ab omni iactantia alienus ſit, linguam quoque Ceilanicam perinde ac vernaculam calleat, nihil inſuper litteris conſignaverit, quod non ipſe aut ſuis viderit oculis, aut certe ab indigenis inſulae acceperit, tanquam pervulgatum et communi ore pro certo agnitum. Caeterum de iis potiſſimum agere intendit Anglus, quae Europaeis hactenus maximam partem manſere incognita, praecipue quid in mediterraneis inſulae locis agatur; iſtuc enim pauciſſimis aditum patere, indeque factum ait, ut ipſae quoque chartae geographicae quoad haec imperfectae hactenus manſerint, ad quem effectum ſupplendum ipſe novam exhibet mappam Ceilanenſem, ex propria itinerum ibi factorum experientia concinnatam. Litorales vero tractus inſulae quod attinet, qui omnes Belgarum parent dominio, paucioribus eosdem ideo tetigit, quod ſufficiens ipſorum notitia iam ex aliorum itinerariis

habeatur. Univerſum opus in quatuor ſectiones diſpeſcuit. In prima agit de ipſa regione eiusque proventu; in ſecunda de rege et regimine civili; in tertia de inhabitantium indole, religione et moribus; in quarta denique ſui ipſius hiſtoriam, captivitatem, fata ibi habita, fugamque tandem periculorum pleniſſimam perſequitur.

Cf. Actorum Erud. Suppl. T. I. p. 36—47.

Ribeyro. JEAN RIBEYRO *Hiſtoire de l'isle de Ceylan, ecrite en* 1685 *et traduite du Portugais par Monſr. l'Abbé* LE GRAND. à Trevoux 1701. 12. à Amſterd. 1701. 12. à Trevoux 1707. 12. à Amſterd. 1719. 12. ibid. 1750. 12. — Inſcriptionem archetypi Luſitanici annumque, quo praelo mandatum fuerit, nullibi indagare poſſumus. Auctor, praefectus militaris, bello, quo ſaeculo ſuperiore Luſitani ſedes, in inſula Ceylon ſaeculo decimo quinto occupatas, Belgis cedere coacti ſunt, octodecim per annos interfuit. Libro primo capitibus XXV complexus eſt potiſſimum res inſulae geographicas moresque Singalenſium; ſecundo, capitibus XXIII hiſtoriam bellorum, a Luſitanis adverſus regem inſulae, in urbe Candy degentem, et adverſus Belgas geſtorum; tertio denique breviter, quos errores Luſitani in occupanda India orientali commiſerint, demonſtrat. Interpres Francogallicus pluribus capitibus additiones ſubnexuit, cum e chartis manu ſcriptis, a Marchione de Fontes praecipue oblatis, tum ex libris in Luſitania alibique typis impreſſis; quae ſubſidia in praefatione commemorat. Adiecit inſuper plures tabulas aeri inciſas, v. c. tabulam inſulae geographicam, a geographo celeberrimo *de l'Isle* ſcite delineatam, ichnographias urbium, icones plantarum etc.

Ex

Ex his aliisque libris corraſa ſunt, quae SALMON Anglice dedit in Deſcriptione inſulae Ceylan (1727); Belgice deinde cum annotationibus exhibuit M. VAN GOCH, atque anonymus Theotiſce reddidit hoc titulo: *Allerneueſter Zuſtand der weltberühmten Zimmet- und Elephanten - Inſul Ceylon.* Hamb. 1731. 8. Salmon. van Goch.

Herrn IOHANN CHRISTOPH WOLFS, *vormaligen erſten Geheimſchreibers in Staats- und Iuſtitzſachen zu Jaffanapatnam auf Zeilan, itzigen herzoglich Mecklenburgiſch - Schweriniſchen Amtmanns*, Reiſe nach Zeilan. *Nebſt einem Berichte von der holländiſchen Regierung zu Jaffanapatnam.* Berlin und Stettin 1782. *Zweyter Theil.* ibid. 1784. 8 mai. — Anglice, London 1784. 8. — Fide digniſſimus ſcriptor, adhuc in vivis, dum haec ſcribimus. Vixit enim paene annis viginti in inſula iſta — quo autem anno ibidem advenerit, haud memorat — negotiisque variis, iisdemque partim magni momenti, interfuit. Candor ſtudiumque vera narrandi ubique elucent. Deſcribit arbores plantasque, animalia, elephantem in primis, eorumque indolem, margaritarum piſcatum, coelum ac ſolum, regem ſ. imperatorem inſulae formamque regiminis, ſubditos eiusdem, multum diſtantes ab illis, quorum Knoxius memorat, quippe cultiores facti Belgarum commercio, quam Luſitanorum. Multum eſt in pingendis Singalenſium moribus. Addita ſunt nonnulla de commerciorum ratione inter eosdem atque Belgas. Parti priori adiecta eſt verſio relationis Belgice ſcriptae, antea haud in lucem editae, ſuper Belgarum adminiſtratione civili in urbe et regno Jaffanapatnam. Pars poſterior comprehendit varia prioris ſupplementa. — Editor huius itinerarii anonymus varias adſperſit notas. Wolf.

notas. In praefatione ſcriptores de inſula Ceylan nonnullos enumerat.

Eſchels-Kroon. ESCHELS - KROON *Beſchreibung der Inſel Ceylan, oder Ceylon. Erſter Theil;* in *Polit. Journal* (Hamburg) 1782. Ian. p. 14 — 24. *Zweyter Theil;* ibid. Febr. p. 113 — 133. — Non modo recentiſſima, verum etiam fide digniſſima refert auctor, aliis etiam ſcriptis, res Indiae orientalis illuſtrantibus, clarus. Statum inſulae hodiernum geographicum ac civilem, rationemque cinnamum colligendi, potiſſimum exponit.

VI. *Scriptores de inſula Sumatra.*

Praeter I. W. VOGELIUM (Cf. huius Bibl. Vol. II. P. I. p. 361 *) OLITZSCHIUM (Cf. ibid.) VALENTYNUM aliosque ſcriptores generales huc in cenſum veniunt:

Miller. CAROLUS MILLER, Anglus, rerum naturalium peritiſſimus, circa annum 1771 in Sumatram inſulam miſſus, epiſtolas nonnullas inde ſcripſit amicis Londinenſibus, quarum excerpta exhibita in collectione celeberrima: *Philoſophical Transactions* Vol. LXVIII. P. I. p. 161 — 179. 1778. Theotiſce reddita in *I. R. Forſter* et *I. M. Sprengel Beyträgen zur Länder - und Völkerkunde* (1781) T. I. p. 1 — 36. *Forſter* annotationibus utiliſſimis Angli relationem illuſtravit. Aliam verſionem Theotiſcam tradidit ſine notis *C. D. Ebeling* in *Neue Sammlung von Reiſebeſchreibungen* (Hamb. 1781. 8.) T. II. p. 1 — 24. Inſerta quoque foliis hebdomadariis: *Hannöveriſches Magazin* 1781. Gratae erant

*) Quae loco laudato de Vogelii itinerario iudicavimus, amici ſententia erat: nobis vero, poſtquam id ipſi inſpeximus, paullo mitius de eodem ſentiendum eſſe putamus. Certe, quae de inſulis Sumatra et Iava referuntur, haud contemnenda ſunt.

erant Milleri obſervationes, licet maximam partem leves ac mancae, quia per tempora ſat longa parum novi de inſula iſta in Europa innotuerat. Poſtea longe pleniora, doctiora et perfectiora accepimus a duumviris, quorum prior eſt

ADOLPHUS ESCHELS-KROON, cuius narratio edita eſt hac inſcriptione: *Beſchreibung der Inſel Sumatra, beſonders in Anſehung des Handels, und der dahin gehörigen Merkwürdigkeiten. Nebſt einer Original-Karte, von* Adolph Eſchels-Kroon, *vormaligen Reſidenten der Holländiſchen Oſtindiſchen Compagnie zu Ayerbongies auf Sumatra. Herausgegeben mit einer Vorrede von* Gottlob Benedict von Schirach. *Hamburg* 1781. 8 mai. Et in collectione Ebelingiana modo laudata T. III. — Auctor octo per annos (inde ab a. 1766) in inſula commoratus munereque, quod libelli titulus prodit, functus, interiora inſulae curioſius et exactius, quam alii Europaei ante eum, ſcrutatus eſt. Iucunda aeque ac nova multa refert de Sumatrae ſitu, fluminibus, locis mercatoriis, Belgarum in primis, de quorum ratione et inſtitutis antea nihil certi in Europa innotuerat. Idem valet de iis, quae de Anglorum mercatura adiecit. Tabula, quam titulus libelli innuit, geographica minime nova, ſed e Valentyni opere deſumta eſt. Eſchels-Kroon.

WILLIAM MARSDEN'S *Hiſtory of Sumatra, containing an Account of the Government, Laws, Cuſtoms and Manners of the native Inhabitations, with a Deſcription of the natural Productions and a Relation of the ancient political ſtate of that Island.* London 1783. 4. Epitomen libri *Theotiſcam* exhibere coepit — nondum enim finita — *I. M. Sprengel* in modo laudata collectione: *Beyträge zur Völker- und Länderkunde* (1783 et 1784) T. III. p. 273—316. T. IV. p. 241—274. Integrum librum Marsden.

librum *Theotiſce* reddidit anonymus *Lipſ.* 1785 8 mai. — Anglus peritiſſimus, ſagaciſſimus et doctiſſimus omnes, qui de inſula Sumatra ſeu multum ſeu parum commentati ſunt, antecellit: Eſchels-Kroonio tamen honos meritumque ſuum manebit propter relationem de ſedibus Belgarum ibi conſtitutis exactiorem. Marsdenius diu ibidem commoratus, munereque Secretarii in caſtello Marlborough, ſede directorum, qui rebus Anglicis in Sumatra proſpiciunt, functus, memorabilia potiſſimum littoris occidentalis, ab Anglis occupati, gentiumque, quibuscum foedera iunxere commerciaque agunt, accurate tradit. Agit igitur ſectionibus ſingulis de inſulae ſitu ac ſolo, variis proventibus fructibusque, rei mercatoriae praeſertim inſervientibus, de incolis eorumque lingua, ritibus moribusve, de ſtatu regnorum praecipuorum civili. Subiuncta eſt inſulae hiſtoria, qualis pro penuria monimentorum condi potuit. Omnia ab auctore circumſpecte docteque expoſita veritatique conſentanea videntur. Tabula adiecta geographica regiones locaque, ab Europaeis culta aut ſaltem perluſtrata, longe curatius, quam antea, repraeſentat.

Cf. *Götting. Anzeigen* a. 1783. p. 629—636. BUESCH *und* EBELING *Handlungsbibliothek* 1784. *Stück* I. p. 158—161.

VII. *Scriptores de inſula Iava urbeque Batavia.*

Poſt ſcriptores nonnullos generales ſupra enumeratos, V. C. NIC. DE GRAAF, NIEUHOF, WOUTER SCHOUTEN ſ. SCHULZEN, AERNOUT VAN OVERBEKE, I. W. VOGEL, LEGUAT, VALENTYN, DE BIERVILLAS, G. L. SCHWARZ, HEYDT, IAC. FRANK, ſequentes hoc ſaxum volverunt:

Ano-

Anonymi *Reyſe naer Java.* Dordrecht 1666. 4. Anonymi Reyſe etc.

CHRIST. FRIEDRICH WALBAUMS *Hiſtorie der Oſtindiſchen Inſel Groſs-Java und aller übrigen Holländiſchen Colonien in Oſtindien.* Jena 1753. 8. — Walbaum. Hic ſcriptor Indiam ipſe non vidit, ſed librum ex itinerariis a nobis commemoratis compoſuit, quibus tamen haud ubivis caute uſus eſt, ideoque vera falſis miſcuit. Praeter hiſtoriam inſulae geographia, et haec quidem ſatis imperfecte, deſcribitur.

JAC. CORNEL. MATTHAEI RADERMACHER Radermacher et van Hogendorp. et W. VAN HOGENDORP *Korte Schets van de Bezittingen der Nederlandſche Ooſt-Indiſche Maatſchappye;* in *Verhandelingen van het Bataviaaſch Genootſchap der Konſten en Wetenſchappen.* 1 Deel (te Batavia gedrukt 1779. 8.) p. 5—18. Eorundem *Beſchryving van het Koningryk Jaccatra;* ibid. p. 19—41. Eorundem *Beſchryving van de Stad Batavia;* ibid. p. 42—70. Referri etiam huc poteſt JAN HOOYMAN relatio de agricultura et opificiis circa Bataviam; ibid. p. 173—262. Quae omnia Theotiſce quoque legi poſſunt in verſione Commentariorum iſtorum ſocietatis Batavae litterariae, ab anonymo *B.* Lipſ. 1782 evulgata notuliſque inſtructa. Epitome deſcriptionis urbis Bataviae Theotiſce etiam reddita a *Georgio Forſter* in *Götting. Magazin* a. 1782. P. II. p. 256 ſqq. — *Radermacher*, cui origo huius ſocietatis debetur, conſiliarius Indiae Belgicae extra ordinem atque Scholarcha, praematura morte a. 1782 ſ. 1783 exſtinctus: W. *van Hogendorp* autem, mercator litteris imbutus, adhuc, quantum ſcimus, in vivis eſt. In prima diſſertatione, titulo iam docente, omnes Belgarum in India orientali ſedes breviter enumerantur, praecipue quas in inſula Java occuparunt. Regnum ibidem florens Jaccatrenſe ſingulari diſſertatio-

tatione deſcribitur, potiſſimum quidem ratione hiſtoriae naturalis. Nec iniucunda, quae de Javanorum moribus traduntur. Deſcriptioni Bataviae adiecta narratio de variis nationibus ibi habitantibus, de numis, menſuris ac ponderibus ibidem uſitatis. — *Hooyman*, eccleſiaſtes, exacte in primis docet, quo modo ſaccharum in Java colitur atque conficitur.

Anonymi Bataviae etc. *Batavia, de Hoofdſtad van Neerlands O. Indien, in derzelver Gelegenheid, Opkomſt, voortreffelyke Gebouwen, hooge en laage Regeering, Geſchiedeniſſen, Kerkzaaken Koophandel, Zeden, Luchtsgeſteldheid, Ziekten, Dieren en Gewaſſen, beſchreeven.* Amſterd. 1782 — 1783. IV Voll. in 4. — *Theotiſce* hac epigraphe: *Beſchreibung und Geſchichte der Hauptſtadt in dem Holländiſchen Oſtindien Batavia; nebſt geographiſchen, politiſchen und phyſikaliſchen Nachrichten von der Inſel Java; aus dem Holländ. überſetzt von* Ioh. Iac. Ebert, *Profeſſor der Mathematik zu Wittenberg.* Leipzig 1785. II Partes, cum figg. aen. in 8 mai. Pars tertia et quarta verſionis, dum haec ſcribimus, nondum in lucem prodierunt. Inſcriptio verſionis operis argumentum exactius, inſcriptione archetypi, indicat. Comprehendit nimirum non ſolum deſcriptionem copioſam et accuratam urbis Bataviae, verum etiam totius Inſulae Javae. Tomo enim primo traditur deſcriptio huius geographica, adſperſis momentis hiſtoricis; ſiſtuntur porro ritus moresque Javanorum religioſi ac domeſtici; ſequitur hiſtoria et deſcriptio urbis Bataviae. Tomo ſecundo continentur narrationes de Belgarum regimine Bataviae et in omni, qua illis paret, India orientali, ſimulque continuatur hiſtoria Bataviae: Ebertus verſioni huius tomi relationem de ſocietate litteraria Bataviae inſtituta addidit. In tomo tertio auctor mores

incolarum urbis reprehendendo pingit; ſubiungit relationem de ſtatu Belgarum eccleſiaſtico in India orientali, Bataviae potiſſimum, atque deſcriptionem uberiorem et, ut videtur, exactam de commerciis Belgarum in India. Tomus quartus omnis argumenti phyſici ac medici eſt, teſte operis titulo. Adiectae ſunt operi praeſtantiſſimo plures figurae aeri inciſae, e quibus verſioni ſolummodo adiunctae, quibus facile carere haud poſſis. In his eminet tabula geographica, inſulam Javam repraeſentans. Auctor caeterum nobis ignotus ipſe quidem Indiam haud peragraſſe videtur: ſtudium tamen, vera et accurata indagandi et tradendi, ubique paene elucet.

Nachricht von dem Holländiſchen Handelsplatze Batavia, aus den neuſten Engliſchen Seereiſen gezogen; in *Wittenb. Wochenblatt* T. VIII. p. 369 ſqq. et 377 ſqq. Nachricht von Batavia.

VIII. *Scriptores de inſulis Moluccis, Borneo, Celebes, aliisque adiacentibus.*

Praeter PYRARDUM DE LAVAL, ſupra Vol. II. P. I. p. 342 a nobis excitatum, IACOBUS ZIEGLERUS libellum de inſulis Moluccis ſcripſiſſe dicitur; ſaltem mentio illius fit in titulo operis eiusdem ſic inſcripti: Liber de regionibus ſeptentrionalibus et Moluccis inſulis. *Antwerp.* 1542. 8. Nunquam vero illum vidimus, nec, quicquid in illo praeſtitum fuerit, dicere poſſumus.

ANTONIUS PIGAFETTA in *Itinerario, overo Viaggio altorno il mondo* (Lond. 1585. 4. Verſio Theotiſca a Sprengelio elaborata notisque illuſtrata in *Beyträgen zur Völker - und Länderkunde* T. IV. p. 1 ſqq.) alibi recenſendo varia, a ſcriptoribus poſterioribus mutuata, tradidit de inſulis hisce, Pigafetta.

 quae

quae in itinere celeberrimo, a Ferdinando Magelhan circa terrarum orbem inde ab a. 1519 ſuſcepto, obſervaverat.

Maximilianus. *Epiſtola di* MASSIMILIANO, *Tranſſilvano, Segretario della Maeſta dello Imperatore, della ammirabile e ſtupenda navigazione fatta per le Spagnuoli lo anno* 1519 *altorno il mondo;* in Ramuſii collectione Vol. I. p. 374 ſqq. et in collectione Heervagiana: Novis orbis regionum ac inſularum etc. Baſil. 1555. fol. De Moluccis inſulis, potiſſimum agit Maximilianus, teſtis oculatus; quapropter in collectione Heervagiana epigraphe audit: Epiſtola de Moluccis.

Gaietano. JUAN GAIETANO *Relatione dell' iſole Molucke;* in Ramuſii *Raccolte delle navigationi* etc. T. I.

Argenſola. *Conquiſta de las islas Malucas al Rey Felipe III; por el Licenciado* BARTOLOME LEON DE ARGENSOLA. Madrid 1609. fol. *Francogallice* Amſterd. 1706. III Tomi in 12. cum figg. aen. *Anglice*, in *Stevens Collection of Voyages* T. I. p. 16 ſqq. *Theotiſce e verſione Francogallica*, Francof. et Lipſ. 1710. 1711. II Voll. in 8. — Hiſtoriam quidem ſolum inſcriptio operis innuit: verum inſunt quoque geographica haud contemnenda. Auctor († circa a. 1630) aliis libris hiſtoricis clarus, ipſe quidem inſulas iſtas oculis nusquam uſurpavit, aliorum vero, qui ibidem verſati erant, ſubſidiis adiutum ſe fuiſſe teſtatur. Quae igitur fata fuerint inſularum, frugum variarum, et nucis moſchatae cumprimis atque caryophillorum laeto proventu florentium, exponendum ſuſcepit, graviſſimas praecipue conflictationes gentium Europaearum, ob illarum poſſeſſionem ortas. Ritus moresque incolarum haud neglecti.

Rios-Coronel. HERNANDO DE LOS RIOS-CORONEL, Presbytero y Procurador general de la Filipinas, *Memorial*

morial y relacion para ſu mageſtad, de lo que conveniene remediar de la riqueza cue ay en ellas, y en las iſlas de Maluco. Madrid 1621. 4.

CORNELII MATELIEF Diarium itineris in Indiam orientalem; in RECUEIL DES VOYAGES etc. ſupra Vol. II. P. I. p. 365 ſqq. recenſito T. III. Matelief.

Deſcriptio inſularum Moluccarum, ex variis ſcriptoribus hauſta ac compoſita, in relatione itinerariorum *Prevotiana* T. VIII. p. 314 — 338. verſ. Theot.

E recentioribus huc pertinent FORREST et SONNERAT, mox laudandi.

Recentiſſima vero, eaque exacta fideque digniſſima tradit ADOLPHUS ESCHELS-KROON in deſcriptionibus inſularum Bandae et Amboinae ibique circumiacentium, Theotiſce elaboratis. Exſtat nimirum: *Beſchreibung der Inſeln Banda und des Gewürzhandels daſelbſt* in *Polit. Journal* a. 1781. Sept. p. 193 — 212; atque: *Beſchreibung der Inſel Amboina und der zehn andern Nelkeninſeln;* ibid. Octob. p. 239 — 255. *Kultur, Einſammlung und Handel der Gewürznelken auf Amboina und den andern Nelkeninſeln;* ibid. Novemb. p. 343 — 351. Eſchels-Kroon.

* * *

Captain DANIEL BEEKMAN'S *Voyage to and from Island of Borneo.* Lond. 1718. 8. Cum tabulis geographicis multisque aliis figuris aeneis. Ampla eſt deſcriptio partium littoralium inſulae eiusque incolarum. Addita eſt relatio de modo, quo Angli a. 1714 ibidem ſedes fixerint. Inſunt porro narrationes de inſulis Canariis, de inſulis promontorii viridis, Javae, Madurae, promontorii bonae ſpei, inſulae St. Helenae etc. Beekmann.

Herrn JACOB JANSON DE ROY, *geweſenen Capitains in Oſt-Indien, Merkwürdiges Leben und* de Roy.

ſechsjährige Reiſe nach der Inſul Borneo und Königreich Atchin, auf der Inſul Sumatra, ſo er in ſeiner Flucht von Batavia, die er dahin im Jahr 1691 *u. ſ. w. unternommen, worinnen eine wahrhafte Erzehlung von ſeltſamen Begebniſſen und dergleichen Avanturen; als Beraubung ſeiner Schiffe und Güter, erlittenen Hunger, Durſt, Blöſse, Armuth, allerhand Lebens-Gefahr, und andern unausſprechlichen Elend, ausgeſetzt worden, ſo er ſelbſt ausgeſtanden; Nebſt einer ſehr curieuſen Beſchreibung der Inſul Borneo und derſelben Königreichen; als Banger, Maſſing, Succadana, Cottaringen, der Oerter, der Viadjen und anderer, nebſt ihren trefflichen Gold- und Diamant-Bergwerken, Campffer und andern Waaren, wie auch von ihren Gold-reichen Bergen, Flüſſen und Dörffern, der Schönheit ihrer Weiber, deren Heyrathen, Neigung und Sitten der Einwohner u. d. gl. Wie auch ein beſonderer Bericht von dem Königreich Atchin auf Sumatra, nebſt deſſen Landes-Art, Regierung und Execution der Leib- und Lebens-Straffe wider die Diebe, durch den Autorem ſelbſt aufgeſetzt, wegen ſeiner Curioſität, und zum wahren Beweiſs Göttlicher Direction, nach einer richtigen Copia an Tag gegeben, und mit nöthigem Regiſter verſehen. Aus dem Holländiſchen mit allen Fleiſs überſetzt von* D. G. A. Z. *Im Jahr* MDCCXXIII. (f. l.) 8. — Fides huius ſcriptoris maxime inde colligitur, quod opus univerſo ſenatui Belgo-Indico eiusque Directori, Gull. van Outshorn, Bataviae a. 1698 tradidit, antequam typis mandatum fuit.

Eſchels-Kroon. Pauca quidem, lectu tamen digniſſima novaque de inſula Borneo narrat ESCHELS-KROON, teſtis oculatus, in *Politiſchen Journal* a. 1781. *Auguſt* p. 115 ſqq.

Forſter. IOH. REINHOLD FORSTERS *Nachrichten von Balambangan, den Suluh-Inſeln, wie auch dem nördlichen*

lichen Theile von Borneo; in eiusdem et Sprengelii *Beyträgen zur Länder- und Völkerkunde* (1782) T. II. p. 235—302. Recentiſſima ſunt, quae de inſulis iſtis litteris conſignata habemus, hauſta praecipue ex ALEXANDRI DALRYMPLE *Plan for extending the Commerce of this Kingdom and of the East-India-Company.* Lond. 1769. A. Dalrymple.

✣ ✣ ✣

W. VAN HOGENDORP *Beſchryving van het Eiland Timor;* in *Verhand. van het Batav. Genotſch.* T. I. p. 273—306. et in verſ. Theot. T. I. p. 311—335. — Quo exilior huius inſulae, Belgarum poteſtati ſubiectae, notitia hactenus fuerat, eo gratior haec narratio fide, ut videtur, digna atque exacta. v. Hogendorp.

✣ ✣ ✣

(NICOL. GERVAISE) *Deſcription hiſtorique du Royaume de Macaçar diviſée en trois libres.* à Paris 1688. 12. — *Augmentée de diverſes pièces.* à Ratisbonne 1700. 12. — Libro primo de ſitu regni, de eius plantis, animalibus, fluviis ac praeſtantioribus urbibus agitur; ſecundo, de moribus et ritibus incolarum, eorum regimine, reque domeſtica; tertio, de religione vetere Macaſſariorum, eaque, qua hodie utuntur. Addita eſt inde a p. 202 Relatio de memorabilibus belli geſti a Batavis contra Macaſſarios inde ab a. 1666 usque ad a. 1669, duce Cornelio Speelmann. Gervaiſe.

Deſcriptio inſulae Celebes ſ. Macaſſar; in collectione itinerar. Prevotiana T. XI. p. 478—500 ſecund. verſ. Theotiſcam.

IX. *Scriptores de inſulis Philippinis, Maghindanao, Marianis etc.*

Hic in cenſum veniunt, praeter RIOS-CORONEL, LE GENTIL (P. I.) et SONNERAT *) iam laudatos, ſequentes:

Gaſpar di S. Auguſtin. Fr. GASPAR DI SAN AUGUSTIN (Miſſionarii in inſulis Philippinis) *Conquiſta de las Islas Philippinas.* Madrid 1698. fol. Ampliſſimis harum inſularum deſcriptionibus hiſtorico-geographicis hoc opus accenſetur.

Gemelli-Careri. IOH. FRANC. GEMELLI-CARERI Tomo V operis alibi deſcribendi: *Giro del mondo* (in Venet. 1719. 8.) de inſulis Philippinis fuſe agit. Verſus finem ſaeculi XVII ibidem fuit.

Torrubia. JOSEPH TORRUBIA *Diſſertacion hiſtorico-politica y en mucha parte geografica de las islas Philippinas.* Madrid 1753. 12. Auctor, mortuus a. 1768, fuit praefectus monachorum ordinis S. Franciſci in urbe Manila.

Sprengel. M. C. SPRENGEL *Geſchichte und Beſchreibung der Philippiniſchen Inſeln;* in ſaepe laudatis *Beyträgen zur Völker- und Länderkunde* T. II. p. 1—122. — Optimis ſubſidiis adiutus, ſingulari ſtudio iudicioque ſubacto, auctor inſulas, earumque incolas atque memorabilia alia, cum earundem hiſtoria, deſcripſit. Tabula geographica ſubnexa e collatione plurium, quae de his inſulis exſtant, enata eſt.

* * *

Combes. FRANC. COMBES *Hiſtoria de las islas de Mindanao, Jolo y ſus adjacentes, progreſſos de la religion,*

*) Cum in itinerario a nobis iam recenſito, (Vol. II.) tum in alio mox deſcribendo. Quae in poſteriore de inſulis Philippinis referuntur, excerpſit ac Theotiſce reddidit *H. A. O. Reichard* in *Gothaiſchen Magazin* T. I. p. 142 ſqq.

ligion, y armas catholicas. Madrid 1667. fol. — Auctor, Saragoſſa in Aragonia oriundus, Ieſuita, Miſſionarius in inſulis Philippinis, lector theologiae Manilae, mortuus eſt a. 1665.

WILL. DAMPIER in *Account of a new voyage round the World* (London 1697 ſqq. III Voll. in 8.) alibi deſcribendo, exactiora de inſula Magindanao ſ. Mindanao exhibuit. Exactiſſima vero. Dampier.

FORREST in libro proxime commemorando. Forreſt. Quae Anglus de inſula iſta tradidit, excerpſit ac Theotiſce reddidit *Georg. Forſter* in *Götting. Magazin* T. II. P. V. p. 268 — 309. (1782).

Ex his aliisque itinerariis M. C. SPRENGEL deſcriptionem inſulae Magindanao compoſuit in *Beyträgen zur Länder- und Völkerkunde* (1782) T. II. p. 123 — 144. Sprengel.

✵ ✵ ✵

CHARLES LE GOBIEN *Hiſtoire des isles Marianes.* à Paris 1700. 12. II edit. ibid. 1701. 12. — Ex hac potiſſimum hiſtoria, et ex relationibus Pigafettae, Gemelli-Carreri et Dampierii hauſta eſt deſcriptio inſularum Marianarum in collectione itin. Prevotiana T. XI. p. 377 — 389 ſec. verſ. Theot. le Gobien.

X. *Scriptores de nova Guinea* *).

SONNERAT, *Sous-Commiſſaire de la Marine, Correſpondant du Cabinet du Roi* (de France) *Voyage à la nouvelle Guinée, dans lequel on trouve la deſcription des lieux, les obſervations phyſiques et morales, et les details relatifs à l'hiſtoire naturelle, dans le* Sonnerat.

*) Probe ſcimus, novam Guineam mari pacifico ſ. Indiae auſtrali accenſeri: quia vero ſcriptores de illa agentes, inſulas quoque Indiae orientalis deſcripſerunt, hoc loco ſimul eorum meminiſſe placuit.

regne animal et vegetal. à Paris 1776. 4 mai. cum figg. aen. CXX. *Theotiſce* ab *I. P. Ebeling*, qui notulas adſperſit, Lipſ. 1777. 4 mai. cum figg. aen. XXX. *Anglice*, Lond. 1781. 12. (cum vel ſine figg. aeneis?) — Epigraphe operis ſplendidi ſuadente huc illud poſuimus, licet plura de inſulis Philippinis ac Moluccis, quam de nova Guinea, referat. Anno 1771 die 29 Iunii auctor, comitantibus duabus navibus, ab inſula *de France* profectus, petiit inſulas iſtas. Alias in itinere repertas deſcribit, aeque ac plantas animaliaque ſibi nova, in omnibus iſtis Indiae orientalis regionibus obvia. Anno 1772 die 4 Ian. reverſus eſt in inſulam *de France*, onuſtus arbuſculis nucis moſchatae et caryophilli aromatici, quarum tamen cultura in inſula modo memorata ſucceſſus haud ſatis proſperos habuiſſe dicitur.

Forreſt. Capt. THOMAS FORREST *Voyage to New-Guinea, and the Moluccas, from Balambangan: Including an Account of Magindano, Sooloo and other Islands; and illuſtrated with* 30 *Copper-Plates. Performed in the Tartar Galley, belonging to the Honourable Eaſt-India-Company; during the Years* 1774. 1775. 1776. *To which is added a Vocabulary of the Magindano Tongue.* London 1779. 4 mai. *Francogallice*, Pariſ. 1780. 4. cum figg. aen. *Theotiſce* (ab *I. P. Ebeling*) omiſſis iis, quae ſolis nautis minimaeque lectorum parti placere poſſint, *Hamburgi* 1782. 8; et in collectione itinerariorum Hamburgenſi ſaepius laudata T. III. Tabula geographica, eaque aucta, addita eſt. — Forreſtus quoque novam Guineam vix attigit. Itineris occaſio nata e ſedibus ab Anglis in inſula Balambangan fixis; ibi enim aromata nobiliora, a Belgis ſolum culta ac divendita, colere animus illis erat. Ad conſilium iſtud exſequendum quum plantis

arbu-

arbuſtisve nucis moſchatae et caryophillorum opus eſſet, Belgae vero quovis modo impedirent, quo minus Anglis eorum copia fieret; miſſus eſt Forreſtus in loca, a Belgarum imperio aliena, ut ibi plantas huius generis conquireret. Inſulae, titulo operis memoratae, praecipue Magindano, diligentius caeteris deſcriptae. Quae de cinnamo narrantur, ex Alberto Seba potiſſimum mutuata. De inſula Borneo quoque varia narrantur; in iſtam nimirum confugiendum erat Anglis, quum ab incolis inſulae Sooloo (*Sulu*) e Balambangan pellerentur. Inſunt plura, non ab auctore ipſo viſa, ſed auribus tantum uſurpata.

Cf. *Götting. Anzeigen* a. 1779. p. 729—736.
Goth. gel. Zeitungen a. 1779. p. 387—390.

SECTIO III.

Scriptores de hiſtoria Indiae orientalis generales.

Plures ſcriptores veteres Graeci de India, quos STRABO laudavit atque in uſus ſuos vertit, temporum iniuria perierunt, v. c. ERATOSTHENES, ONESICRITUS, NEARCHUS, ARISTOBULUS caet. Strabo ipſe, ſupra quoque, ubi ſcriptores de India orientali geographicos recenſuimus (Vol. II. P. I. p. 337), commemorandus, de India agit libro XV operis immortalis geographici. Strabo.

PALLADIUS, e Galatia oriundus, natus a. poſt Chr. nat. 367, denatus ante annum 431, Epiſcopus primum Helenopolitanus, tum Aſponitanus, aliis ex ſcriptis notus, libellum de gentibus Indiae et Bragmanibus, quem habemus, Graece compoſuiſſe dicebatur: at recentiores in dubium id vocarunt, ideo potiſſimum, quia auctoris iter ac ſedes Palladius.

 in

in India Palladii vitae haud conveniſſe videntur. Quicquid etiam ſit, Palladii nomine notum eſt ac circumfertur ſcriptum illud, editum ex MS. Sambuci, cum interpretatione Latina et notis *Ioachimi Camerarii;* in *eiusd.* libello gnomologico. *Lipſ.* ſine nota anni 8. Quae editio latuit auctorem operis ſequentis: PALLADIUS de gentibus Indiae et Bragmanibus; S. AMBROSIUS de moribus Brachmanorum; *Anonymus* de Bragmanibus; quorum priorem et poſteriorem nunc primum in lucem protulit ex bibliotheca regia *Edoardus Biſſaeus.* Londini 1668. 4. Bonis, quae auctor e veteribus excerpſit, multa admixta ſunt mirabilia atque incredibilia.

Arthus. de Bry. Schottus. ARTHUSII collectio, inſcripta: Hiſtoria Indiae orientalis etc. Vol. II. P. I. p. 331 ſqq. a nobis recenſita, ut et collectio fratrum DE BRY: India orientalis, et collectio ANDREAE SCHOTTI ibid. p. 334 ſqq. memorata, huc etiam pertinent; item magna pars itinerariorum, ſectione prima huius capitis (ibid. p. 337—386) ut et ſecunda modo abſoluta, enumeratorum.

Bayer. Ad cognitionem hiſtoriae Indiae orientalis ſive fatorum, quae gentes illius per Graecorum colonias poſt Alexandri M. mortem expertae ſunt, maxime facit opus THEOPHILI SIGEFRIDI BAYERI, alibi a nobis ob doctrinam, qua pollebat, haud vulgarem praedicati, ita inſcriptum: Hiſtoria regni Graecorum Bactriani, in qua ſimul Graecarum in India coloniarum vetus memoria explicatur. — Accedit CHRISTOPHORI THEODOSII WALTHERI, Miſſionarii regii Danici, Doctrina temporum Indica, cum Paralipomenis. *Petropoli* 1738. 4. — Auctor ſummo ſtudio ſingulorum Graecorum regum imperii Bactriani res geſtas ad certa tempora revocat, originem regni

regni fataque explicat, non pauca intexit de Indico regno, multaque de Graecorum in his regionibus coloniis adſpergit. In primis vero lectoribus perſuadere conatur, Indos a Graecis numerorum nomina et mathematicas diſciplinas accepiſſe, et vias, quibus Graecae artes cum Oriente communicatae fuerint, indagat. Qua in re multum tribui coniecturis, ipſe vir olim doctiſſimus non negavit. Huic operi ſummo iure iungi meretur:

DE GUIGNES *Recherches ſur quelques événemens qui concernent l'hiſtoire des Rois Grecs de la Bactriane, et particuliérement la deſtruction de leur Royaume par les Scythes, l'établiſſement de ceux-ci le long de l'Indus, et les guerres qu'ils eurent avec les Parthes;* in *Mémoires de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XXV. p. 17 ſqq. (1752). de Guignes.

* * *

RENAUDOT edidit: *Anciennes relations des Indes et de la Chine* etc. à Paris 1718. 8. Quum vero earum maxima pars Sinam ſpectet, infra relationem de hoc libro exhibebimus. P. 167 ſqq. Renaudotus agit de more Indorum, ſe ipſos cremandi. Renaudot.

* * *

JOÃO DE BARROS *Aſia; dos feitos que os Portugueſes fizeram no deſcobrimento e conquiſta dos mares e terras do Oriente, depois do anno de 1412 até o de 1526.* Decada prima. *em Lisboa* 1552. — Decada ſecunda *ibid.* 1553. Decada tertia *ibid.* 1563. fol. Tria haec volumina recuſa ſunt *ibid.* 1628. fol. Pulchra quidem editio, prior autem correctior. Decadis quartae maximam partem Ioannes de Barros ipſe elaboraverat, quum mors interveniret a. 1570 eumque anno aetatis LXX vivis eriperet. de Barros.

Multis

Multis annis poſt abſoluta et typis mandata Decas quarta a *Ioanne Baptiſta de Lavanha* hac epigraphe: *Decada quarda da Aſia de* JOÃO DE BARROS, *depois do anno de* 1526 *até o de* 1539 *reformada, acreſcentada e illuſtrada com notas e Tabolas Geographicas; por* JOÃO BAPTISTA DE LAVANHA. em Madrid 1615. fol. (Philippus III, rex Hiſpaniae, autographum a vidua Hieronymi de Barros, Ioannis filii, emerat et I. B. de Lavanha ad vulgandum tradiderat). Interea DIEGO DO COUTO, Ulyſſiponenſis, Regis Luſitaniae hiſtoriographus, vir rerum Indicarum experientiſſimus, Goae praefectus tabularii, aliam operis Barroſiani continuationem texere coepit, decademque quartam aliam in lucem edidit ſic inſcriptam: *Decada quarta da Aſia, por* DIEGO DO COUTO em Lisboa 1602. fol. Secutae ſunt: *Decada quinta.* ibid. 1612. *Decada ſexta.* ibid. 1614. *Decada ſeptima.* ibid. 1616. fol. A. 1616 mortuus eſt Couto Goae. Octava, nona ac decima decas ab eodem elaboratae poſt longum temporis intervallum, nimirum a. 1673, Ulyſſipone in lucem editae dicuntur, additur, cum Diego de Couto decadem VIII et IX in lucem edere voluiſſet, Manuſcriptum illi furto ablatum fuiſſe, laborem igitur quidem iteraſſe, decades vero duas in unum referre volumen coactum fuiſſe. Quicquid demum ſit; in *d'Oliveyrae*, Luſitani, *Memoires* T. II. p. 316 decadis octavae, tanquam typis impreſſae, mentio fit; nonam et decimam quoque praelo mandatam fuiſſe, affirmat *Niceron* T. XII. p. 89—96. Decas XI manu ſcripta exſtare dicitur, neque ac XIII, quam *Antonius Bocarro* confecit. Priores quoque maximam partem tam rarae ſunt, ut codicibus manu ſcriptis ſimiles cenſeantur. Decas ſexta inſigniter rara, quia maxima exemplarium pars, incendio in bibliopolae aedibus exorto, flammis

Lavanha.

Diego do Couto.

lammis abſumta fuit. — Operis rariſſimi partem
:onſtituit liber itidem rariſſimus, quinque libros
priores decadis duodecimae comprehendens, ita
nſcriptus: *Cinco Libros da Decada doze da Hiſtoria
la India de* Diego de Couto, *depois do anno* 1596
até o de 1600, *tirados a Luz por* Emanuel Fernan-
lez de Villereal. *em Paris* 1645. fol. *) — Nova
:ditio, cui quoque decades IX ac X inſunt, prodiit
Ulyſſipone 1736. III Voll. in fol. Recentiſſima
nitidaque editio etiam Ulyſſipone a. 1777 — 1781
prodiit hac epigraphe: *Da Aſia de* JOÃO DE
BARROS et de DIOGO DE COUTO; *nova ediçaõ
offerecida a ſua majeſtade D. Maria I Rainha fide-
liſſima etc. Lisboa, na regia officina typographica.*
Anno MDCCLXXVIII. 8. T. I. P. I (ſ. *Decada* I.
P. I). T. I. P. II (ſ. *Decada* I. P. II) 1777. T. II.
P. I. (ſ. *Decada* II. P. I) 1777. T. II. P. II. 1777
(ſ. *Decada* II. P. II). T. III. P. I (ſ. *Decada* III. P. I.
1777). T. III. P. II (ſ. *Decada* III. P. II. 1777).
T. IV. P. I (ſ. *Decada* IV. P. I. 1777). T. IV. P. II
(ſ. *Decada* IV. P. II. 1777). *Continuacão da Aſia de
João de Barros por* DIOGO DE COUTO. T. I. P. I.
(ſ. *Decada* IV. P. I) 1778. T. I. P. II (ſ. *Decada* IV.
P. II. 1778). T. II. P. I (ſ. *Decada* V. P. I. 1779).
T. II. P. II (ſ. *Decada* V. P. II. 1780). T. III. P. I
(ſ. *Decada* VI. P. I. 1781). T. III. P. II (ſ. *Decada*
VI. P. II. 1781). Plures an prodierint, non liquet.
(Eodem tempore prodiit: *Vita de* João de Barros
por MANOEL SEVERIN DE FARIA, *e indice
geral*

*) In Bibl. Firmianae Vol. IV. p. 417 poſt decadem ſepti-
mam enumeratio ſequentium hac ratione continua-
tur: .... Decada outava (Libro primeiro). Lisboa
a coſta de da Coſta etc. .... Decada 8 abbreviada 1763
(ſ. potius 1673) fol. p. (em 9 Livr.) MSS. .... Decada
nona abbreviata (em Livr. 9) MSS. .... Cinco Livros
de Decada Doze em Pariz. 1645. fol. Decada 13. da
Hiſtoria da India por ANT. BOCARO MSS.

geral das quatro Decadas da ſua Aſia. Lisboa 1778). — Summae quoque raritatis eſt editio decadum primae et ſecundae, in linguam Italicam translatarum, ab *Alphonſo Ulloa*, Venet. 1562. 4. Exempla exſtare, anno 1561 inſignita, teſtatur *Clement* mox laudandus. — Ioh. de Barros, neque Bragae, neque Ulyſſipone, ut nonnulli putant, ſed Viſei a. 1490 natus, et ut Emanuel Severinus de Faria in vita illius teſtatur, e nobiliſſima familia *Lupo de Barros* genus derivavit. Theſaurarius Indiarum factus, Iohannis III regis iuſſu, hiſtoriam Aſiae, ſeu potius eius partis, quam Indiam orientalem nuncupamus, conſcripſit, ea quidem fide et dexteritate, ut paene omnibus, poſtea eandem ſpartam ornantibus, dux et auctor eſſet, ideoque *Livii Luſitanici* honore inſignitus fuerit. Nec minore laude dignus eſt continuator Diego do Couto. Univerſa quidem Indiae orientalis hiſtoria opere hocce narratur, maxime tamen ea pars, qua Luſitani motus et mutationes ibidem excitarunt, et quidem usque ad a. 1600.

Cf. FREYTAGII Anal. litter. p. 73 ſq.
CLEMENT *Bibl. curieuſe* T. II. p. 458 ſqq.

de Caſtanheda.

FERNAO LOPEZ DE CASTANHEDA, *Ho Livro primeiro e ſegondo dos dezda hiſtoria de Deſcobrimento e Conquiſta da India per los Portugueſes.* em Coimbra 1552. *Ho Terzero Livro*, ibid. 1552. *Os Livros* 4 *et* 5. ibid. 1553. *Os Livros* 6 *et* 7. ibid. 1554. *Ho octavo Livro*, ibid. 1561. fol. Opus rariſſimis adſcribendum. — *Francogallice* liber primus redditus a *Nicolao Grouchy*, Pariſ. 1553. 4. Quae verſio etiam rariſſime obvia. — Verſio Itala hac inſignita epigraphe, argumentum operis clarius prodente: *Hiſtoria dell' Indie Orientali, ſcoperte e conquiſtate da' Portugheſi, di commiſſione dell'*

invit-

invittiſſimo Ré Don Manuello; nella quale, oltre alle ſtrane uſanze, riti et coſtumi di quelle genti ſi viene anco in notizia di molte guerre fatte in quei paeſi; e di molte Provincie, Iſole, Città, Caſtelli, Fiumi, Minere di metalli, Perle, Gioie, Animali, Droghe di ſpecierie etc. Compoſta in lingua Portugheſe dal Fernando Lopez di Caſtagneda, *e tradotta in Italiano dal Sig.'* Alfonſo Ulloa. *Venet.* appreſſo Zilletti 1577. 1578. VII Voll. in 4. — Minore quidem auctoritate Caſtagneda, quam Barros, frui, maiore tamen dignus praedicatur, licet admodum verboſus et minutiarum ſtudioſus ſit.

Cf. CLEMENT l. c. T. VI. p. 371 ſq.

DAMIAN A GOËS Commentarii rerum geſtarum in India citra Gangem a Luſitanis a. 1538. *Lovanii* 1539. 4. Editio rariſſima. a Goës

Eiusd. de bello Cambaico ultimo commentarii tres *Lovanii* 1549. 4. Iidem cum aliis Goëſii opuſculis, v. c. de oppugnatione urbis Diu, reperiuntur additi Petri Martyris de rebus Oceanicis Decadibus tribus, *Coloniae* 1574. in 8 editis. Etiam in Opp. de rebus Hiſp. et Luſit. (*Col. Agripp.* 1602. 8.) p. 311 ſqq. Et in *Andreae Schotti* Hiſpaniae illuſtr. T. II. — Goëſius, aliis etiam libris, eleganter ſcriptis clarus, Luſitanus ſaeculi XVI, negotiis civilibus variis orator interfuit. Ipſe quidem Indiam non obiit, ſubſidiis tamen optimis in libellis iſtis elaborandis uſus eſt.

Cf. CLEMENT *Bibl.* T. IX. p. 208 ſqq.

IACOBI TEVII (Luſitanice DE TEYVE) Commentarius de rebus a Luſitanis in India apud Dium geſtis.... In Opp. de rebus Hiſp. et Luſit. p. 377 ſqq. et in *Schotti* Hiſp. illuſt. T. II. p. 1345 ſqq. — Tevius univerſam Luſitanorum hiſtoriam ample de Teyve ſ. Tevius.

ample ſcribere voluit: at nihil, niſi hic libellus fragmentum quaſi operis iſtius, in lucem prodiit. Non inferior Damiano Goës.

d'Alboquerque. *Commentarios do grande* AFONSO D'ALBOQUERQUE, *Capitão geral e governador da India collegidos por ſeu filho* Afonſo d'Albuquerque, *de proprias cartas que el eſcreviã do muyto poderoſo Rei Dom Manuel, o primeiro deſte nome.* Em Lisboa 1557. fol. — *Novamente emendados et acreſcentados pelo meſmo auctor, conforme ás informaçoẽs mais certas que agora teve: Vão repartidos em quatro partes ſegundo o tempo dos aconteſcimentos de ſeus trabalhos.* ibid. 1576. fol. — ibid. 1774. *Parte* I–IV. 8. Cum affigie herois, eleganter in aes inciſa, et cum tabula geographica Indiae orientalis inelegante. — *Francogallice*, Pariſ. 1579. — Magni aeſtimatur hoc opus a Luſitanis, quippe quod e relationibus fide digniſſimis hauſtum, haud vulgari prudentia et dexteritate compoſitum, hiſtoriaeque ac geographiae Indiae maxime inſervire queat. *Ioh. Franc Lafiteau* primam partem libri a ſe editi: *Hiſtoire des decouvertes et conquêtes des Portugais dans le nouveau monde* (à Paris 1733) ab opere Luſitano mutuavit.

Cf. (BAUMGARTENS) *Nachr. von einer Hall. Bibl.* T. V. p. 482 ſqq.

Bomberg. IOANNIS BOMBERGII Epiſtolae de rebus in India aliisque inſulis geſtis. *Lovanii* 1566. 8. Quas epiſtolas nusquam laudatas invenire licet, niſi in Bibl. hiſt. Struvio-Buderiana p. 200. *)

IOAN-

*) Poſtquam haec ſcripſeramus, retulit nobis fautor inſtituti noſtri, ſe habere ad manus libros ſequentes: *Epiſtolae Indicae* de praeclaris et ſtupendis rebus, quas divina bonitas in India et variis inſulis per ſocietatem nominis Ieſu operari dignata eſt, in tam copioſa gentium

IOANNIS PETRI MAFFEII, *Bergomatis, e Societate Ieſu* († 1603) Hiſtoriarum Indicarum libri XVI. Selectarum item ex India epiſtolarum eodem interprete libri IV. Acceſſit Ignatii Loiolae vita postremo recognita. *Florentiae*, ap. Phil. Iunctam 1588. fol. *Venet.* ap. Damianum Zenarium 1589. 4. *Colon. Agripp.* 1589. fol. *ibid.* 1590. 8. *ibid.* 1593. fol. *Antwerp.* 1605. 8. *Lugd.* 1637. 8. Omnes editiones, praeter Colonienſem a. 1590, rarae, et Venetiana perrara, dicuntur. Rara quoque verſio operis Itala, elaborata a *Franciſco Serdonati*, Florentino. *Fiorenza* 1589. 4. v. paullo poſt *Ribadeneyra*. — Auctor, aliis quoque operibus clarus, ſermonis puritati et elegantiae ſtuduit, omneque huius hiſtoriae argumentum ipſe complexus eſt his verbis Maffeius.

tium ad fidem converſione. *Secunda editio auctior.* Lovanii, ap. Rutgerum Velpium, Bibliopol. etc. 1566. 8. Ad calcem p. 412 adiecta Paraeneſis D. *Ioan. Agricolae Ammonii*, quis fructus ex huius libelli lectione ſit colligendus; qua editio ſequens caret, ita inſcripta: Epiſtolae Indicae et Iapanicae de multarum gentium ad Chriſti fidem per ſocietatem Ieſu converſione. Item de Tartarorum potentia, moribus, et totius paene Aſiae religione. *Tertia* editio cum indice caſtigatior et auctior. *Lovanii* ap. Rutg. Velpium etc. 1570. 8. Adiectus eſt *Ordo epiſtolarum* et qui eas ſcripſerunt: 1) eſt Franciſci Xaverii, 2) M. Gaſpari Belgae, 3) eiusdem, 4) eiusdem, 5) eiusdem, 6) Henrici Henriquez, 7) Antonii Quadri, 8) Michaelis Baruli, 9) Arii Bardonii, 10) Ant. Quadri, 11) Ludovici Frois, 12) eiusdem, 13) Emanuelis Teſceicae, 14) Lud. Frois, 15) Henr. Henriquez, 16) Ioh. Meſchitae, 17) eiusdem, 18) Iac. Navarchi, 19) Ioh. Berrae. — Nihil idem fautor reperiri de *Ioh. Bombergio* affirmat. Oedipus, cur nomen illud a Struvio epiſtolis hisce praefixum fuerit, divinet! Rectius caeterum referuntur ad huius capitis ſectionem VI, ubi Epiſtolae ſtatim in fronte excitatae, Dilingaeque a. 1563 editae, forte editionem earum primam conſtituunt.

verbis, in dedicatione ad Philippum II, Hiſpaniarum ac Luſitaniae regem. „Superioribus annis, „cum ad componendas Luſitaniae res, Oliſiponem „ipſe veniſſes, Catholice rex, hortata me tua eſt „Maieſtas, ut inchoatam Henrici Regis nomine „avunculi tui rerum Indicarum hiſtoriam pari ala„critate ſtudioque perſequerer. Feci, quod iuſſe„ras: totumque contextum narrationis a primo „navigationum exordio ad usque ſoceri tui Ioan„nis eo nomine tertii Regis obitum, pro mea „tenuitate perduxi. Quo longius ne progrederer, „annalium exinde ſeries, ut in tantis et rerum „motibus, et locorum intervallis, partim interciſa, „partim etiam neglecta, prohibuit."

Wytfliet et Ant. M** CORNELII WYTFLIET (Iuris conſulti et Secretarii Senatus Brabantini) *Hiſtoire univerſelle des Indes orientales*, *et* ANTONII M*** *hiſtoire univerſelle des Indes orientales, diviſée en deux livres.* à Douay 1605. fol. ibid. 1607. fol.

du Jarric. PIERRE DU JARRIC (Ieſuitae Toloſani † 1616) *Hiſtoire des choſes plus memorables avenuës tant en Indes Orientales qu' autres pays de la decouverte des Portugais, en l'établiſſement et progrès de la foi Chrétienne.* à Bourdeaux 1608 ſqq. III Voll. in 4. — Opus non minus rarum, quam eius verſio Latina, hoc titulo inſignita: Theſaurus rerum Indicarum, in quo Chriſtianae ac Catholicae religionis tam in India Orientali, quam aliis regionibus, Luſitanorum opera nuper detectis, ortus, progreſſus, et incrementa recenſentur; opus nunc primum a *Matth. Martinez* e Gallico in Latinum ſermonem translatum. *Colon. Agripp.* 1615. II Voll. in 8.

Ribadeneyra. ANTONIO DE SAN ROMAN DE RIBADENEYRA *Hiſtoria geral de la Yndia Oriental, de los deſcubrimientos y conquiſtas que han hecho las armas de Portugal en el Braſil desde anno de* 1410 *haſta el*

el anno de 1557. Valladolid 1603. fol. — Nil paene amplius, quam operis Maffeiani, modo laudati, interpretatio Luſitana mediocris.

Indiae orientalis hiſtoria, in Latinum verſa ab *I. Lud. Gotofrido* (ſ. potius *Ioh. Phil. Abelino*). Francof. 1628. fol. Archetypum quale ſit, neſcimus. Ind. or. hiſt.

MANOEL DE FARIA Y SOUSA (Equitis Luſitani Marchionique de Caſtel Rodrigo, Legato regis Hiſp. in aula Pontificis Rom. ab epiſtolis † Madriti 1649) *Aſia Portugueſa, en que ſe trattan* (*ſegun el orden de las Decadas de Barros y Couto, y por continuar las*) *los hechos y conquiſtas de los Portugueſes en Aſia y Africa, desde el anno* 1412 *haſta el de* 1640. *Con Eſtampas.* En Lisboa 1666. 1674. 1675. III Tomi in fol. Utrum editio, a Faria ipſo curata, exſtet, an opus ſit poſthumum, ignoramus. Hiſpana maluit lingua uti, quam vernacula. Tomo primo epitomen decadum Barroſii exhibuit, ſecundo vero epitomen decadum Iacobi do Couto: aliis tamen ſimul libris cum typis impreſſis tum manu ſcriptis uſus eſt. Tomo tertio narravit hiſtoriam Luſitanorum in India, regnantibus in Luſitania tribus Philippis Hiſpanicis, usque ad a. 1640. Laudatur genus dicendi ſublime, obſcurum tamen hinc inde. Veritati multum ſtudere videtur. Sententiis nimium operae tribuit. Faria y Souſa.

JOSEPH MARTINEZ DE LA PUENTE *Compendio de las hiſtorias de los deſcubrimientos, conquiſtas y guerras de la India Oriental, y ſuas islas.* Madrid 1681. 4. Librum inter rariores referri ſcimus, praetereaque nihil. Martinez de la Puente.

SOUCHU DE RENNEFORT *Hiſtoire des Indes orientales et des établiſſemens de la Compagnie Françoiſe du commerce.* à Paris 1688. 4. Cf. ſupra Vol. II. P. I. p. 352 ſq. de Rennefort.

Mémoires etc. *Mémoires pour ſervir à l'hiſtoire des Indes orientales.... 1702...*

Lafiteau. JOSEPH FRANÇOIS LAFITEAU, *de la Compagnie de Jeſus* (†....) *Hiſtoire des découvertes et conqueſtes des Portugais dans le nouveau monde. Avec des Figures en taille-douce.* à Paris 1733. II Voll. in 4. ibid. 1734. IV Voll. in 12. — Opus, quatuordecim libris diviſum, ſecundum auctores maxime Luſitanos, in praefatione memoratos et a nobis hucusque enumeratos, elaboratum, ordine chronologico inde ab a. 1412 usque ad a. 1581 exponit geſta a Luſitanis in India orientali, quam libri epigraphe minus exacte *mundum novum* praedicat, cum potius haec denominatio Americam ſignificet. Grata quidem et iucunda eſt operis lectio: deſunt vero expoſitioni rerum geſtarum teſtimonia, more Francogallorum plane neglecta.

Guyon. GUYON (*Abbé* † 1771) *Hiſtoire des Indes Orientales, anciennes et modernes.* à Paris 1744. III Voll. in 12 mai. Theotiſce (a *Ioh. Chriſtoph Rudolph*, Conſil. aul. et Prof. iur. prim. Erlangenſi) *Hof* 1749; poſtea novo titulo, indiceque auctus liber prodiit *ibid.* 1772. III Partes in 8. — Praeſtat caeteris pars tertia, in qua ſtatus commerciorum Europaeorum, Gallorum in primis, in India orientali deſcribitur, ope relationum, a Dumaſio, Pondicherii rebus Francogallorum inde ab a. 1735 praefecto, ſuppeditarum. Partes priores compilatae ſunt e fontibus, interdum turbidis. Indiae veteris hiſtoria petita e ſcriptoribus Romanis et Graecis, quos inter Philoſtratus fabuloſus conſpicitur. Quae de hiſtoria Indiae naturali traduntur, a peccatis haud ſunt immunia. Mutationes Indiae medio ac recentiore aevo ἀκϱίβεια non ſatis iuſta narrantur. Pars ſecunda ſiſtit deſcriptionem Indiae chorographicam, ſecundum ſtatum ſaeculi noſtri.

Recen-

Recentiorum obſervationes et hac in re paſſim meliora docuerunt. Additur ſectio de religionibus in India cultis. Interpres Theotiſcus doctiſſimus auctorem errantem animadverſionibus adiectis ſaepius in viam rectam deduxit.

Hiſtoria Indiae orientalis ab Anglis doctis elaborata, novaeque editioni operis vaſtiſſimi: *Univerſal hiſtory* etc. (Lond. 1747 ſqq. 8 mai.) T. XX. p. 165—222 inſerta, paullo melior eſt illa, quam in editione operis priore exhibuerunt, ideoque, conſilio *Baumgartenii*, ſeparatim Theotiſce reddita ac cum aliis diſſertationibus, opus illud ſecundum verſionem Theotiſcam illuſtrantibus, edita T. IV. p. 165—222[b]. (*Sammlung von Erläuterungsſchriften und Zuſätzen zur allgemeinen Welthiſtorie.* Halle 1756. 4). Occurrit primum Indiae geographia, deinde narratio brevis de Indorum antiquitate, forma regiminis, legislatione, religione, ritibus etc. denique hiſtoria usque ad incurſionem Mahmudis Gazni in Indiam a. chr. 1002. Hiſt. Ind. or. in hiſt. univerſ. Angl.

Relation des Conquetes faites dans les Indes (Orientales) par D. P. M. d'Almeida, Marquis de Caſtel-nuovo etc. *traduit du Portugais de* D. EMANUEL DE MEIRELLES, *qui s'y eſt trouvé préſent* (avec le Préface, et le Plan de l'Isle de Goa dans les Indes, et des Terres adjacentes). *à Paris* 1729. 12. Meirelles.

A new hiſtory of the Eaſt-Indies, with brief obſervations on the Religion, Cuſtoms, Manners, and Trade of the Inhabitants; by Captain COPE. London 1754. 8. — Bibliopola dolo malo primum in fronte operis Clivii celeberrimum nomen poſuerat, poſtea Copii, forte eodem dolo; nil enim novi in hoc libro reperies. Cope.

A new hiſtory of the Eaſt-Indies ancient and modern, in two Volumes. Vol. I containing the cho- New hiſt. of the Eaſt-Indies.

rography, natural hiſtory, religion; Vol. II containing an Eſſay towards a hiſtory of the commerce etc. London 1758. 8. — Volumen primum paene integrum e Guyoni opere excerptum: alterum e pluribus, ut videtur, libris ſat apte compilatum.

SECTIO IV.

Scriptores de hiſtoria Indiae orientalis ſpeciales.

I. *Scriptores de hiſtoria Indiae orient. antiqua.*

Freret. FRERET *l'expédition de Trajan dans les Indes, ſuppoſée par Eutrope et par Sextus Rufus;* in *Hiſtoire de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XXI (1747). *Theotiſce* in *Baumgartens Sammlung von Erläuterungsſchriften* modo laud. T. IV. p. 376—386[b]. Trajanum in Indiam non penetraſſe, probatur.

de Burigny. DE BURIGNY *Mémoire ſur l'hiſtoire ancienne des Indes;* ibid. T. XXXIV (1764). Ineſt collectio narrationum veterum ſcriptorum de India citra Gangem usque ad tempora Conſtantini M. Imp.

d'Anville. D'ANVILLE *Antiquité géographique de l'Inde, et de pluſieurs autres contrées de la haute Aſie.* à Paris 1775. 4. Cum tabulis geograph. Rectius forte ad geographos referendus liber, caeterum nobis ignotus.

II. *Scriptores de terra Hinduſtan ſtricte ſic dicta ſive de imperio magni Mogolis.*

de Laet. IOANNIS DE LAET (*Antverpienſis, Directoris ſocietatis Belgico-Indicae occidentalis* † 1649) de imperio magni Mogolis ſive India vera commentarius e variis auctoribus congeſtus. *Lugd. Bat.* ex off. Elzev. 1631. 16. (*Pars eſt collectionis, quae*

audit:

audit: Elzevirianae reſpublicae). Inſunt quaedam, ex ſcriptoribus Hinduſtanicis congeſta, auctori tradita a *Petro van den Broeke*, conditore urbis Bataviae in inſula Iava. Quae libelli pars curatius paullo tractatur a IACOBO FRASER in *Hiſtory of Nader Schah* (1742) Vol. I. P. II. p. 63 a nobis laudata. Fraſer.

JEAN BAPT. TAVERNIER plura huc pertinentia tradit in itinerario Vol. I. P. II. p. 58 laudato. Tavernier.

(FRANÇOIS) BERNIER *Hiſtoire de la derniére révolution des Eſtats du grand Mogol* etc. Cf. ſupra p. 2. Bernier.

Hiſtoire générale de l'Empire du Mogol dépuis ſa fondation. Sur les Mémoires Portugais de M. MANOUCHI, *Venitien. Par le Pere* FRANÇOIS CATROU, *de la Compagnie de Jeſus.* à Paris 1705. 4. à la Haye 1708. 12 mai. à Paris 1715. II Voll. in 12 mai. Cum tabula geogr. imperii magni Mogolis. — Auctor quum Manouchi cuiusdam Veneti commentarios de rebus Indicis MStos nactus eſſet, contexendam ſibi ſumſit eam hiſtoriam, et fore operam hanc ſuam eo gratam magis litteratis viris arbitratus eſt, quo maior fides iſti duci ſuo debeat haberi, quippe qui medici functus munere quadraginta et octo annos verſatus fuerit in aula Indorum regis et praecipua regionis iſtius chronica in Luſitanicam linguam curaverit transferri, antequam a. 1697 ad iſtos commentarios adornandos ſemet accingeret, atque omnem imperii eius habitum et rationem non potuerit non perdidiciſſe. Attamen libri maxima pars fide eget. Ficta certe ſunt fere omnia, quae de prioribus imperii Mogolici regibus traduntur; nec hiſtoria poſteriorum figmentis caret, licet *Tavernier*, *Bernier* aliique meliora auctorem docere potuiſſent. Hiſtoria perducta ſolum usque ad mortem imperatoris ſive Schah Jehan a. 1658. Aureagzibi ſucceſſoris fata Manouchi et Catrou.

 ſilentio

ſilentio praeterit auctor, licet per annos triginta eodem regnante in Hinduſtan verſatus dicitur. Fide paullo digniora videntur, quae de aula, divitiis ac copiis imperatorum iſtorum in fine adiecta leguntur.

Reflection etc. *Reflections on the Government of Indoſtan, and a ſhort Sketch of the Hiſtory of Bengal, from the Year* 1739 *to* 1756. Edinburgh 1761. 8.

Beknopte Hiſtorie etc. *Beknopte Hiſtorie van het Mogolſche Keyzerryk en de Zuydelyke aangrenſende Ryken.* Te Batavia 1758. fol.

Holwell. (IOHANNIS ZACHARIAE) HOLWELL'S (non HOLLWELL, ut multi ſcribunt) *Intereſting hiſtorical events relative to the Provinces of Bengal, and the Empire of Indoſtan. With a ſeaſonable hint, and perſuaſive to the honourable the Court of Directors of the Eaſt-India Company. As alſo the Mithology, and Coſmogony, Foaſts etc. of the Gentoo's and a Diſſertation on the Metempſychoſis commonly though erroneouſly called the Pythagorean Doctrine.* London 1765. II Voll. in 8 mai. ibid. 1766. 1767. II Voll. in 8 mai. cum V figg. aen. Francogallice, *à Amſterd.* (ſ. potius Pariſ.) 1768. 8 mai. *Theotiſce* tomus primus in epitomen redactus in *Ioh. Tobiae Koehleri*, Prof. Goettingenſis, *Sammlung neuer Reiſebeſchreibungen aus fremden Sprachen* etc. (Götting. 1769.) Vol. I. P. II. Liber integer Theotiſce redditus et quoad partem alteram notis et diſſertatione ſuper religione et philoſophia Indorum inſtructus a *Ioh. Frid. Kleuker* (nunc Rectore ſcholae Osnabrugenſis). Lipſ. 1778. 8. Cum II figg. aen. — Auctor, triginta per annos in terris Bengalicis commoratus, poſtremo rebus Anglorum Calcuttae praefuit. Prima operis pars maxime huic ſectioni bibliothecae noſtrae adſignanda. Complectitur nimirum hiſtoriam imperii magni Mogolis

lis inde a morte imperatoris Auring-Zeb, a. 1707 usque ad a. 1756. Quae Fraſerus breviter tantum de hac hiſtoriae periodo commemoraverat, latius expoſuit Holwell, adiutus relatione Armeni cuiusdam, in aula imperatorum verſati. Subiuncta eſt deſcriptio brevis Bengalae, provinciae olim magni Mogolis nunc Anglorum ditioni ſubiectae. — Pars altera complectitur res caeteras, quas inſcriptio operis indicat, ad ſcripta ſuper religione et doctrina Indorum referendas.

Cf. *Gött. gel. Anzeig.* a. 1767. p. 201 ſqq. 213 ſq.

The Hiſtory of Hindoſtan, from the earlieſt account of Time to the Death of Akbar; translated from the Perſian of MAHUMMUD CASIM FERISHTA *of Delhi: together with a Diſſertation, concerning the Religion and Philoſophy of the Bramins; with an Appendix, containing the Hiſtory of the Mogul Empire, from its Decline in the Reign of Mahummud Shaw, to the preſent Times. By* ALEXANDER DOW. *London* 1768. II Voll. in 4 mai. Cum mappa geographica aliisque tabulis aeneis. Editio altera emendatior ibid. . . . . Theotiſce ex editione archetypi altera. Lipſ. 1772 — 1774. III Voll. in 8 mai. Tertium volumen continet Dowii opus ſtatim commemorandum. Diſſertationes, quae tribus voluminibus archetypi inſunt ſeparatim edidit interpres Theotiſcus hac epigraphe: *Abhandlungen zur Erläuterung der Geſchichte, Religion und Staatsverfaſſung von Hindoſtan. Nebſt einem Kupfer.* ibid. 1773. 8 mai. — Feriſhta, hiſtoricus, Muhammedanus, circa initium ſaeculi ſuperioris florens, e variis ſcriptoribus Perſicis compoſuit hanc de imperio Hinduſtano hiſtoriam, ad mortem Akbaris i. e. ad annum poſt Chr. nat. 1605 perductam. Alex. Dow, in Bengala plures per annos rei mili- Feriſhta et Dow.

tari operam dans, linguas Orientis, Perſiae potiſſimum, ſummo ſtudio coluit. Alios quoque Feriſchtae libros, v. c. de hiſtoria regionum Decan, Bengal, Guzerat et Caſchemire, idiomati Anglico donare voluit: at aegre ferens iniurias quasdam ſibi illatas, infecta re in Angliam rediit. Verſio operis iſtius numne omnibus numeris abſoluta ſit, dicere quidem nequimus, ſed lecta haud eſt iniucunda. Locis quibusdam tumorem orientalem ſe abſterſiſſe, interpres affirmat: malo tamen iſto Feriſchtam non ita laborare, ut maxima hiſtoricorum orientalium pars. Iudicium ſanum et animus a partium ſtudio remotus ubique fere elucet. Optimus dux Feriſchta eſt, ubi hiſtoriam imperii Muhammedici in Hinduſtan, ab eiusdem ortu usque ad Akbaris mortem recitat; qua in parte fide dignior videtur omnibus, qui in Europa eam divulgarint. Optandum tamen, ut paullo minus narrationi rerum bellicarum, artibus contra pacis plura tribuiſſet. Quae eandem partem praecedunt, nugae ſunt. Interpretis Angli praefatio digniſſima eſt, quae legatur; agit enim melius et doctius, quam antea quisquam alius, de indole hiſtoricorum Indicorum, atque de forma imperii, a Muhammedanis in Hinduſtan conditi. Praefationem ſequitur diſſertatio de libris Indorum ſacris, quos *Bedas* nuncupant, de idiomate Schanſcrit, de Indorum ritibus celebrioribus, potiſſimum vero de eorum religione et philoſophia. Quo in negotio ſaepiuſcule ab aliis ſcriptoribus diſſentit; maioris, quam vulgo fieri ſolet, ſapientiam Brahmanum aeſtimat; licet ipſe profiteatur, ſe ad eiusdem indolem penitiorem indagandam nec temporis nec doctrinae ſatis habuiſſe.

Cf. GATTERERI cenſura huius operis inchoata in eiusdem *hiſtor. Bibl.* T. XII. p. 189—218.

Gött.

Gött. gel. Anzeigen a. 1768. p. 1225—1236. 1321—1334. a. 1773. p. 121—124. p. 821 ſq.
Allgemeine teut. Bibl. Anhang zu dem 13ten bis 24ſten Bande P. III. p. 1297 ſqq.

ALEXANDER DOW'S, *Eſq. Lieutenant-Colonel* in *the Company's ſervice, Hiſtory of Hindoſtan, from the Death of Akbar, to the complete ſettlement of the Empire under Aurungzebe. To which are prefixed, I) a Diſſertation on the Origin and Nature of Deſpotiſm in Hindoſtan; II) an Enquiry into the State of Bengal; with a Plan for reſtoring that Kingdom to its former proſperity and ſplendor.* London 1772. 4 mai. — Omnia huius voluminis contenta Anglo propria ſunt. Continuationem enim Feriſchtae ſeu hiſtoriae imperii Hinduſtan inde ab a. 1605 usque ad a. 1669 comprehendit. Dowius iſta e ſcriptoribus coaevis potiſſimum atque ex diplomatibus Perſicis nondum typis expreſſis compoſuit. Reliqua contenta titulus prodit. Dow.

Cf. GATTERERS *hiſt. Journal* T. I. p. 184—195. Et haec recenſio non ad finem perducta.
Götting. gel. Anz. a. 1772. p. 770 ſqq. 802 ſqq.

(ORME'S) *Hiſtorical Fragments of the Mogul Empire* etc. Lond. 1782. 8. Sectione ſubſequente fuſius de hoc libro referemus. Orme.

III. *Scriptores de rebus ab Europaeis in India orientali geſtis, de eorum bellis, commerciis etc.*

De rebus Luſitanorum in India orientali agitur in libris, ſectione huius capitis tertia enumeratis. Res enim ab iisdem geſtae omnem paene Indiam commoverunt pluresque ac varias mutationes procrearunt. Et inter itineraria, ſectione prima recenſita, plura ſunt, quae Luſitanorum ſtatum in India illuſtrent, v. c. Biervillii itinerarium.

Idem

tari operam dans, linguas
mum, ſummo ſtudio co
riſchtae libros, v. c. de
Bengal, Guzerat et Caſ
donare voluit: at aegr
ſibi illatas, infecta re i
operis iſtius numne om
dicere quidem nequim
cunda. Locis quibus
abſterſiſſe, interpres
Feriſchtam non ita la
corum orientalium pa
mus a partium ſtudio
Optimus dux Feriſch
Muhammedici in H
usque ad Akbaris m
fide dignior videtur
divulgarint. Optan
narrationi rerum be
plura tribuiſſet. Qu
nugae ſunt. Interp
eſt, quae legatur;
quam antea quisqu
rum Indicorum, a
hammedanis in Hi
ſequitu ...ſſertatio
Bedas ...ant,
dorum
eorum
ſaepiuſcu
quam vu
aeſtimat;
dolem pe
doctrinae

Cf. GAT
eiusdem

...magna quippe itine
...dem actas cognoſce
...s de inſulis Ceylan
...; Moluccis etc. ſup
...ad ſpecialiora progred
...mento generalia in ce
...s omnium Europaeor
...que geſtae uberius

...s operi vaſtiſſi
...*erſal hiſtory f*
...*preſent* etc. a
...arum Europa
...que diligentius
...quam aliae ei
...s. Quae hiſto

…omnem globum terraqueum

…que et politique des établiſſe- Raynal.
…des Européens dans les deux
…potius Pariſ.) 1770. VII Voll.
… et à Leipſic 1773. VI Voll.
…774. VII Voll. in 8. à la Haye
…mai. quae editio paſſim …ucta
…. Omnes cum fi…
…editionis primae titul…
…, inſignitum. Auct…
… priori huic edition…
…eri vero, quae Gen…
… voluminibus in 4 et in 8…
…in 4 et in 8 addita eſt coll…
…blicarum uſui operis inſer…
… 1781. X Voll. in 12 fine …
…e prodiit hac epigraphe: P…
…philos. des établ. et du comm…
… Mr. l'Abbé Ray…
… epit…

…
…ur et L…
… ſi reſpo…
… partes

Idem fere valet de Belgis; magna quippe itinerariorum pars ad illorum res ibidem actas cognoſcendas ſpectant, ut et ſcriptores de inſulis Ceylan et Iava, de Batavia, de inſulis Moluccis etc. ſupra laudati. Antequam vero ad ſpecialiora progrediamur, opera ſuper hoc argumento generalia in cenſum vocemus, in quibus omnium Europaeorum ſedes resque in India utraque geſtae uberius exponuntur.

Auctor anon. hiſt. commerc. Europ. in Ind. or. quae exſtat in univerſal hiſtory etc.

Anglus anonymus operi vaſtiſſimo, ſaepe a nobis laudato: *An univerſal hiſtory from the earlieſt Account of Time to the preſent* etc. addidit hiſtoriam ſocietatum mercatoriarum Europaeo-Indicarum, ſcite profecto longeque diligentius, doctius et elegantius elaboratam, quam aliae eiusdem operis ab aliis confectae partes. Quae hiſtoria comprehenditur, ſecundum editionem Londinenſem a. 1758. in 8, libro XIV ſive voluminis VIII parte poſteriore duobusque voluminibus ſequentibus integris, ad hiſtoriam univerſalem recentiorem pertinentibus (ſive ſecundum verſionem Theotiſcam voluminis VII poſteriore atque vol. VIII et parte priore IX, quae ſunt totius operis voll. XXV. XXVI et XXVII). Capite primo poſt introductionem bonae frugis plenam exponitur hiſtoria commerciorum rerum publicarum Italiae in India orientali; ſecundo, hiſtoria rerum a Luſitanis ibi geſtarum; tertio, hiſtoria rerum a Hiſpanis ibidem geſtarum; quarto usque ad ſeptimum, eadem ratione de Anglis, Belgis, Danis et Francogallis; octavo narratio de conatibus Caroli VI inde ex urbe Oſtende, in Belgio Auſtriaco ſita, commercia verſus Indiam orientalem inſtituendi; nono hiſtoria ſocietatis mercatoriae Suecico-Belgicae. Caput decimum huc non pertinet, utpote quo de terris auſtralibus

et

et de itineribus circa omnem globum terraqueum diſſeritur.

Hiſtoire philoſophique et politique des établiſſements et du commerce des Européens dans les deux Indes. à Amſterd. (ſ. potius *Pariſ.*) 1770. VII Voll. in 8 mai. à Amſterd. et à Leipſic 1773. VI Voll. in 8 mai. à Leipzig 1774. VII Voll. in 8. à la Haye 1775. VII Voll. in 8 mai. quae editio paſſim aucta eſt atque emendata. Omnes cum figg. aen. Septimum volumen editionis primae titulo ſpeciali: *Tableau de l'Europe*, inſignitum. Auctor, GUIL. THOMAS RAYNAL priori huic editioni nomen haud praefixit, alteri vero, quae *Geneve* 1781 longe auctior decem voluminibus in 4 et in 8 divulgata. Editionibus in 4 et in 8 addita eſt collectio tabularum geographicarum uſui operis inſervientium. à Hambourg 1781. X Voll. in 12 ſine figg. aen. Epitome operis prodiit hac epigraphe: *Précis de l'hiſtoire philoſ. et polit. des etabl. et du commerce des Eur. dans les deux Indes; par Mr. l'Abbé* Raynal. *à Amſterd.* 1782. 8 mai. *Belgice* haec epitome prodiit *ibid. eod.* 8. Opus integrum *Theotiſce* bis, a *Ioh. Mauvillon, Hannover* 1774—1778. VII Voll. in 8 mai. et ab anonymo, *Kopenhagen und Leipz.* 1774—1778. VII Voll. in 8 mai. Epitome Theotiſca, in qua, quae Raynal de commerciis Europaeorum cum India utraque diſſerit, continentur, a *Franc. Chriſti. Laurent. Karſten*, Roſtoch 1780. 8. Appendix operis: *Tableau de l'Europe* ex editione altera a quodam *C. W. v. R.* eleganter Theotiſce reddita prodiit *Deſſav. et Leipz.* 1783. 8 mai. — Opus, cuius ſummam ſi reſpicias, plauſu haud vulgari exceptum: ad partes genusque dicendi quod attinet laudatores aeque ac vituperatores nactum eſt. Laudanda auctoris libertas ſentiendi et ſcribendi, odiumque in partium ſtudium, quod Raynal.

adeo

adeo ſeſe exſerit, ubi de popularibus ſuis eorumque regibus narrat atque iudicat; quapropter, primo certe anno, operis lectio in Francogallia interdicta fuit. Paſſim tamen paullo iniuſtior in gentem Britannam videtur. De Francogallorum et Belgarum rebus ac ſtatu, in primis de illorum commerciis, in utraque India, in editione recentiore quoque de Hiſpanis ac Luſitanis nonnulla, optima anteaque maximam partem incognita tradidiſſe videtur. A quonam autem iſta acceperit, minime indicat; aliis etiam in locis altum ſilentium de teſtibus narrationis. Permulta inſunt, quibus non erat hic locus. Sine certo fine hiſtorias antiquas pervagatur, narratque in vulgus nota, incongrua, haud raro etiam falſa. Nec abſunt calumniae in religionem Chriſtianorum. Declamatorem agit Raynalus ſaepe, non hiſtoricum. Quae omnia ſi abeſſent, opus dimidia fere parte brevius, idemque vero eo perfectius laudeque dignius haberemus. Editio recentior caret vitiis variis, a nobis iam enumeratis, membraque operis ſingula aptius cohaerent; fontes inſuper plures, multis aliis hiſtoricis minus claris occluſi, auctori patefacti, atque ab eo in uſum operis verſi ſunt. Et pars quidem prima ſiſtit ſedes, a Luſitanis et Batavis in India orientali occupatas, earumque conditionem antiquam et hodiernam. Secunda, bella ac commercia Anglorum et Francogallorum in India orientali, priorum potiſſimum imperium latiſſime patens in Bengala. Tertia, ſedes et commercia populorum reliquorum in India orientali; porro Americae hiſtoriam, cum ampla regni Mexicani deſcriptione. Quarta, reliquas Hiſpanorum provincias Americanas. Quinta, colonias Luſitanorum, (ubi de Braſilia multa nova) ortumque coloniarum Anglicarum et Gallicarum in India occi-

dentali.

dentali. Sexta, littus Africae ſeptentrionale, (de quo editio prior plane tacet) Guineam, cum ſedibus Luſitanorum Africanis, ut et ditiones Hiſpanorum, Belgarum et Danorum in occidentali India. Septima parte relationes amplae ac copioſae traduntur de inſulis Gallorum et Anglorum in India occidentali. Octava et nona offert hiſtoriam coloniarum, olim à Francogallis et Anglis in America ſeptentrionali conditarum. Decima pars comprehendit tabulam emendatiorem, qua auctor Europae ſtatum mutationesque eius, ex poſſeſſionibus ab Europaeis in utraque India, occidentali praecipue, ſtabilitis, ortas. — Verſiones Theotiſcae, Hannoverana atque Hafniana, ex editione archetypi prima confectae, ita tamen ut prior inde a volumine ſecundo editionem Haganam ſecuta fuerit, additionesque archetypi in volumine primo occurrentes ſecundo verſionis praefixerit, poſterior vero demum inde a volumine tertio. Utraque certant dotibus quibusdam. Prior praeſtat poſteriore ob animadverſiones et ſupplementa, notis et appendicibus ſubiuncta, aeque ac ob correctiones peccatorum minorum, in contextu ſine earum indicio inſertas. Index copioſus in omnia volumina adiectus. Poſterior interpretatio cura ſollertiore ratione dictionis elaborata, iudicia quidem bene expreſſa grataque, ſupplementa etiam nonnulla et correctiones prae ſe fert v. c. ubi de ſocietatibus Dano-Indicis ſermo, at non tam multa, ut Hannoverana.

ANQUETIL DU PERRON *l'Inde en rapport avec l'Europe, ouvrage dans lequel on développe les intérêts politiques de l'Inde, la nature de ſon commerce, et où l'on préſente un plan d'adminiſtration également utile à cette contrée et à l'Europe.* à Neufchatel 1783. 8. Anquetil.

Hennings. AUGUST HENNINGS, königl. Däniſchen Kammerherrn, *Gegenwärtiger Zuſtand der Beſitzungen der Europäer in Oſtindien.* 1 Theil. Kopenhagen 1784. 2 Theil. Hamburg und Kiel 1785. 8 mai. Pars prima inſignitur etiam hac epigraphe ſpeciali: *Geſchichte des Privathandels und der itzigen Verfaſſung der Beſitzungen der Dänen in Oſtindien; mit königl. Erlaubniſs aus dem Archive geſammlet und mit ausſchlieſsendem Privilegio herausgegeben.* Et ſecunda: *Geſchichte des Carnatiks in Beziehung auf das Tanjouriſche Gebiet und der Däniſchen Colonie, nebſt einer Nachricht von den Produkten der Coromandelküſte und den Sitten und der bürgerlichen Verfaſſung der Tamuliſchen Indianer.* — Vel inſcriptiones iſtae docent, in his duobus voluminibus ſermonem potiſſimum eſſe de Danorum ſedibus et commerciis in India orientali. In ſecundo tamen iam occurrunt nonnulla ad notitiam Indiae generaliorem ſpectantia. Sectio eiusdem voluminis altera tradit ex optimis ſcriptoribus, quae de incolis et linguis Indorum eorumque ritibus religioſis ac domeſticis ſcitu digna ſunt.

1. *Scriptores de rebus Anglorum et Francogallorum in India Orientali.*

Dohm. CHRISTIAN WILHELM DOHM'S *Geſchichte der Engländer und Franzoſen im öſtlichen Indien; ein Verſuch.* 1 *Theil.* Leipzig 1776. 8. — Utriusque gentis fata in India orientali pingere feliciter conatus erat artifex ſagaciſſimus: at manum de tabula haud abſoluta removit, aegre ferentibus, qui in Germania hiſtoriae bene cultae ſavent. Nempe Germanus Germanis, haudquaquam aliis, commerciorum hiſtoriam Anglorum et Francogallorum tradere volebat, quinque quidem temporum

porum periodis conſtitutis. Primae aſſignata erat hiſtoria Anglorum in India usque ad eorum bella cum Francogallis (1600 — 1745); ſecundae, hiſtoria horum usque ad bella cum Anglis (1503 — 1745); tertiae, hiſtoria utriusque gentis in India (1745 — 1762); quartae, hiſtoria Francogallorum in India poſt a. 1762; quintae, hiſtoria Anglorum poſt idem tempus. Sed primae tantum periodi hiſtoria, dimidiaque ſecundae pars (ad a. 1719) ab auctore elaborata eſt. Optandum ſane, ut idem operam ſepoſitam reſumat, integramque, cum particula edita eaque a mendis, quibus redemtoris culpa ſqualet, purgata, pleniusque excultam popularibus ſuis largiatur.

Cf. (MEUSELS) *Fortgeſ. Betracht. über die neueſten hiſtor. Schriften* T. IV. p. 3 — 21.

* * *

JOSEPH DU FRESNE DE FRANCHEVILLE (Conſil. aul. Boruſſ. ſociusque acad. ſcient. Berolinenſis † 1781) *Hiſtoire de la Compagnie des Indes, avec les titres de ſes conceſſions et privileges.* à Paris 1738. 4. — Operis pars praeſtantior ea, quae ſocietatis mercatoriae Indo - Gallicae conceſſiones et privilegia regia aliaque acta publica comprehendit. Quae tamen longe copioſiora et exactiora comparent opere ſequenti: de Francheville.

Recueil ou Collection des Titres, Edits, Declarations, Arrêts, Réglemens et autres Pièces concernant la Compagnie des Indes; par M DERNIS, *Chef du Bureau des Archives de la Compagnie des Indes.* à Paris 1755. IV Voll. in 4. Primum complectitur ſcripta dicti generis usque ad a. 1699; ſecundum, usque ad a. 1715; tertium, ad a. 1725; quartum, ad a. 1756. Praecedunt introductiones, in quibus ſocietatis hiſtoria breviter exponitur. Dernis.

Balance etc. *Balance des Services de la Compagnie des Indes envers l'Etat, et de ceux de l'Etat envers la Compagnie depuis* 1719 *juſq' en* 1725. à Paris 1769. 4. Brevis, ſed memoratu digna diſſertatio; ſtatum rerum Gallo-Indicarum egregie ſiſtens. Quae vero Francogalli ab a. 1739 usque ad a. 1751 in India moliti ſunt, probe deſcripta reperies in opere ſequenti:

J. L. M. *Hiſtoire de la dernière revolution des Indes Orientales.* à Paris 1757. II Voll. in 12 mai. — Res potiſſimum a Dupleix, rerum Gallicarum in India inde ab a. 1741 praeſide, peractae, cura ſingulari referuntur. *Guyoni*, cuius hiſtoriam paullo ante laudavimus, relationes haud raro impugnantur. Paſſim tamen partium ſtudio laborat auctor anonymus. Idem de omnibus fere ſcriptoribus Francogallicis aeque ac de Anglicis, res popularium ſuorum in India orientali geſtas narrantibus, valet.

Cf. *Götting. Anz.* a. 1758. p. 1299—1304.

Orme. (ORME'S) *Hiſtory of the military Transactions of the Britiſh Nation in Indoſtan from the year* 1745. *To which is prefixed a Diſſertation on the Eſtabliſhments made by Mahomedan Conquerors in Indoſtan.* London 1763. 4. Editio nova, plurimum aucta et emendata, cum parte altera prodiit ibid. 1778. 4. Primae parti adiectae ſunt duae tabulae geographicae, quarum prior, a Kitchin delineata, imperium magni Mogolis, poſterior, ſecundum Danvillii mentem littus Coromandelicum repraeſentat. Additae ſeptem aliae figg. aen. — Pars prima *Francogallice* reddita animadverſionibus nonnullis adſperſis *Amſtelod.* ſ. potius *Pariſ.* 1765. II Voll. in 12 mai. — Si unquam de bellis iſtis Indicis ſine partium ſtudio commentatum fuerit, profecto id factum in hoc opere; Francogalli ipſi huius ſenten-

tentiae teſtes ſunt. Accedit ſingularis auctoris cura, omnia quae vel ipſe in terris iſtis vidit aut ab hominibus fide dignis accepit, diſtincte atque copioſe narrandi. Peritia rei militaris, cognitio earum rerum, quae ſtatum civilem imperii Mogolici aliarumque Indiae provinciarum efficiunt, dexteritas, cum hominum ſingulorum, tum gentium univerſarum indolem pingendi, ubique elucet. Parti priori diſſertatio praemiſſa, in qua, ducibus Herbelot, Bernier et Fraſer, varia traduntur de religione, moribus, artibus, legibus, iuribus Indorum, de bellis eorum cum Muhammedanis, quibus tandem parere coacti fuerunt etc. Opus ipſum quinque diſtinctum partibus, quarum prima exponit cauſſas bellorum ab Anglis et Gallis in littore Coromandel geſtorum. Adſperſae ſunt variarum rerum Indicarum memorabilia, narrationes de Marattis, Affchanis aliisque populis. Libro ſecundo traduntur diſcordiae principum Indicorum, quibus Europaei ad opes ſuas augendas uſi ſunt. Libro tertio idem argumentum cum expoſitione bellorum, quibus Angli et Galli interfuere, usque ad a. 1752 auctor perſequitur, librisque quarto ac quinto usque ad a. 1755 perducit. Volumen operis alterum orditur diſſertatione de origine et progreſſu commerciorum Britannicorum in provincia Bengalica, qua via ſternitur ad narrationem belli, funeſti et atrocis ab Anglis et Francogallis inde ab a. 1756 in India geſti.

Cf. de parte huius operis priore GATTERERS *hiſt. Bibl.* T. VI. p. 222—234.
Gött. gel. Anzeig. a. 1765. p. 801—808.

(Eiusdem) *Hiſtorical Fragments of the Mogul Empire, of the Marattoes and of the Engliſh Concerns in Indoſtan from the year* 1659. London 1782. 8. Cum tabula geographica, regnum Decan ſ. peninſulam

 ſulam

ſulam cis Gangem ſiſtens. — Operi maiori, modo deſcripto, haec fragmenta ſupplementi loco ut ſint, vult auctor, qui et ſtudio iisdem impenſo hiſtoriae Indicae partes confuſe cognitas mirum in modum illuſtravit; quo in negotio potiſſimum adiutus eſt chartis, ex tabulario ſocietatis mercatoriae Anglo-Indicae ſibi communicatis. Cura ſingularis dicata hiſtoriae Marattorum, Sevagii praecipue, primi eorum ducis bellici, a. 1680 mortui. Tradit porro Anglus varia de Luſitanorum bellis in India ſaeculo ſuperiore geſtis, de prima Anglorum poſſeſſione in inſula Bombay etc. Relationes auctoris ultra a. 1689 haud progrediuntur. Sequuntur additamenta ac notae permultae, quibus momenta hiſtoriae et geographiae Indicae ſingula, quibus in opere ipſo haud erat locus, egregie colluſtrantur. Geographiae in primis ſerviunt, hiſtoriaeque commerciorum Indicorum ab Anglis ſaeculo ſuperiore peractorum, hiſtoriae urbis Madras etc.

Cf. *Gött. gel. Anzeig.* a. 1784. p. 50 ſqq.

Cambridge. RICHARD OWEN CAMBRIDGE, Ecuyer, *Mémoires du Colonel Lawrence, contenant l'hiſtoire de la guerre dans l'Inde, entre les Anglois et les François ſur la côte de Coromandel, depuis* 1750 *juſqu' en* 1761, *avec une relation de ce qui s'eſt paſſé de remarquable ſur la côte de Malabar et des expéditions à Golconde et à Surate, donnés ſur les papiers originaux. Traduit de l'Anglois par* M*** (Eidous). à Amſterd. (*ſeu potius* à Paris) 1766. 1767. II Voll. in 12. — Archetypi Anglici rationem ignoramus. Narrationem bellorum, quae titulus innuit, praecedit deſcriptio geographica peninſulae intra vel cis Gangem. Fuſius exponuntur Dupleixii ſtudia ac negotia cum Indis ad opes populariſum augendas;

das; diſſenſiones regulorum Indicorum, quibus Angli et Galli ſe immiſcuerunt; bellaque inde enata inter utramque gentem. Lawrence, Anglorum praefectus militaris, contra Dupleixii accuſationes paſſim defenditur, aut potius ſe ipſe defendit, e cuius quippe commentariis ſcriptis maxima operis pars hauſta.

A ſhort Hiſtory of Engliſh Transactions in the Eaſt-Indies. Cambridge 1776. 8. *Theotiſce* (a *G. C. H. Liſt*), hac epigraphe: *Kurze Geſchichte des neuen Reichs der Britten am Ganges ſeit dem J.* 1756; quae verſio ſimul appendicis loco eſt commercio epiſtolari Schloezeri, qui et praefatiunculam praefixit, *Goetting.* 1780. 8 mai. — Succincte et e monimentis authenticis refertur magna iſta per Anglos confecta rerum commutatio. Verſus finem auctor anonymus declamatorem potius agit, quam hiſtoricum. A ſhort Hiſtory etc.

A Narrative of the transactions in Bengal from 1760 *to* 1764, *during the Government of* HENRY VANSITTART, *) *publiſhed from himſelf.* London 1766. III Voll. in 8. — Auctor, Praeſes olim rerum Anglicarum Calcuttae, defendit in hoc opere, quae ibi geſſit, potiſſimum ratione regulorum Indicorum. Addita ſunt plura acta publica et epiſtolae, gratiſſimae iis, quorum intereſt, paullo accuratius hiſtoriam Indiae recentiorem cognoſcere. Caſtigationes operis inſunt libello ſequenti: Vanſittart.

LUKE SCRAFTON'S *Eſq. Obſervations on M. Vanſittart's Narrative.* Lond. 1767. 4. — Auctor ſocius regiminis rerum Indicarum fuit. Reſpondit Vanſittart dexterrime in epiſtola ſic inſcripta: Scrafton.

D 3 HENRY

*) Sive VAN SITTART. In editione recentiſſima Lengleti *Methode pour étudier l'hiſtoire* etc. T. XIV. p. 111 nomen mutilatum eſt in *Vanſeltart.*

Vanſittart. HENRY VANSITTART'S *Letter to the Proprietors of Eaſt-India Stok, occaſioned by a late anonimous Pamphlet, and by the Eaſt-India obſerver.* ibid. eod. 4. Idem argumentum ventilatur hoc ſcripto:

Holwell. *An Adreſs from* I. Z. HOLWELL *Eſq. to L. Scrafton Eſq. in reply to his Pamphlet, intitled. Obſervations of M. Vanſittart's Narrative.* ibid. eod. 4.

Cf. *Goetting. gel. Anz.* a. 1769. p. 292 ſqq. p. 398 ſqq. p. 710 ſqq.

The Eaſt-India Examiner. Lond. 1766. 8. — Hac inſcriptione inſignitae ſunt ephemerides, notitiae opum ſocietatis Anglo-Indicae inſervientes.

Cf. *Goetting. gel. Anz.* a. 1769. p. 710.

Mémoire etc. *Mémoire pour le Comte Lally contre M. le Procureur général.* à Paris 1766. III Partes in 4 mai. — Ad hiſtoriam belli ſaepius memorati penitius cognoſcendam maxime facit haec defenſio Comitis infelicis, Gallorum in littore Coromandel praefecti ſupremi ab a. 1748 usque ad a. 1761.

Cf. *Goetting. gel. Anz.* a. 1766. p. 922 ſqq. a. 1767. p. 233 ſq.

de Voltaire. DE VOLTAIRE *Fragmens ſur l'Inde, ſur le General Lally, et ſur le Comte de Morangies:* à Geneve 1773. 8 mai. recuſ. ibid. eod. 8 mai. Pars II. ibid. eod. 8 mai. et in eiusdem operibus ſaepius collectis. — Defendere quoque conatur Comitem Lally Voltarius. Paſſim ſcriptores priores notat: ipſe tamen vitiorum haud immunis.

Cf. *Goetting. gel. Anz.* a. 1773. p. 1159 ſq. p. 1242. a. 1774. p. 434 ſqq.

Clive. CLIVE'S *Letters to the Proprietors of Eaſt-India Stock.* London 1764. 8 mai. — Ea potiſſimum, quae Clivius, cui Angli imperium ſupremum

mum in orientali India vel maxime debent, a. 1757 ibidem egit, narrantur. — Faciunt quoque ad ſtatum Bengalae recentiorem cognoſcendum, praeter plures iſto ac ſequentibus annis conſcriptos libellos, ſequentes:

A narration of what happend in Bengal in 1760. Lond. 1764. 8 mai.

JOHN ZEPHANIAH HOLWELL'S *Adreſs to the Proprietors of Eaſt-India Stock; ſetting forth the unavoidable neceſſity, and real motives for the Revolution in Bengal* 1760. Lond. 1764. 8 mai. Holwell.

Eiusd. *Important Facts regarding the Eaſt-India Company's affairs in Bengala.* Lond. 1764. 4 mai.

A Letter from a certain gentleman of the council of Bengal. Lond. 1764. 8.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1767. p. 236 ſqq.

A Refutation of a Letter from a certain Gentleman etc. Lond. 1764. 4.

Important Facts regarding the Eaſt-India Company's affairs in Bengal from the years 1752 to 60; with Copies of ſeveral very intereſting Letters. Lond. 1764. 4.

A narrative of the deplorable deaths of the Engliſh Gentleman who were ſuffocated in the Black-Hole in Fort William. Lond. 1764. 4.

The true Alarm of the value of the Britiſh dominion in India, the defects political and military of the Syſtem of Government eſtabliſhed there, who will unavoidably produce either the total ruin, or final depravation of this dominion. Lond. 1770. 12.

An Eſſay upon the cultivation of the Lands and improvements of Bengal, by HENRY PATULLO *Eſq.* Lond. 1772. 4.

A Plan for Government of the Provinces of Bengal. ibid. eod. 4.

Letters to and from the Eaſt-India Company's ſervants at Bengal, Fort St. George, and Bombay etc. With an Appendix. ibid. eod. 4.

Origin and cauſe of the continuance of the diſorders in our Eaſt-India affairs, and the means of reſtoring them. Lond. 1772. 8.

Reports from the Committee appointed by the Houſe of Commons aſſembled at Weſtminſter in the 5th. Seſſion of the 13th. Parliament of Great-Britain, to enquire into the natural ſtate and condition of the Eaſt-India Company and of the Britiſh affairs in the Eaſt-Indies. Lond. 1773. fol.

Reports from the Committee of Secrecy appointed by the Houſe of Commons aſſembled at Weſtminſter in the 6th. Seſſion of the 13th Parliament of Great-Britain to enquire into the ſtate of the Eaſt-India Company. ibid. eod. fol.

General Remarks on the ſyſtem of Government in India; with further conſiderations on the preſent ſtate of the Company at home and abroad. ibid. eod. fol.

A Letter to the Rt. Hon. Lord North on the preſent proceedings concerning the Eaſt-India Company. ibid. eod. 8.

Narrative of the Mutiny of the Officers of the Army in Bengal in the year 1766. ibid. 1773. 8.

An Eſſay on the Eaſt-India trade, on its importance to this Kingdom with a Comparative View of the Dutch, French and Engliſh Eaſt-India Companies. ibid. 1770. 8.

Thoughts on our Acquiſitions in the Eaſt-Indies, particularly reſpecting Bengal. ibid. 1771. 8.

The natural Mirror being a Series of Eſſays on the moſt important Concerns, but particularly thoſe of the Eaſt-India Company. ibid. eod. 8.

Authen-

Authentic Papers concerning India affairs; which have been under the inſpections of a Great Aſſembly. ibid. eod. 8.

The minutes of the ſelect committee appointed by the honorable House of Commons to inquire into the nature, ſtate, and condition of the Eaſt-India Company and of the Britiſh affairs in the Eaſt-Indies. Lond. 1772. 8.

The preſent ſtate of the Eaſt-India Company's affairs cont. the Eſtimates, and account delivered by the Directors of the Eaſt-India Company to the Lords of the Treaſury etc. ibid. eod. 8.

RICHARD HOTHAM'S *Candid ſtate of affairs relative to Eaſt-India Shipping for the year* 1773. Lond. 1774. 8. Hotham.

Letters to and from the Eaſt-India Company's ſervants at Bengal, Fort St. George and Bombay; relative to the Treaties, and Grants from the Country powers from the year 1756—1767. *With an Appendix, and an Extract of Letters.* Lond. 1772. 8.

JOHN MORRISON'S *Advantages of an Alliance with the Great Mogul etc. II Edition with a Poſtſcript.* Lond. 1774. 8. Morriſon.

Proceedings of the Governor and Council at Fort William reſpecting the adminiſtration of Juſtice among the natives in Bengal. Lond. 1775. 8.

Nabob of Arcot Original Papers tranſmitted by him to his Agent in Great Britain comprehending the tranſactions on the Coaſt down to the 10 *Octob.* 1776. Lond. 1777. 4.

WILLIAM BOLTS'S *Conſiderations on India Affairs; particularly reſpecting the preſent ſtate of Bengal etc. With a Map from Bengal, and an Appendix.* Lond. 1772. 4. Pars I et II. Cum tabula geographica, in qua Bengala et Bahar dextre delineatae. Eodem anno altera vice. — *Francogallice* Bolts.

 hoc

hoc titulo: *Etat civile, politique et commerçant du Bengale, ou hiſtoire des Conquêtes et de l'adminiſtration de la Compagnie Angloiſe dans ce pays. Pour ſervir de ſuite à l'hiſtoire philoſophique et politique etc.* (a librario haec addita). *à Maeſtricht* 1775. II Voll. in 8 mai. Ex hac verſione orta eſt *Theotiſca*, elaborata a quodam *S.* cum annotationibus, *Lipſ.* 1780. 8. Cum tabula geographica. *Italice* (utrum ex archetypo, an ex verſione Gallica, non liquet). *Senae* 1780. 8. — Auctor, rerum Anglicarum in India peritiſſimus, peccata, iniurias ſceleraque a miniſtris ſocietatis mercatoriae Anglo-Indicae commiſſa libere exponit; quapropter opus in Anglia ſuppreſſum. Gratiae igitur interpreti Francogallico agendae: maiores tamen ageremus, ſi minore libertate uſus eſſet; nam varias archetypi partes memorabiles omiſit ſive reſecuit. Interpres Theotiſcus obſervationibus, aliis ex libris petitis, iſtas utcunque compenſare ſtuduit. Liber ipſe maximi aeſtimandus, non ſolum ob cauſſam iam memoratam, verum etiam ob expoſitionem hiſtoriae recentioris imperii Hindoſtanici, rerumque ab Anglis in Bengala geſtarum. *Verelſius*, auctor is popularis, eum confutare ſtuduit, cui Boltſius reſpondiſſe dicitur: at nobis notitia huius litis exactior ignota.

Cf. *Goetting. gel. Anz.* a. 1775. p. 1267—1270. (MEUSELS) *Fortgeſetzte Betracht. über die neueſten hiſt. Schriften* T. III. p. 553 ſq.

An Analyſis of the political Hiſtory of India, in which is conſidered the preſent ſituation of the Eaſt-India and the connection of its ſeveral powers with the Empire of Great Britain. Lond. 1779. Partium ſtudium e hoc ſcripto elucet, cui et ordo et ubertas deeſt.

The

The hiſtory and management of the Eaſt-India Company from 1600 to the preſent times. Vol. I containing the affairs of Carnatic. Lond. 1779. — Contra collegium Anglo-Indicum mercatorium. Res regni Tanjour potiſſimum traduntur.

WARREN HASTINGS *Narrative of the late transactions at Benares.* Lond. 1782. 8. Defendit ſe Haſtings, ſupremus olim praefectus rerum Anglicarum in Bengala, contra accuſationes adverſariorum. Haſtings.

Cf. *Hiſt. Porteſeuille* a. 1783. IV. 526 ſqq.

JOHN SCOTT'S *Narrative of the transactions in Bengal during the Adminiſtration of Mr. Haſtings.* London 1782. ibid. 1784. 8. — Auctor, rei militari praefectus, quindecim per annos collegio mercatorio ſaepe commemorato deſerviens, multa narrat, quae ipſe vidit et quae rebus inde a Februario anni 1772 usque ad initium anni 1783 geſtis lucem clariorem affundere poſſunt: a partium ſtudio tamen haud prorſus alienus, defendendo inſtituta factaque ab Haſtingio. Supponit paſſim plura, ſibi quidem, at non aliis nota: caeterum libellus probe ac dilucide conſcriptus. Scott.

Cf. *Goetting. gel. Anz.* a. 1784. p. 988—992.

EDMUND BURKE'S *Schilderung der gegenwärtigen Lage der Engliſchen Oſtindiſchen Geſellſchaft, und der Nothwendigkeit, ihren Freybrief zu verändern;* ex Anglico ſermone in Theotiſcum translata (a I. M. Sprengelio, qui et notas adſperſit) in *Hiſtor. Porteſeuille* a. 1784. VII. 75—101. IX. 312—336. Oratio eſt, habita a Burkio, oratore Angliae celeberrimo, d. 1 Dec. 1783 in comitiis publicis (quae ab Anglis *Parliament* vocantur), eo quidem conſilio, ut collegio iſti mercatorio facies nova induceretur. Sprengelii notae multum faciunt Burke.

ad

ad illuſtrandam hiſtoriam ac geographiam Indiae orientalis. Inter libellos contra Burkii ſententiam editos eminet, qui inſcribitur:

Scott. *Reply to Burke's Speech on Mr. Fox Eaſt-Indian Bill*, *by Major* SCOTT. Lond. 1784.

Paillebot de St. Lubin. *Mémoires hiſtoriques, politiques et oeconomiques ſur les revolutions Angloiſes dans l'Indoſtan par I. A.* PAILLEBOT DE SAINT-LUBIN, *Chevalier de l'Ordre militaire de Chriſt, Miniſtre de S. M. très Chretienne à la Cour des Marattes pendant les années* 1776, 1777, 1778, 1779 *et* 1780. T. I. à Utrecht (1784). 8. — Opus profecto dignum, quod cum Anglorum narrationibus modo laudatis ſedulo conferatur. Quae enim ab Anglis ſaepius ſtudio obſcure tradita, aut contradictionibus ab ipſis invicem prolatis incerta facta, a Francogallo vel colluſtrantur vel certius ponuntur, libereque notantur. Omnia fere, quae narrat, a ſe ipſo viſa ſunt. Annis XXVIII Indiam orientalem coluit atque quinque per annos munere, quod libri epigraphe memorat, functus eſt. In operis coepti partibus quatuor exponere illi animus eſt hiſtoriam bellorum ab Anglis in Hinduſtan geſtorum terrarumque ab iis occupatarum; porro meditationes ſuper commerciorum conditione; ſtatum civilem regnorum Indicorum; denique conſilia, quibus Anglorum opes diminui poſſent. Primae parti praefixa eſt introductio de religione, moribus et ritibus Indorum, de commutationibus, quas imperium magni Mogolis expertum, usque ad bella funeſta Nadiri. Quae vero omnia breviter peracta, in vulgus nota, maximamque partem e Holwelli et Anquetili libris hauſta. Maxima rerum geſtarum in hoc volumine narratarum pars ſpectat mutationes Bengalicas ex eo quidem tempore, quo Bengala ab imperio magni Mogolis avulſa, usque

usque ad finem anni 1765. Poſtea ibi geſta ſequens volumen forte complectetur.

Cf. *Goett. gel. Anzeig.* a. 1785. p. 679—683.

Angli MAC-INTOSH itinerarium Vol. II. P. I. p. 384 ſq. memoratum huc quoque referendum. Poſtquam de eo retuleramus, verſio *Theotiſca* cum notis interpretis anonymi prodiit *Lipſ.* 1785. II Voll. in 8. Mac-Intoſh.

I. P. BRISSOT DE WARVILLE *Tableau de la ſituation actuelle des Anglois dans les Indes Orientales, et de l'état de l'Inde en général.* à Paris 1784—1785. VI Faſciculi in 8 mai. Totidem faſciculi ſequentur. — Auctori animus eſt, popularibus ſuis memoratu digna ex Anglorum ſcriptis recentioribus de hiſtoria ac ſtatu Indiae orientalis hodierno tradere eademque diiudicare. Sic duce *Dowio* agit de imperii magni Mogolici diminutione, aetate noſtra perpetrata; duce *Ormeſio* de Marattis (nihil igitur de hiſtoria huius populi poſt a. 1689); duce *Cambridge* et *Orme* de hiſtoria bellorum in provincia Carnatic ab a. 1746 usque ad 1763 geſtorum; duce *Maitre de la Tour* de rebus geſtis Hyder Ally; duce *Parkero* (cuius notitia nos fugit *)) de rebus Bengalicis ab a. 1741 usque ad 1765. Faſciculus, dum haec ſcribimus, recentiſſimus epitomen continet tomi primi operis modo a nobis laudati, a *Paillebot de St. Lubin* in lucem editi, a Briſſoto acerbe, at immerito, vituperati. Plura, ab auctore e ſcriptoribus Anglicis exhibita, manca ſunt, nec peritiam hiſtoriae Indicae eximiam produnt. Briſſot de Warville.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1785. p. 369—373.

EUSTA-

*) Liber a Parkero editus ſic inſcribitur: *Evidence of our transactions in the Eaſt-Indies.*

Delfini. EUSTACHII DELFINI *Ragguaglio della ſpedizione della Flotta Franceſe all' Indie Orientali, ſeguita negli anni* 1781. 1782. 1783. *ſotto la condotta del Generale De-Suffren. In Torino* 1785. 8. — Delfini, Carmelita, ſacerdotis munere functus in claſſe iſta, non modo omnia, quae huic per annos memoratos evenerunt quaeque a Gallis in mari terrave geſta ſunt, refert, verum etiam plura, quae ad hiſtoriam et geographiam inſularum, littorum et portuum, ubi claſſis appulit. Nil niſi a ſe viſa aut e teſtibus fide dignis accepta narrat: Anglis tamen a partium ſtudio haud prorſus alienus videbitur.

* * *

Cognitioni rerum Francogallicarum in orientali India inſerviunt etiam ſcripta a. 1769 ſqq. pro et contra collegium mercatorium Gallo-Indicum evulgata, et a *Schloezero in Briefwechſel meiſt ſtatiſtiſchen Inhalts* (Goetting. 1775) commemorata, ſcilicet:

Morellet. *Abbé* MORELLET *Mémoire ſur la ſituation actuelle de la Compagnie des Indes.* à Paris 1769. Ed. IIda. aucta ſupplemento ibid. eod. 4 mai.

Cf. etiam *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1770. Zugabe p. 289—293.

Necker. (JACOBI NECKER) *Reponſe au Mémoire de M. l'Abbé Morellet, ſur la Compagnie des Indes, imprimée en execution de la Delibération de Mrs. les Actionnairs, priſe dans l'Aſſemblée générale du* 8 *Août* 1769. 4.

Morellet. *Examen de la Reponſe de M. N** au Mémoire de M. l'Abbé Morellet, ſur la Compagnie des Indes; par l'Auteur du Mémoire* (Morellet). à Paris 1769. 4 mai.

Cf. etiam *Goetting. gel. Anzeig.* l. c. p. 353 ſqq.

Comte

Comte DE LAURAGUAIS *Mémoire ſur la Compagnie des Indes, précédé d'un Diſcours ſur le Commerce en général.* à Paris 1769. 4 mai. de Lauraguais.

Cf. etiam *Goett. gel. Anz.* a. 1771. *Zugabe* p. 78 ſqq.

Examen des Deciſions de M. l'Abbé Morellet, ſur les trois queſtions importantes qui ſont le ſujet de ſon Mémoire. à Paris 1769. 4 mai.

Eclairciſſemens ſur le Mémoire de M. l'Abbé Morellet, concernant la partie hiſtorique de la Compagnie des Indes et l'origine du bien des Actionnaires. à Paris 1769. 4 mai.

Balance des ſervices de la Compagnie des Indes envers l'Etat, et de ceux de l'Etat envers la Compagnie depuis 1719 *juſqu' en* 1725. ib. eod. 4 mai. Diſſertatio prae caeteris laudanda, atque paullo ante a nobis quoque commemorata.

Doutes d'un Actionnaire ſur le Mémoire de M. l'Abbé Morellet, contre la Comp. des Indes. ibid. eod. 4 mai.

DU-PONT *du Commerce et de la Comp. des Indes. Seconde Edition* (prima prodiit in auctoris *Ephemerides du Citoyen* T. 8. 10 et 11. 1769) *augmentée de l'hiſtoire du Syſtême de Law.* à Amſterd. 1769. 8. Du-Pont.

Comte DE LAURAGUAIS *Mémoire ſur la Comp. des Indes, dans lequel on etablit les droits et les intérêts des Actionnaires. En reponſe aux compilations de M. l'Abbé Morellet.* 1770. III Partes in 8. de Lauraguais.

Mémoire important ſur le rétabliſſement de la Comp. des Indes, et ſur les avantages qui en doivent réſulter pour l'Etat en général, et pour la Province de Bretagne en particulier. 1771. 4 mai.

2. *Scriptores de rebus a Danis in India orientali geſtis.*

Giedde. OVE GIEDDE *Beſchreibung der erſten Däniſchen Reiſe nach Oſtindien, vom Jahre* 1618. in I. H. Schlegelii *Sammlung zur Däniſchen Geſchichte* etc. (Hafniae 1773. 8 mai) T. I. P. II. Danice, cum introductione et notis Theotiſcis. Poſtea Schlegel deſcriptionem Dani ipſam Theotiſce etiam exhibuit in *Däniſchen Reiſebeſchreibungen und andern denkwürdigen Handſchriften in der Sammlung Däniſcher Geſchichte* (Hafniae 1776. 8 mai.) — Giedde, dux Daniae navalis, a. 1618 eo conſilio verſus Ceylon et Coromandel miſſus, ut cum rege Ceylaniae foedus iniret, et oppidum Tranquenbar in littore Coromandel, ante iam a rege Tanſchauriae Danis traditum, muniret. Quarum rerum geſtarum deſcriptio lectu digna, caetera ſunt minutiora.

Däniſche Miſſionsberichte. Non ſolum Danorum, ſed etiam aliorum populorum in India res geſtae, Indiaeque geographia et hiſtoria haud parum lucri accipit ex libris ac libellis Danorum et Germanorum, doctrinae Evangelicae propagandae cauſa in terras iſtas miſſorum. Sunt autem illi fere ſequentes:

Merkwürdige Nachricht aus Oſtindien, welche zwey evangeliſch-lutheriſche Prediger, namentlich Herr BARTHOLOMAEUS ZIEGENBALG, *gebürtig von Pulſnitz in Meiſsen, und Herr* HEINRICH PLUETSCHO, *von Weſenberg in Mecklenburg, ſo von Sr. Königl. Maj. in Dänemark und Norwegen den* 27 *Nov.* 1705 *aus Copenhagen nach Dero oſtindiſchen Colonie in Trangenbar geſandt, zum löblichen Verſuch, ob nicht daſige angränzende blinde Heiden einigermaſſen zum Chriſtenthum möchten können angeführt werden; erſtlich unterwegens den* 30 *April* 1706 *aus Africa von*

von dem Vorgebirge der guten Hoffnung, bey den ſogenannten Hottentotten, und bald darauf aus Traygenbar, von der Küſte Coromandel, an einige Prediger und gute Freunde in Berlin überſchrieben, und von dieſen zum Druck befördert. Berlin 1708. 4. Editor erat *Ioach. Lang*, eo tempore eccleſiaſtes Berolinenſis. Anno ſequenti continuatio, continens duas epiſtolas eorundem miſſionariorum de a. 1707, prodiit. Libelli, hodie rariſſime obvii, quibus tamen facile carere poteris, ſi copia tibi ſit operis nunc recenſendi:

Herrn BARTHOL. ZIEGENBALGS, *königl. Däniſchen Miſſionarii in Trankenbar auf der Küſte Coromandel, ausführlicher Bericht, wie er, nebſt ſeinem Collegen, Hrn. Heinr. Plütſcho, das Amt des Evangelii daſelbſt unter den Heiden und Chriſten führe; in einem Sendſchreiben an einen vornehmen Theologum unſerer evangeliſchen Kirche ertheilet den 22 Aug. 1708; welchem eine Nacherinnerung zur Warnung an den chriſtlichen Leſer wider die ungleichen Urtheile, dadurch ſich einige an dieſem Werke verſündigen, beygefüget.* in 4. — Hanc relationem continuationes CXVIII ſecutae ſunt. *Aug. Herm. Franke* eas edidit usque ad decimam octavam; filius eius, *Gotthilf Auguſtus*, usque ad CVI, quae, ut caeterae, Halae editae, anno quidem 1769. Continuationes CVII et CVIII poſt eius obitum addidit *Ioh. Georg. Knapp* 1769 et 1770. Quae omnia in IX volumina diſtributa, quorum quodque XII continuationes comprehendit, ac praefatione indiceque inſtructum. Ineſt inſtituti iſtius religioſi hiſtoria inde ab eius origine usque ad a. 1767. *Knappius* poſtea opus continuavit ſub hoc titulo: *Neuere Geſchichte der evangeliſchen Miſſionsanſtalten zu Bekehrung der Heiden in Oſtindien.* Duabus partibus prioribus editis mortuus eſt Knappius; tum

Ziegenbalg.

tum ſequentes usque ad partem XXIX curavit *Gottlieb Anaſtaſius Freylinghauſen*, fato functus a. 1785.

Niekamp. Continuationes priores XLIV in epitomen redegit IOH. LUCAS NIEKAMP hac epigraphe: *Auszug aus den hiſtoriſchen Berichten der Däniſchen Miſſionarien aus Oſtindien (von* 1705) *bis zu Ende des* 1736 *Jahres*. Halle 1739. 4. *Francogallice*, a *Mich. Gaudard*, Genevae 1745. III Voll. in 8 mai. (Interpres anonymus praefationem de' religionis Chriſtianae fatis in Oriente, notulasque adiecit). *Latine* a *Ioh. Henr. Griſchow*, Hal. 1747. 4. Epitomen continuavit MICHAEL MEIER hoc titulo: *Fortſetzung von I. L. Niekamps kurzgefaſster Miſſionsgeſchichte, von dem Jahr* 1737 *bis* 1767. Halae 1771. 4.

Gerbett. GUSTAV FRIDRICH GERBETT excerpſit, quae hiſtoriam naturalem Indiae, moresque et antiquitates Malabarum maxime ſpectant. 1752. Cf. huius bibl. Vol. II. P. I. p. 376.

Angli nonnullas huius operis partes ſuo idiomati donarunt easque paſſim auxerunt, hac epigraphe uſi: *Propagation of the Goſpel in the Eaſt: being an Account of the Succeſs of the Daniſh Miſſionaries lately ſent to the Eaſt-Indies for the Converſion of the Heathens in Malabar. Rendered into Engliſh from the High-Dutch, and dedicated to the moſt Honourable Corporation for Propagating the Goſpel in foreign Parts*. Part I. Lond. 1709. The ſecond Edition ibid. 1711. 8. — Part II, *containing a further Account of the progreſs made by ſome Miſſionaries to Tranquebar, upon the Coaſt of Coromandel, for Converſion of the Malabarians etc. Together with ſome Obſervations relating to the Malabarian Philoſophy et Divinity, and concerning their Bramans, Pantares et Paets. Translated from the Original Letters*

Letters of the Miſſionaries etc. ibid. 1710. 8. Partis I et II editio tertia prodiit ibid. 1718. — Part III, *being a Collection of Letters from the Proteſtant Miſſionaries and other worthy Perſons in the Eaſt-Indies etc. relating to the Miſſion; the means of promoting it; and the ſucceſs it hath pleaſed God to give to the endeavours uſed hitherto, for propagating true Chriſtianity among the Heathens in thoſe Parts, but chiefly on the Coaſt of Coromandel. With a Map of the Eaſt-Indies.* ibid. 1718. 8. — Interpres trium huius verſionis partium fuit *Anton. Guil. Boehm*, eccleſiaſtes Germanorum, Lutheri partibus addictorum ac Londini habitantium. Num opus continuatum fuerit, non liquet: ſequentes autem libri Anglici huc quoque trahi poſſunt:

An Account of the Religion, Manners and Learning of the People of Malabar in the Eaſt-Indies; in ſeveral Letters written by ſome of the moſt learned Men of that Country to the Daniſh Miſſionaries. By Mr. PHILIPS. *With a Map of the Country.* Lond. 1717. 12. Sunt epiſtolae LV ad Miſſionarios Danos. Philips.

Thirty four Conferences between the Daniſh Miſſionaries et the Malabarian Brachmans (or Heathen Prieſts) in the Eaſt-Indies, concerning the Truth of the Chriſtian Religion: together with ſome Letters written by Heathens to the ſaid Miſſionaries. Tranſlated out of the High-Dutch by Mr. Philips. Lond. 1719. 8.

Pars prima et ſecunda operis Theotiſci *Belgice* etiam redditae ab *Henr. Veeſen*, eccleſiaſte Hagano .... 8 mai.

Hae igitur relationes Germanorum, ſumtibus regum Danorum doctrinam Evangelicam in orientali India propagantium, plenae ſunt rerum utilium, ad illuſtrationem hiſtoriae ac geographiae Indiae

 facien-

ſacientium, partes potiſſimum recentiores ab a. 1770 in lucem editae. Studia religionis Chriſtianae promovendae paginam quidem utramque faciunt: inſunt tamen et multa, quibus fata Europaeorum in terris iſtis eo fide dignius cognoſcantur, quo maiore candore ac ſimplicitate homines illi religioſi imbuti videntur. Sine fuco, ſine partium ſtudio narrant, quae ipſi viderunt atque experti ſunt. Geographiam in primis iuvant, quae narrantur de terra Maravum, de Tanſchaur, Tirutſchinapally aliisque regionibus. Memorabilis quoque prae caeteris eſt *Schwarzii*, miſſionarii, iter ad Hyder Ali. — Religionis negotia horum virorum et alii narrarunt v. c. *Frid. Sam. Bock* in *kurzgefaſsten Miſſionsgeſchichte* etc. (Regiomont. 1743. 8); *la Croze* in *Hiſtoire du Chriſtianiſme des Indes* p. 56 ſqq. *Alb. de Haller* in eiusdem *Kleinen Schriften* T. I. *C. W. F. Walch* in *neueſten Religionsgeſchichte* T. III. p. 75 ſqq. T. V. p. 119 ſqq. Sed cum ſolummodo ad hiſtoriam religionis ſpectantia tractaverint, iis immorari hoc loco non convenit.

* * *

Hennings. De ſtatu Danorum in orientali India civili recentiſſima ac copioſiſſima refert AUGUSTUS HENNINGS in opere paullo ſuperius excitato: *Gegenwärtiger Zuſtand der Beſitzungen der Europäer in Oſtindien* (1784 et 1785). Omnis enim tomus primus in eo eſt, ut hiſtoriam commerciorum, a Danis verſus Indiam orientalem inſtitutorum, ſiſtat, ſimulque ſtatum rerum Danicarum civilem ibidem explicet, adnexis actis publicis. Gratiſſima, maximamque partem nova ſunt, quae in ſectione iſtius tomi tertia de Danorum ſedibus in inſulis, quae *Nicobaricae* ſive *Fridericianae* audiunt, referuntur. Tomus operis ſecundus continet hiſtoriam tractus

iſtius

iſtius latiſſimi in littore Coromandel, quem Carnatic nuncupant, eiusque partem potiſſimum, quae regnum Tanjour vel Tanſchaur conſtituit, eiusque particulam, a Danis occupatam, cuius locus praecipuus Tranquebar audit. Ineſt igitur deſcriptio geographica regni Tanſchaur, ſtatusque eius civilis; hiſtoria regnorum Indicorum in Carnatic ab a. 1732 usque ad a. 1776, Ormeſio potiſſimum duce, collatis tamen relationibus miſſionariorum Danicorum; hiſtoria bellorum ab Hyder Ali a. 1761 usque ad 1779 motorum. Adiunctae ſunt epiſtolae ac relationes ad illuſtrandum ſtatum Danorum in India recentiorem. Sequitur deſcriptio urbis Tranquebar, coeli ſolique iſti vicini, aliarumque rerum naturalium.

IV. *Scriptores de Mahrattis ſ. Maharattis, atque de regno rebusque geſtis Hyder Ali.*

De Mahrattis ſcriptores varii, iam laudati, retulerunt v. c. GROSE (cf. Bibl. hiſt. Vol. II. P. I. p. 375); auctor anonymus libelli: *Tableau hiſtorique de l'Inde*, qui de Sevagio, Mahrattorum olim duce celeberrimo, incredibilia mirabiliaque narrat (cf. ibid. p. 381); MAC-INTOSH (cf. ibid. p. 384); ORME *in hiſtorical Fragments* paullo ante recenſitis. Memorandi autem in primis ſunt ſequentes:

The Origin and authentic Narrative of the preſent Maratta-War and alſo the late Rohilla-War in 1773 *and* 1774. London 1781. 8. — Scitu digna e libello confuſe ſcripto minutiisque ad nauſeam usque repleto excerpta ſunt in *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1782. p. 849—855. Ibidem p. 855 indicatus eſt libellus editus ante modo memoratum, in quo brevius ac clarius eadem de bello iſto narrantur, hac epigraphe: NATHANAEL

Halhed. BRASSEY HALHED'S *Narrative of the Events which have happened in Bombay and Bengal, relative to the Maharatta Empire ſince July* 1777. ibid. 1779. 8.

Kerr. (JACOB KERR) *A ſhort hiſtorical Narrative of the Riſe and rapid Advancement of the Mahrattah-ſtate to the preſent Strength and Conſequence it has acquired in the Eaſt. Written Originally in Perſian and translated Engliſh by an Officer in the Eaſt-India-Company's Service.* London 1782. 8. — Kerrius primus, qui ſingulari ſtudio dataque opera hiſtoriam populi iſtius bellicoſi expoſuit, eamque ope ſubſidiorum Indico-Perſicorum et colloquiorum cum Muhammedano quodam, cuius tamen nomen tacetur, condidit. Minus obſcure exactiusque pluribus in locis Anglus ſcripſiſſet, ſi ſcripta popularium v. c. Fraſeri, Ormii, Dowii, Holwelli, contuliſſet, relationesque de rebus geſtis nimis ſuccincte et negligenter expoſitas ex auctoribus iſtis luculentiores reddidiſſet. Contra fuſius iuſto meminit hiſtoriae Indicae univerſalis, aliunde notae. Optandum quoque, ut in Mahrattorum fata vetuſtiora curatius inquiſiviſſet. Eo diligentius auctor perſequitur bella Mahrattorum cum magno Mogole, eorum incrementa ac progreſſus in Decan ab a. 1752, fataque principum eiusdem populi, v. c. Rumbae, Sumbae, Sevagii, Sumpetrovii, Ballajerovii. Recentiora ſilentio praetermittuntur.

Cf. *Goetting. gel. Anz.* a. 1783. p. 682—687.

Retroſpective View of Conſiderations on India Affairs, particularly of the tranſactions of the Mahratta war, from its Commencement to the Month of Octobr. 1782. London 1783. 8. — Nonnulla belli iſtius momenta antea in Europa ignorata auctor anonymus quidem narrat: at non omnia eodem

eodem ſtudio perſequitur: manca potius et obſcura manent haud pauca.

Cf. *Götting. gel. Anz.* a. 1784. p. 986 ſqq.

Inter Mahrattos ſatis diu vixit eorumque ritus moresve varios diligenter obſervavit ac deſcripſit DE PAGÈS, dux Francogalliae navalis, in *Voyage autour du monde — pendant les années* 1767-1776 (à Paris 1783. 8); de quo libro alibi. Relatio de Mahrattis excerpta ac Theotiſce translata legitur in *Hiſtor. Portefeuille* a. 1784. April p. 479—498. May p. 619—622. de Pagès

* * *

Eſſays ſur la vie d'Ayder, à Paris, et

Abrégé d'hiſtoire d'Hyder Ali. à Paris. Ita duos libros citatos reperio a Sprengelio in eius praefatione ad verſionem ſtatim excitandam. Idem deductos eſſe eosdem e fontibus turbidis affirmat.

(MAITRE DE LA TOUR) *Hiſtoire d'Ayder Ally Khan, Nabob Bahader, ou Nouveaux Mémoires ſur l'Inde, enrichis des notes hiſtoriques.* à Paris 1783. II Voll. in 12 mai. *Theotiſce* ab anonymo, cum notis et additamentis *Matthiae Chriſti. Sprengel*, Prof. Hiſt. Halenſi. Pars I. Hal. 1784. 8. Cum tabula geographica, Indiam cis Gangem, regnum praecipue Hyder Ali repraeſentans, ſecundum recentiſſimas optimasque mappas geogr. ac relationes delineata a *I. R. Forſter.* — Auctor, olim praefectus rei tormentariae in exercitu Hyder Ali, comesque eius in expeditionibus bellicis pluribus, multa de hoc heroë narrat, antea vel plane vel non ſatis in Europa nota. Paſſim nimis in laudes eiusdem excurrere videtur. Quae de Mahrattis refert, minore fide digna, quam narratio de rebus Maitre de la Tour.

Hyder Ali geſtis usque ad a. 1778; ultra enim non progreditur. Varia de aula moribusque Hyderi intexta ſunt. Verſio Theotiſca praeferenda archetypo; nam plura a Francogallo in vulgus nota, ut introductio de mutationibus regnorum in Decan ab a. 1740, narrata, ab interprete, Sprengelio ſuadente, omiſſa, et ſiniſtre dicta rectius effata. Sprengelius, praeter animadverſiones hiſtoricas et geographicas, praefixit deſcriptionem geographicam terrarum, ab Hyder Ali poſſeſſarum, regionumque vicinarum, cui Forſteri tabula egregia inſervit. Excurſus duos ad calcem adiecit. Pars altera, dum haec ſcribimus, nondum typis expreſſa.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1784. p. 161—166.

Carpani. MELCHIOR CARPANI'S *Denkwürdigkeiten des hindoſtaniſchen Eroberers, Nabab Hyder Aly Khans; aus dem Italieniſchen von* F. Molter (Conſil. aul. et bibliothecario Bado-Carlsruhenſi). Primae partis particula cum Molteri praefatione typis exſcripta in *Meuſelii hiſtoriſch-litterariſchen Magazin* (*Bayreuth und Leipzig* 1785. 8 mai.) T. II. p. 25—56. Reliqua in tomis ſequentibus nondum editis typis exprimentur. Archetypum Baſſani a. 1784 prodiit. Carpani, Barnabita et miſſionarius, a. 1774 ipſe Hyderum vidit atque cum eo collocutus eſt. Summo ſtudio tunc temporis et poſtea collegit, quae de viro, cui natura ac fortuna adeo benignae ſe praebuerant, ab hominibus fide dignis comperire poterat, praecipue a P. *Reginaldo de S. Marco*, Carmelita diſcalceato ac miſſionario, pluribus annis in inſula Bombay vitam degente. Perducitur Hyderi vitae rerumque geſtarum deſcriptio usque ad eius mortem. Diſcrepat permultis in locis a Francogallica modo recenſita: utraque tamen digna, quae legatur atque invicem comparetur. Minor

vero

vero in Italo partium ſtudium adulandique libido apparet, utpote qui Hyderi aulae ac ſervitio non addictus fuit, ſicut Francogallus iſte.

SECTIO V.

Scriptores de Indorum religione et legislatione.

Omnes paene ſcriptores hodoeporici, ſectionibus huius capitis prima et ſecunda enumerati, huic quoque claſſi accenſendi, ut et relationes miſſionariorum Danicorum iam laudatae, atque Romano-Catholicorum mox laudandae. Singulari vero ſtudio idem argumentum perſecuti ſunt ſcriptores ſequentes:

ABRAHAM ROGERS *Offne Thür zu dem verborgenen Heydenthum, oder wahrhaftige Vorweiſung des Lebens und Sittens ſammt der Religion und Gottesdienſt der Bramines auf der Cuſt Chormandel und denen herum liegenden Ländern; aus dem Niederländiſchen überſetzt durch* Chriſtoph Arnold. *Nürnberg* 1663. 8. *Francogallice*, ſiniſtre, *à Amſterd.* 1670. 4. Archetypum Belgicum poſt auctoris mortem editum ab *A. W.* ICto, notisque inſtructum, hoc titulo: *Opere deure tot het verborgen heydendom.* Lugd. Bat. 1651. 4. — Auctor fide digniſſimus, quippe qui inde ab a. 1630 quindecim per annos munere eccleſiaſtis Belgici in littore Coromandel functus, pluriumque Brahmanum familiaritate uſus eſt. Horum, praecipue cuiusdam ex illis, ſubſidiis nixus, copioſiſſimam exhibuit deſcriptionem religionis ab Indis cultae. Reſpondet eadem exacte aliorum relationibus de hiſtoria, moribus et religione Indorum. Candor inſuper, quo omnia relata, eo maiorem auctori fidem conciliat. De Rogers.

Vedam ſeu codice legum Indicarum manca illius relatio eſt.

Lord. HENRICUS LORD, Anglus, annis XXVIII Suratae commoratus, vir praeiudiciorum immunis, hiſtoriam religionis Indicae condidit, cuius archetypum ſupra Vol. I. P. II. p. 34 citavimus. Hic damus epigraphen verſionis Francogallicae, è qua ſimul argumentum libri paullo propius cognoſcas: *Hiſtoire de la Religion des Banians contenant leurs Loix, leur Liturgie, leur Tribus, leurs Coutumes et leur Ceremonies, tant anciennes que modernes; recueillie de leurs Bramanes et tirée du Livre de leur Loy qu'ils appellent Shaſter.* à Paris 1667. 12. Bona huius libri excerpta ſunt in opere: *Ceremonies et coutumes religieuſes* T. III. P. II. p. 67 ſqq.

Bernier. FRANÇOIS BERNIER *Lettre à Mr. Chapelain, Envoyé de Chiras en Perſe le 4 Octobre 1667, touchant les ſuperſtitions, étranges façons de faire, et doctrine des Indous ou Gentils de l'Hindouſtan;* in *Suite des Mémoires du Sr. Bernier* etc. Cf. huius partis p. 2.

Baldaeus. PHIL. BALDAEUS, cuius deſcriptionem Indiae orientalis Belgice elaboratam atque Theotiſce redditam ſupra Vol. II. P. I. p. 358 ſq. laudavimus, appendicem ſat amplam de Indorum religione et legislatione huic operi adiecit, hodie quoque digna, quae conſulatur. Rogerium paſſim confutat.

Conformité. *Conformité des coutumes des Indiens orientaux avec celles des Juifs et des autres peuples de l'antiquité.* à Amſterd. 1704. 8. Inſerta quoque operi ſplendido: *Ceremonies et coutumes religieuſes des tous les peuples du monde* T. III. P. II. Notae nonnullae adſperſae ſunt. Scriptor anonymus, e Gallia oriundus, mediocri harum rerum cognitione imbutus videtur.

LA CROZE libro ſexto operis mox recenſendi: *Hiſtoire du Chriſtianiſme des Indes.* à la Haye 1724. 8. — E *Ziegenbalgii*, miſſionarii paullo ante laudati, relationibus manu ſcriptis. Exacte haec cum Rogerii narrationibus conveniunt. La Croze.

BOUCHET, Ieſuita et miſſionarius, tres ſcripſit epiſtolas de Brahmanum doctrina, quam cum Iudaeorum religione comparat, utiles omnino, caute tamen legendas. Reperies illas in *Recueil des Lettres edifiantes et curieuſes* P. IX (1730) et XIII (1733). Ibidem P. XXVI. p. 218—256 exſtat epiſtola Ieſuitae et miſſionarii PONS, magni aeſtimanda ob relationem de Indorum ſcholis ſive ſectis philoſophicis. Bouchet. Pons.

IOH. SALOM. SEMLER in praefatione ſat ampla ad Vol. XXIII verſionis Theotiſcae operis Anglicani: *Univerſal hiſtory* etc. tradit e variis ſcriptoribus haud contemnenda de Indorum religione, potiſſimum de eius comparatione cum religione Iudaica. (1761). Semler.

Abbé MIGNOT *Mémoires ſur les anciens Philoſophes de l'Inde.* I. *Sur la vie, les moeurs, les uſages et les pratiques de ces philoſophes.* II. *Ces Philoſophes ſont ils redevables à l'Egypte de leur doctrine et de leurs pratiques?* III. *Examen des communications prétendues entre l'Inde et l'Egypte. Preuves de la communication des Indiens avec les Perſes, les Grecs, les Romains, les Juifs, les Chrétiens, et avec quelques Héréſiarques.* IV et V. *Expoſé de la doctrine des anciens Philoſophes de l'Inde, et comparaiſon de cette doctrine avec celle des Philoſophes des autres pays;* in *Mémoires de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XXXI. p. 81—338. (a. 1761 ſqq.). Mignot.

I. Z. HOLWELL in operis ſupra memorati parte ſecunda agit de Indorum, Schaſtah Bramae confitentium, religionis dogmatibus, mythologia, Holwell.

cos-

coſmogonia, ieiuniis ac diebus feſtis; tertiaque parte, de metempſychoſi Brahmanum, cum defenſione ſcriptorum archetyporum Bramae, ac eorum comparatione cum dogmatibus Chriſtianiſmi. In harum rerum expoſitione Anglus caeterum doctus ac ſagax non ſatis caute ac quiete verſari videtur. Fabulis ridiculis librorum ſic dictorum ſacrorum Brahmanum interpretationes affingit ſiniſtras longiusque petitas. Sapientiam ſublimem offendit in libris iſtis ſacris, de quorum authentia tamen valde dubitandum. Brahmanis, vel indocte vel doloſe agentibus, fidem addixiſſe videtur obſtrictiſſimam. Schaſtah illud decantatum a Deo ipſo hominibus datum putat, cum tamen nihil aliud ſit, quam codex Chriſtianorum ſacer interpolatus fabuliſque deturpatus. Verbo, fanaticum agit, non ſcrutatorem caute veritati inſiſtentem. — *Kleuker*, interpres Theotiſcus, diſſertationem adiecit de religione ac philoſophia Indorum, in qua potiſſimum agit de ſcriptoribus praecipuis huc pertinentibus (minime tamen copioſe et exacte), de ſcriptis Indorum ſacris ipſis, de dogmatibus religionis in libro Schaſtah contentis, eorumque explicationibus variis (ſat bene) etc. Addita eſt comparatio manca ſtatus Indorum hodierni atque Brahmanum cum relationibus vetuſtiſſimis.

Cf. *Auserleſene Bibl. der neueſten teutſchen Litteratur* (Lemgo 1779) T. XVI. p. 232—264. Cenſor fuit *Mich. Hiſsmann*, Prof. Goetting.

Dow. ALEX. DOW, de cuius *Hiſtory of Hindoſtan* quoque ſupra, Holwello in omnibus fere, quae de Indorum religione ac philoſophia refert, contra dicit: eiusdem tamen diſſertatio volumini operis primo praefixa de hoc argumento negligenter elaborata.

A Cod.

A Code of Gentoo-Laws, or Ordinations of the Pundits. From a Perſian Translation made from the Original, written in the Shanſcrit Language. Lond. 1776. 4. ibid. 1777. 8. — *Warren Haſtings*, praeſes olim rerum Britannicarum in India ſupremus, hanc legum Indicarum collectionem curari iuſſit, eo quidem fine, ut Europaei in Bengala dominantes Indos ſibi ſubiectos ſecundum eorum leges priſcas regere diſcant. Collectionem Brahmani ipſi inſtituerunt, eamque e lingua vetuſta Shanſcritana in Perſicam recentiorem transtulerunt. Secundum hanc verſionem Anglice codicem reddidit NATHANAEL BRASSEY HALHED, ſocietati Anglo-Indicae in urbe Bengalica Hoogly operam dans; idem, qui Grammaticam linguae Bengalicae a. 1778 Anglice exhibuit (Cf. *Goetting. gel. Anz.* a. 1780. *Zugabe* p. 689 ſqq.) Idem codici legum Indicarum praefixit introductionem uberiorem de religione, lingua, chronologia et legibus Indorum. Collectio ipſa minus perfecta videtur: certe de iure, quod nos appellamus, publico, religioſo, feudali et militari nihil aut perpauca reperies. *Theotiſce* librum reddidit *Rudolph. Ericus Raſpe*, olim Caſſellis, nunc Londini vivens, *Hamburgi* 1778. 8. Notulas aliquas adſperſit. — Dubia haud contemnenda et animadverſiones in codicem iſtum exhibuit ANQUETIL DUPERRON in *Legiſlation Orientale* etc. à Amſterd. 1778. 4 mai. Praecipue urget ac probare ſtudet, Brahmanos, a partium ſtudio haud alienos, non totius regni Hinduſtanici leges, ſed quarundam ſolum provinciarum Anglis tradidiſſe.

Code of Gentoo Laws.

Halhed.

Anquetil.

Cf. *Goetting. gel. Anz.* a. 1778. *Zugabe* p. 241—250. HISSMANN in *Auserleſ. Bibl. der neueſten teut. Litt.* T. XVI. p. 264—291.

de Guignes. DE GUIGNES *Reflexions ſur un ancien Livre Indien, intitulé Bagavadam;* in *Mémoires de l'Acad. des Inſcript.* T. XXXVIII. — Bagavadam i. e. hiſtoria divina, quae ad ſeriem librorum ſacrorum Brahmanum pertinet, Francogallice translata ab Indo quodam, huius linguae perito. Ineſt chronica regum Indorum, cuius indolem potiſſimum Francogallus doctiſſimus examinat. Caeterum et hoc liber, ſi modo authenticus dicendus, fabellas ſapit aniles; plura etiam e narrationibus Iudaicis ac Chriſtianis petita videntur. — Idem DEGUIGNESIUS l. c. T. XL tres exhibuit diſſertationes, in quibus critice et hiſtorice in religionem Indorum eorumque libros ſacros inquirit, et quidem eos, qui ex idiomate Indico in Sinicum a Samanaeis translati ſunt. Hiſtoriam de origine, propagatione et fatis religionis Indicae nusquam forte tam dilucide apteque delineatam reperies.

Ezour-Vedam etc. *L'Ezour-Vedam, ou ancien Commentaire du Vedam contenant l'expoſition des opinions religieuſes et philoſophiques des Indiens. Traduit du Samſcretan par un Brame. Revu et publié avec des obſervations préliminaires, des notes, et des eclairciſſemens.* à Yverdon 1778. II Voll. in gr. 12. *Theotiſce*, cum notis atque fragmento libri Bagavadam inedito, ab *I. Ith*, Bibliothecario Bernenſi. Bernae 1779. II Voll. in 8. — Verſio libri Francogallica Cheringhami elaborata dicitur a Brama quodam ſive ſacerdote ſupremo. Per varios caſus apographum huius verſionis devenit in manus Voltarii, qui librum in ſcriptis ſuis paſſim magnis extulit laudibus, eamque a. 1761 bibliothecae regiae Pariſinae dono dedit. Idem libri exemplum, collatum et ſuppletum ſecundum verſionis autographum, cuius poſſeſſor eſt *Teſſier de la Tour*, typis mandatum ab

de la Sainte Croix. editore anonymo, qui eſt Liber Baro DE LA

SAINTE

SAINTE CROIX. Cuius viri doctiſſimi introductio magni ſane eſt momenti, in qua videlicet indagare ſtudet originem, propagationem, mutationes et fata religionis Indicae in univerſa Aſia. Indorum libri ſacri, quantum in Europa noti, diligenter recenſentur atque Ezour-Vedam examinatur. Inſunt tamen ſententiae opinionesque, de quarum fide ac fundamento merito dubitare poſſis. Appendix introductioni addita continet animadverſiones nonnullas in *Code of Gentoo-Laws*, potiſſimum in Halhedi praefationem libro praefixam. Opus ipſum, *Ezour-Vedam* inſcriptum, commentarius eſſe dicitur cuiusdam e libris iſtis Indorum ſanctiſſimis, *Vedam* appellatis, a viro ſectae illius Brahmanicae, quae ſuperſtitioni vulgus Indici inimica, confectus. Librum vero non ſolum recentioris aetatis eſſe cum aliis credimus, ſed etiam cum *G. Leſſio* in *Geſchichte der Religion* (Goetting. 1784. III Partes in 8 mai.) P. I. p. 420, eundem eſſe nihil aliud, niſi figmentum miſſionarii cuiusdam Europaei, forte Francogallici, vel ad modum librorum Sibyllinorum ſuppoſititiorum, vel ita conſcribillatum, ut liber quidam Indice ſcriptus ab interprete ita ſit deformatus, ut archetypum a verſione dignoſcere minime poſſimus. Quae ſententia confirmatur a *Sonnerato* in itinerario, ſupra Vol. II. P. I. p. 382 a nobis laudato, T. I. p. 180 ſecundum verſionem Theotiſcam.

Cf. *Goetting. gel. Anz.* a. 1779. *Zugabe* p. 529—535. (HISSMANN) in *Auserleſ. Bibl.* T. XVI. p. 291—318.

LESS l. c. qui de religione Hindoſtanica egregie commentatus eſt.

Recentiſſimus de Indorum religione ac legiſlatione auctor eſt ſaepius laudatus AUG. HENNINGS in opere: *Gegenwärtiger Zuſtand der Beſitzun-* Hennings.

ſitzungen der Europäer in Oſtindien T. II. p. 333—476.

✣ ✣ ✣

Sinner. SINNERI (bibliothecarii Bernenſis) *Eſſai ſur les Dogmes de la Metempſycoſe et du Purgatoire, enſeignés par les Bramines de l'Indoſtan; ſuivi d'un Recit abrégé des dernières Révolutions et de l'Etat préſent de cet Empire, tiré de l'Anglois.* à Berne 1771. 8. *Theotiſce*, Lipſ. 1773. 8. — Tria potius opuſcula liber comprehendit; epitomen ſcilicet de Indorum religione, e Berniero, Groſio, Holwello et Dowio; porro relationem de purgatorio St. Patricii, ad veterum myſteria conformato, ſecundum codicem manu ſcriptum, in bibliotheca Bernenſi publica aſſervatum; denique hiſtoriam eorum, quae in Hindoſtan poſt Aurengzebi mortem evenerunt, atque Dowii relationem de hiſtoria regni Mogolici recentiore. Bellica quaedam accepit a *Braunio*, Bernate, praefecto militari legionis Indicae.

Cf. *Goetting. gel. Anz.* a. 1771. p. 525 ſq.

SECTIO VI.

Scriptores de progreſſu Chriſtianiſmi in India orientali.

Ex his enim quoque ſanae criticae ope multa ad cognoſcendum Indiae ſtatum gegraphicum ac civilem depromi poſſunt. Exemplo ſit collectio relationum miſſionariorum Danorum et Germanorum, paullo ante iam recenſita. Prodeant nunc ſequentes!

Epiſt. Indicae. Epiſtolae Indicae, in quibus luculenta exſtat deſcriptio rerum nuper in India orientali praeclare geſta-

geſtarum a Theologis ſocietatis Ieſu etc. *Dilingae*, 1563. 8.

EMANUELIS ACOSTAE (*Ieſuitae Olyſſiponenſis, Rectoris Collegii Bracharenſis etc.* † 1604) Rerum a Societate Ieſu in Oriente geſtarum ad annum 1568 Commentarius, recognitus et latinitate donatus. Acceſſere de Iaponicis rebus Epiſtolarum libri IV, itidem in Latinum ex Hiſpanico ſermone converſi. *Dilingae* 1571. 8. *Pariſ.* ap. Mich Sonnium 1572. 8. Non ex Hiſpanico, ut libri quidem titulus prodit, ſed e Luſitanorum lingua vernacula in Latinum ſermonem a *Ioh. Petro Maffeio* converſus fuit. Inſcriptionem autographi Luſitanici nullibi reperire licuit. Prodiit a. 1573 *Neapoli* in fol. *Rerum Indicarum a Societate Ieſu in Oriente geſtarum volumen*, in quo EMANUELIS ACOSTAE *Commentarius de rebus Indicis ad annum usque* 1568 *a* I. P. Maffeio *latinitate donatus*, una cum *VII libris epiſtolarum* Maffeii *de rebus Indicis* invenitur. Forte ad exemplar Neapolitanum repetita fuit editio Colonienſis, quae prodiit hoc titulo: *Rerum a Societate Ieſu in Oriente geſtarum volumen, continens hiſtoriam iucundam lectu, omnibus Chriſtianis, praeſertim iis, quibus vera religio eſt cordi. In qua videre poſſunt, quomodo nunquam Deus eccleſiam ſuam deſerat, et in locum deficientium a vera fide, innumeros alios, in abditiſſimis etiam regionibus, ſubſtituat. Nunc pluribus, ultra omnes editiones priores, locupletatum, ut ſequens pagella demonſtrat.* Coloniae, ap. Gervinum Calenium et haeredes Io. Quentel 1574. 8. Sed quinque tantum epiſtolarum Indicarum libri in hac editione inveniuntur, quibus epiſtolae duae ſeparatim additae ſunt, de LII e Societate Ieſu pro fide catholica nuper occiſis. Acceſſit etiam ſpecimen quoddam litterarum vocumque Iaponicarum. Omnium vero recentiſſima iſtius libri editio eſt,

quae cura *Petri Antonii Seraſſii* operibus omnibus IO. PETRI MAFFEII — *Latine ſcriptis, nunc primum in unum corpus collectis, variisque illuſtrationibus exornatis; accedente Maffeii vita.* Bergom. 1747. T. II in 4 mai. inſerta fuit. — De Antverpienſi editione anni 1605 merito dubitatur, cum illius nullam memoriam Sotvellus fecerit, qui poſt Ribadeneiram et Alegamben catalogum ſcriptorum Soc. Ieſu contexuit. — E Luſitanico ſermone in Hiſpanicum librum transtulit *Ioannes Inniguez de Lequerica* 1575 in 4. *Georg. Pray* in Indice rariorum librorum bibl. Budenſis (P. I. p. 6) affirmat quidem, Maffeium verſionem Latinam e Hiſpanica Lequericae condidiſſe: ſed Latina prodiit a. 1571: Hiſpanica vero demum a. 1575, conſenſu certe omnium bibliographorum, quos conſulere licuit. — Verſio etiam *Theotiſca* exſtare dicitur, nobis plane ignota. — Liber ipſe caute adhibendus, quippe qui, ut omnia paene Ieſuitica, plenus eſt narrationum incertarum, ſuſpectarum et in favorem ſocietatis compoſitarum.

C. CLEMENT *Bibl. curieuſe* T. I. p. 37 ſq.
FREYTAGII Anal. litt. p. 6 et 1116 ſq.

Narrationes rerum Indicarum anni 1585 et 1586, ex variis litteris S. I. deſumtae, ac a. *Gual. Huysmanno* ex Italico Latine redditae. Lovanii 1589. 8. Praeter titulum nihil exhibere poſſumus.

Pimenta. NICOLAI PIMENTAE (*Ieſuitae Luſitani, Viſitatoris Ordinis ſui in India orientali, ubi Goae a. 1614 mortuus*) nova relatio de rebus in India orientali geſtis a Ieſuitis anno 1589 et 1590. Romae 1601. 8. *Moguntiae* 1601. 8. Relationem auctor transmiſit Claudio Aquavivae, ſocietatis tum temporis praefecto.

IOAN-

IOANNIS BUSAEI (Ieſuitae, D. Teol. Moguntiaci † 1611) Litterae Indicae, Iaponicae, Chinenſes ab anno 1591 ad 1600. *Mogunt.* 1602. 8. Buſaeus.

LUIS DE GUZMAN (Ieſuitae, Ordinis ſui Provincialis Seviliae ac Toleti † 1605) *Hiſtoria de las miſſiones de la Compania de Jeſus in la India Oriental y en los reynos de la China, et Japon.* Alcala 1601. fol. — Libris XIII vel II partibus exponuntur initia, progreſſus et propagatio Chriſtianae religionis, tum caeteris in regionibus, tum maxime in Iaponenſi regno. Laudantur ardore nimis fervido Ieſuitarum labores, infidelium ſic dictorum converſiones, Ieſuitarum perſecutiones perpeſſae, crebra et magna (ſi dIs placet) miracula. Deſcribuntur ſimul ritus Indorum religioſi, variae eorum ſectae, diverſi hominum mores et conſuetudines. de Guzman.

ANTONIO DE GOUVEA (Ieſuitae Luſitani, annis XXXVI miſſionarii in India ſaeculo XVI) *Jornada do Arcebiſpo de Goa Dom Frey Aleixo de Menezes, Primaz da India Oriental.* En Coimbra 1606. fol. Liber in Luſitania ipſa rariſſimus. *Hiſpanice* a *Franciſco Mugnoz* .... Et ex hac verſione *Francogallice* hac inſcriptione: *Hiſtoire Orientale des progrès de l'Egliſe Catholique en la reduction des anciens Chreſtiens dits de S. Thomas et autres, par les Devoirs de D. Alexis de Meneſes, Archeveſque de Goa: écrite en Portugais par le* P. Anton Govea, *miſe en Eſpagnol par le* P. François Mugnoz, et *traduite en François par le* P. Jean Baptiſte de Glen. *à Bruxelles* 1609. 8. Verſiones pariter rariſſime obviae. Eundem librum MICHAEL GEDDES Anglice reddidit atque additionibus Latine ſcriptis auxit, hac epigraphe: Hiſtoria eccleſiae Malabaricae, ab anno 1501. Item Synodus Diamperano habita anno 1599. Omnia ex Luſitano ſermone Gouvea et Geddes.

in Anglicum converſa; adiectis notis circa conformitatem doctrinae Chriſtianorum S. Thomae cum eccleſia-Anglicana, a *Mich. Geddes*, Cancellario eccleſiae Sariſberienſis. Londini 1694. 8.

Cf. CLEMENT T. IX. p. . . .

FERNANDO GUERREIRO (Ieſuitae Luſitanici † 1617) *Relaçam anual das couſas, que fizeram os Padres da Companhia de Jeſu nas partes da India oriental e am alquas autras da conquiſta deſte regno.* Partes V. 1603. 1605. 1607. 1609. 1611. 4.

Cf. CLEMENT T. IX. p. . . .

du Jarric. PIERRE DU JARRIC ſectione III laudatus.

a Spielberg. GEORGII A SPIELBERG nova hiſtoria rerum memorabilium, tam in India orientali, quam aliis regionibus, tum in ortu, tum incremento fidei Chriſtianae. *Lugd. Bat.* 1615. 8. — Utrum itinerarii, alibi recenſendi, pars ſit, an ſecus, non liquet.

Ginnarius. BERNARDINI GINNARII (*Ieſuitae Neapolitani* † 1644) Xaverius orientalis, ſive res a Xaverio ad haec tempora in India pro fide geſtae. *Neapoli* 1641. 4.

Barretto. FRANCESCO BARRETTO (Ieſuitae Luſitanici, Miſſionarii Indici † Goae 1663) *Relazione delle Miſſioni, e Chriſtianità in Provincia Malabarica.* in Roma 1645. 8. Liber rariſſimus. — *Francogallice*

Cardim. in libro ſic inſcripto: ANT. FRANÇOIS CARDIM (Ieſuitae Luſitanici et Miſſionarii Indici † 1659) *et* FRANÇOIS BARRETTO *Relation des miſſions des Jeſuites au Japon, au Malabar, en l'isle de Ceylan et en d'autres lieux, compris ſous le nom des provinces du Japon et du Malabar de la Compagnie de Jeſus. Traduite du Portugais et de l'Italien par* Jacques de Machault. *à Paris* 1646. 8.

Cf. CLEMENT *Bibl.* T. II. p. 457.

FRAN-

FRANCESCO COLIN (Ieſuitae Hiſpanici † 1660) *Labor Evangelica, Miniſterios apoſtolicos de los obreros de la Companhia de Jeſus en las iſlas Filippinas.* T. I. Madrid 1663. T. II. Manila 1749. fol. Colin.

DANIELLO BARTOLI (Ieſuitae celeberrimi Romani † 1684) *dell' Iſtoria della Compagnia de Gieſu, l'Aſia, parte prima, edizione terza, accreſciuta della Miſſione al Mogor, e della vita e morte del P. Ridolfo' Acquaviua.* Roma 1667. fol. Editio prima Romae 1653. in fol. prodiit. Secundae nusquam mentionem reperimus. *Lud. Jannin* Latine reddidit librum *Lugd.* 1666. 4. *Romae* 1667. 4. Archetypi aeque ac verſionis Latinae editiones rarioribus libris adnumerantur. Idem Ieſuita res quoque ſocietatis ſuae geſtas in aliis Aſiae et Europae partibus deſcripſit. Bartoli.

Cf. CLEMENT *Bibl.* T. II. p. 472 ſqq.

Lettres edifiantes et curieuſes, écrites des Miſſions etrangeres, par quelques Miſſionaires de la Compagnie de Jeſus. à Paris 1717 — 1774. XXXII Recueils in 12 mai. Opus, Vol. I. P. I. p. 322 ſq. a nobis recenſitum, cui multa huc ſpectantia ineſſe, per ſe facile patet. Nos iam l. c. eius indolem breviter depinximus. Lettres edifiantes.

LA CROZE (Bibliothecarii regis Boruſſ. † 1739) *Hiſtoire du Chriſtianiſme des Indes.* à la Haye 1724. 8. Cum figg. aen. *Theotiſce* a *Georg. Chriſti. Bohnſtedt*: Hal. 1727. 8. Lipſ. 1738. 8. Cui editioni poſteriori additae novae illuſtrationes, atque appendix de Danorum propagatione Evangelii inter Indos. — Opus in ſeptem libros diviſum, quorum primus habet Neſtorianiſmi hiſtoriam. In ſecundo, enarratis prius moribus et conſuetudinibus Chriſtianorum Indorum, Alexii de Menezes, Archiepiſcopi Goënſis, expeditio traditur, et pluribus la Croze.

ribus oſtenditur, eum et vi et aſtutia uſum eſſe, ad veteres Chriſtianos, iugum epiſcopi Romani reſpuentes, ſedi Romanae ſubiiciendos, atque dogmata Pontificiorum, ipſis antehac inaudita et obtrudenda et ſtabilienda. In libro tertio, praemiſſa eleganti diſſertatione de opinionibus et ritibus religioſis Indorum Chriſtianorum, hiſtoria Synodi Diamperae a. 1599 coactae, recenſetur. Decreta huius Synodi ab ipſo Alexio de Menezes et Franciſco Roz S. I. qui poſtea primus Epiſcopus latinus Chriſtianorum S. Thomae a Clemente VIII conſtitutus eſt, in Cranganor, priusquam Diamperam proficiſcerentur, compoſita, et Chriſtianos S. Thomae minis blanditiisque adactos eſſe, ut praelectis decretis auſcultarent, iisdemque externa profeſſione ſuffragarentur. In libro quarto ea referuntur, quae ſynodum Diamperenſem ſecuta ſunt, ad abitum usque Alexii ex India; et in libro quinto, quae poſtea facta ſunt, usque dum Batavi, expulſis Luſitanis, totam illam regionem ſub ſuam redegerunt poteſtatem, qui ad commoda et commercia ſua omnes ſenſus nervosque intendentes, Ieſuitis, quibus Chriſtiani S. Thomae ſe rurſus oppoſuerant, omnis generis honorem, nullam vero Chriſtianorum rationem habuerunt. In libro ſexto gentium, quas inter Chriſtiani vivunt, idololatria exponitur; et denique in libro ſeptimo impedimenta felicioris ſucceſſus religionis Chriſtianae apud Indos in medium proferuntur etc. Omnia e fontibus limpidiſſimis hauſta.

Eiusd. *Remarques ſur l'hiſtoire du Chriſtianiſme des Indes*, à Halle 1737. 8. Crozaei narrationes infringere ſtudet auctor operis ſequentis:

Raulin. IO. FACUNDI RAULIN Hiſtoria eccleſiae Malabaricae, cum Diamperitana Synodo, apud Indos Neſtorianos S. Thomae Chriſtianos nuncupatos, coacta

coacta ab Alexand. de Menezes an. 1599, nunc primum e Luſitano in Latinum verſa. Accedunt Liturgia Malabarica et Diſſertationes variae. Omnia perpetuis animadverſionibus illuſtrata. *Romae* 1745. 4.

Viſcher. I. C. VISCHERI Epiſtola, in qua ſtatum hodiernum religionis in India orientali deſcribit, ſcripta a. 1720; in *Bibl. Bremenſ.* Claſſ. V. Faſc. IV. p. 754—765. *Bremae* 1721. 8.

Mémoire ſur les Progrès du Chriſtianiſme dans les Indes orientales; in *Mercure Suiſſe de Neufchatel* a. 1734. Juillet p. 82—88. a. 1741. Mars p. 219—235.

* * *

Norbert. NORBERT, Capucin de Lorraine Miſſionnaire Apoſtolique et Procureur de ces Miſſions en Cour de Rome, *Mémoires hiſtoriques préſentés au ſouverain Pontife Benoit XIV ſur les Miſſions des Indes orientales, où l'on fait voir que les Peres Capucins Miſſionnaires ont eu raiſon de ſe ſeparer de communion des RR. PP. Miſſionnaires Jéſuites, qui ont refuſé de ſe ſoumettre au Decret de M. le Cardinal de Tournon, Legat du S. Siége, contre les Rits Malabares. Ouvrage qui contient une ſuite complette des Conſtitutions, Brefs et autres Decrets Apoſtoliques concernant les Rits, pour ſervir de regle aux Miſſionnaires de ces Païs là.* à Luques 1744. II Voll. in 4. ibid. 1745. IV Voll. in 12. Acceſſerunt: *Lettres apologetiques du P. Norbert Capucin et de ſes ouvrages préſentés au ſouverain Pontife Benoit XIV contre les accuſations des P. P. Jéſuites.* ibid. 1746. II Voll. in 8. — Plura eiusdem argumenti ſcripta prodierunt: ſed haec ſufficiant. Perpauca enim huc pertinentia comprehendunt.

CAPVT XV.

SCRIPTORES DE REBUS REGNORUM INDICORUM EXTRA GANGEM SITORUM, SIAM, COCHINCHINA, TONQUIN, AVA, PEGU.

Et de horum regnorum populorumque geographia atque hiſtoria, in primis Siamica, conſulendi ſunt cum ſcriptores varii, iam in capite XIII excitati V. C. I. NIEUHOF, TOSI, HAMILTON, VALENTYN, tum in poſterum inter ſcriptores de rebus Sinicis et Iaponicis excitandi V. C. FERD. MENDEZ PINTO, VARENIUS caet.

Schouten. IOBST SCHOUTEN ſ. IODOCUS SCHULZIUS deſcriptionem imperii Siamici exhibuit a. 1636, ex idiomate Belgico in Theotiſcum translatam et adiectam verſioni Theotiſcae *Caronis* hiſtoriae Iaponenſis, *Norimb.* 1663. 8.

Beſchr. v. Siam. *Beſchryvinge van Siam;* in ADR. VAN NISPEN *verſcheyden Voyagien.* Dordrecht 1651. 12.

van Vliet. Quae ſaeculo ſuperiore ante a. 1647 in regno Siamico geſta ſunt, ſingulari ſtudio deſcripſit IEREMIAS VAN VLIET, Batavus, idiomate Belgico, quam narrationem *Wicquefortus* Francogallice reddidit et ſubiunxit *Thomae Herberti* itinerario (à *Paris* 1663. 4.) a nobis Vol. I. P. II. p. 56 excitato. Argumentum continetur titulo, ita poſito: *Relation hiſtorique de la maladie et de la mort de Pra-inter-va-tſia-thiant-ſiangh-Pheeugk, ou du grand et juſte Roy de l'elefant blanc, et des revolutions arrivées au Royaume de Siam juſqu' à l'advenement à la Couronne de Pra Ongly, qui y regne aujourd'huy, et qui prend la qualité de Pratiamo, Pra Sat Hough, Pratiauw-tſangh, Pratiauw-Iſiangh, Ihongdengh-Pra-Thiangh Choboa, c'eſt à dire, Roy du*

du throne d'or comme auſſi du rouge et blanc elefant à la queue tortillée; eſcrit en l'an 1647 *par* JEREMIE VAN VLIET, *et dedié à Antoine van Diemen, Gouverneur général de l'Eſtat des provinces unies des Païs-bas dans les Indes orientales.*

DE BOURGES *Relation du voyage de Mr. l'Evêque de Beryte par la Turquie, la Perſe, les Indes, juſqu' au royaume de Siam et autres lieux.* à Paris 1666. 8. ibid. 1668. 8. ibid. 1683. 4. cum figg. aen. *Belgice* Amſterd. 1669. 4. *Theotiſce* a T. R. C. S. C. S. Lipſ. 1671. 4. cum figg. aen. — Auctor presbyter Francogallicus, comesque epiſcopi Berytenſis, *de la Motte-Lambert*, in itinere iſto, circa a. 1660 regnum Siamicum religionis Chriſtianae ibi propagandae cauſſa viſit, aliosque miſſionarios Francogallicos ad idem munus ibidem aliisque Aſiae partibus obeundum quaſi excitavit. Quo factum, ut libri libellique ſequentes, nugis haud paucis inquinati, in lucem ederentur: de Bourges.

PALLU *Relation des miſſions des Evéques François aux royaumes de Siam, Cochinchine, Cambaye, Tonkin.* à Paris 1668. 8. Pallu.

Relatione delle miſſioni de veſcovi, vicarii apoſtolici alli regni di Siam, Cocincina, Camboia, et Tunkino. Roma 1677. 4.

— *Suite de ces relations depuis* 1660, *juſqu' en* 1671. à Paris 1674. 8.

— *Suite de ces relations depuis* 1672, *juſqu' en* 1675. à Paris 1680. 8.

Legationes ante centum annos, commerciorum foederumque iungendorum cauſſa in regnum Siamenſe a Galliarum rege inſtitutae, ortum dedere libris ſequentibus:

(CLAUDE) DE L'ISLE, *Geographe, Relation hiſtorique du Royaume de Siam.* à Paris 1684. 12. — Relatio, ex variis cum antiquis tum recentioribus de l'Isle.

 ſcripto-

ſcriptoribus, quorum catalogus operi ipſi praefixus eſt, collecta ac compoſita.

Chaumont. *Relation du voyage de l'ambaſſade du Chevalier* DU CHAUMONT *à la cour de Siam en* 1685 *et* 1686. à Paris 1686. 12. à Amſterd. 1686. 12. *Theotiſce*, Francof. 1687. cum figg. aen. et T. X collectionis magnae itinerar. Prevotianae ſecund. verſ. Theot. *Belgice*, Amſterd. 1687. 4. — Libellus, ab ipſo Galliarum regis ad Siamenſem legato Chaumontio conſcriptus, quo, quae vel ipſe oculis ſuis uſurpavit, aut ab hominibus fide dignis accepiſſe ſe profitetur, recenſentur. Certiora referre videtur, quam comites Ieſuitae in libris ſtatim recenſendis. Iter ipſum die 30 Martii a. 1685 coeptum, menſe Iunio anni ſequentis finitum eſt. Honores ſibi habitos, caerimonias aulae Siamicae nimium in modum exaggeratas, formam regiminis, populi mores, religionem, commercia, aliaque ſcitu digna iucundave refert.

Cf. Acta Erud. a. 1687. p. 107—111.

de Choiſy. *Journal ou Suite du voyage de Siam, en forme des lettres familières, fait en M. DC. LXXXV et M. DC. LXXXVI.* Par Mr. L. D. C. (l'Abbé DE CHOISY † 1724) à Paris 1687. 4 et 12. à Amſterd. 1688. II Voll. in 12. ibid. 1689. II Voll. in 12. à Trevoux 1741. 12 mai. — Et hic liber itineris modo memorati curſum et fata complectitur. Habet nonnulla, a Chaumontio neglecta; inter quae merito numerantur officia domus regiae Siamenſis, huius etiam et regnorum Tonquin et Cochinchinae ſtatus, noviſſima fata et mutationes. Libri epigraphe epiſtolarum formam quidem prae ſe fert: diarium potius ineſt, cuius tamen auctor ſermonem omnem ad amicum quendam dirigit.

GUY

GUY TACHARD *Voyage de Siam des PP. Jeſuites, envoyés par le Roi aux Indes et à la Chine en 1685 et 1686; avec leurs obſervations aſtronomiques.* Paris 1686. 4. à Amſterd. 1687. 12. ibid. 1688. 12. cum figg. aen. *Belgice* a *Broekhuyſen*, Amſterd. 1687. 8. cum figg. aen. *Italice*, Mediol. 1693. 12.— Auctor huius itinerarii, Ieſuita, una cum quinque aliis ſuae profeſſionis ſodalibus in comitatu fuit legationis Gallicae commemoratae. Quamvis a rege Galliae, ſub titulo mathematicorum regiorum in Indiam, et praecipue ad Sinas deſtinati eſſent: tamen iter iſtud conſilium intercepit regis Siamenſis, poſtquam inſtinctu miniſtri ſui primarii, Conſtantii Phaulcon, religioni Romano-Catholicae addicti, ad exſtruendam in regia ſua ſpeculam aſtronomicam animum applicuiſſet, unum ex his ſacerdotibus requirentis, qui cum legato Gallico redux, a rege Galliarum duodecim Ieſuitas, matheſeos gnaros, ſibi impetraret, quorum opera in regno ſuo propaganda hac diſciplina deinceps uteretur; quam provinciam ſors arbitra auctori noſtro detulit. Tachardus ergo, legati Gallici toto itinere comes, eadem fere deſcribit, quae legatus ipſe libello paullo ante indicato. Quae tamen ille preſſo ut plurimum ſtilo Noſter uberius proſequitur; hinc inde adſpergit Chaumontio intacta; interdum contraria relationi eiusdem affert: cautius tamen, ſi talia occurrunt, legendus; hanc etiam ob cauſſam, quia Graeculus iſte Tachardo credulo plura, a ſe ficta, impoſuit. Caſu appulſus ad oram Iovae Bantamicam, viſum eſt auctori brevem, ſed gratam hiſtoriam exhibere motuum Bantamicorum paullo ante ortorum. Libro ultimo peculiari de moribus et religione Siamenſium agitur. Tachard.

Cf. Acta Erud. a. 1688. p. 6—12.

Second

Second voyage de GUY TACHARD *et des Jeſuites envoyés par le Roy au Royaume de Siam.* à Paris 1689. 4. cum figg. aen. à Amſterd. 1689. 8. cum figg. aen. à Middelbourg 1689. 12 mai. cum figg. aen. — Bina Tachardi itineraria, cum relatione Abbatis *de Choiſy*, iunctim editione optima prodierunt hoc elogio: *Voyage de Siam des Peres Jeſuites envoyés par le Roy aux Indes et à la Chine.* à Amſterd. 1700. III Voll. in 12. cum figg. aen. *Theotiſce*, Hamburgi (a *Lud. Fr. Viſcher*) 1706—1709. II Voll. in 8. cum figg. aen. Epitome legitur T. X collectionis itinerar. Prevotianae ſecund. verſ. Theot. — Regreſſus primum ex India in Galliam Tachardus cum legatis Siamenſibus, poſtulata eorum in aula eo ſucceſſu inter alia commendavit, ut quatuordecim matheſeos periti, ex variis Galliae collegiis Ieſuiticis delecti, in Indiam deſtinarentur. A. 1687 iter inſtitutum, a. 1689 abſolutum erat. Quae auctor hac occaſione vidit audivitque, libris octo lectoribus obtulit. Inſerta eſt quinto relatio *Fontenaei*, Ieſuitae, de itinere ex regno Siamenſi in Sinam infeliciter et fruſtra ſuſcepto. Ita et libro ſeptimo intexta narratio de cuiusdam e primoribus Siamicis, *Occum Chamnam*, proficiſcentis cum Tachardo in Galliam, itinere, quod antea e regno Siamenſi verſus promontorium bonae ſpei inſtituerat. (*Theotiſce* eadem narratio reperitur in Collectionis itiner. Prevotianae T. X). Caeterum Tachardus poſteriore hac relatione vel plane nova notat, vel quae priore leviter tractaverat, fuſius exponit. Inſunt quoque deſcriptiones quarundam arborum et plantarum, aeri inciſarum, ut et ferarum v. c. erinacei ſingularis.

Cf. Acta Erud. a. 1689. p. 479—485.

(NICOL.

(NICOL. GERVAISE) *Hiſtoire naturelle et politique du Royaume de Siam.* à Paris 1688. 4. Cum tabula geographica. — Haec hiſtoria in quatuor eſt diviſa partes. Prima de ſitu et natura regionis exponit; ſecunda de legibus et moribus incolarum; tertia de religione; quarta de rege, qui tunc temporis rerum potiebatur, eiusque aula et familia. Gervaſius non ſolum librum ſuum dignum aeſtimavit, quem regi Galliarum inſcriberet, ſed etiam is, qui praeloquium addidit, profitetur, nihil in hoc opere reperiri, quod in praecedentibus relationibus exhibitum ſit. Commendat auctorem ſimplicitas ſtili et narrationis veriſimilitudo, ab experientia, quam per annos quatuor, quibus in regno illo vixit, ex converſatione et linguae peritia, poſtea etiam Lutetiae, ex familiari cum legatis Siamenſibus colloquio acquiſiviſſe perhibetur. Anvero omnia huius libri, ut praefatio promittit, prioribus ſcriptoribus indicta manſerint, diligenti collatione explorandum ei, qui hiſtoriam regni Siamici ſcribere cupiat. Quae de religione Siamenſium narrantur, lectu praecipue digna videntur: licet et de his Tachardus multa iam tradidiſſet. Gervaiſe.

Cf. Acta Erud. a. 1688. p. 505 ſqq.

Du Royaume de Siam, par M. DE LA LOUBÈRE, *Envoyé extraordinaire du Roy auprés du Roy de Siam en* 1687 *et* 1688. à Paris 1691. II Voll. in 12 mai. à Amſterd. 1691. II Voll. in 12 mai. ibid. 1700. II Voll. in 12. ibid. 1713. II Voll. in 12 mai. Omnes cum figg. aen. — *Anglice* 1693. fol. cum figg. aen. — Palmam caeteris, quos hactenus recenſuimus, praeripere videtur auctor huius operis praeſtantiſſimus. Quamvis enim iſti haud pauca de ſitu et natura regionis, ſtatu publico et moribus incolarum referant; tamen vel maxime in eo de la Loubére.

ſunt,

ſunt, ut acta legatorum Gallicorum aut Miſſionariorum, quos vocant, in primis Ieſuitarum, receníeant. *Luberius* vero a rege Galliarum legationi Siamenſi alteri praefectus, cum anno 1687. d. 27 Septembr. ad oram illam appuliſſet, intra tres menſes, quibus in regno iſto commoratus eſt, multa obſervavit aut exploravit, ex quibus deſcriptionem in iuſti operis modum compoſuit. Complexus eſt tomi prioris libris tribus omnia, quae ad notitiam rerum Siamenſium conducere poſſunt. In tomum alterum diſſertationes congeſſit, a ſe aut amicis conſcriptas, varii argumenti. In quibus eminent regulae aſtronomiae Siamenſis, pro motibus ſolis et lunae ſubducendis, deſumtae ex libro manu ſcripto, quem auctor ex itinere Siamenſi una cum verſione retulit, quarumque explicationem et examen *Caſſinus* operi adiecit. Diſquiſitionem hanc inſequitur problema de Quadratis, ut vocant, magicis; et hoc denique diſquiſitio *Caſſini* circa inſulam Taprobanam veterum, cuius reliquias inſulas Maldivas eſſe veroſimile *Caſſino* videtur.

Cf. Acta Erud. a. 1692. p. 479—491.

des Farges. *Relation des revolutions, arrivées à Siam dans l'année* 1688. à Amſterd. 1691. 12. — Rege Siamenſi, Francogallorum fautore, e medio ſublato, horum fortuna quoque in eodem regno fuit immutata. Deſcripſit illam cataſtrophen *Fargeſius*, dux copiarum Gallicus et caſtri Bankok praefectus, teſtis igitur oculatus, in his plagulis; addit, quomodo Francogalli Siamenſi regno excedere coacti fuerunt. Integrum fere opuſculum Latine redditum in *Actis Erud.* a. 1691. p. 110—119. Quo etiam ſpectat libellus Anglicus ita inſcriptus:

A full

A full and true relation of the great wonderfull revolution that happened lately in the Kingdom of Siam. London 1690. 8.

(PIERRE JOSEPH) D'ORLEANS, *Jeſuite, Hiſtoire de M. Conſtance, premier Miniſtre du Roi de Siam, et de la derniére revolution de cet état.* à Paris 1692. 12. — Auctor Tachardum, ordinis ſui ſocium, preſſo fere pede ſequitur; caute igitur, ſive potius minime conſulendus. Conſtantium iſtum Phaulcon tanquam virum ſanctiſſimum et integerrimum ſiſtere conatur: qui tamen prorſus alia ſpecie, hominis nempe fraudulenti et vaferrimi, apparet libello ſequenti: d'Orleans.

(ANDRE' FRANÇOIS BOUREAU) DES-LANDES (ci-devant Commiſſaire général de la Marine à Breſt, puis à Rochefort au Pays d'Aunis † 1757) *Hiſtoire de M. Conſtance, premier Miniſtre du Roi de Siam.* à Amſterd. (ſeu potius à Paris) 1756. 12. — Veriora omnino tradere potuit auctor, quippe cuius pater Conſtantii iſtius familiaritate uſus erat. Plura inſuper hauſit e chartis manu ſcriptis equitis *Martin*, tunc temporis praefecti rebus Gallicis in India orientali. Paucis ex his plagulis omnes fere, qui antea de mutationibus Siamicis ante hos centum annos ortis retulerunt, emendandi ſunt ac corrigendi. Idem dicunt fieri poſſe e relatione equitis FOURBIN ſ. FORBIN DE JANSON, qui cum prima iſta legatione Francogallica regnum Siamenſe petierat ac per annos aliquot ibidem commoratus erat: nos vero libri eiusdem, Francogallice ſcripti, copiam nanciſci non poſſumus. des Landes. Fourbin.

DE GUIGNES *in Hiſtoire générale des Huns, des Turcs* etc. T. I. P. I. p. 175 ſqq. nonnulla propoſuit de veteri Siamenſium hiſtoria, ex annalibus Sinicis eruta. de Guignes.

Hiſtoire

Turpin. *Hiſtoire civile et naturelle du Royaume de Siam, et des révolutions qui ont bouleverſé cet empire juſqu'en* 1770; *publiée par M.* TURPIN, *ſur des Manuſcrits, qui lui ont été communiqués par Mr. l'Evêque de Tabraca, Vicaire apoſtolique de Siam, et autres Miſſionnaires de ce Royaume.* à Paris 1771. II Voll. in 12 mai. — Parte prima continetur hiſtoria naturalis atque geographia ſuccincta: altera, hiſtoria civilis, qua etiam varia, a Ieſuitis, Tachardo in primis, falſo relata, rectius exhibentur, atque hiſtoria regni Siamenſis recentior, nusquam antehac typis mandata, narratur, magna potiſſimum mutatio, ab a. 1760 usque ad a. 1768 confecta, bellaque inde enata. Quae omnia maxime hauſta e relationibus, libri titulo indicatis, quibus tamen Turpinus non ita, ut auctor innuerat, uſus eſt. Ille nempe huic ſtilum tantum commodare debebat: nimis autem libere rem egit ac invito epiſcopo editoris munere functus eſt. Quapropter opus regio iuſſu, eo ſaltem tempore, prohibitus ac ſuppreſſus eſt.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1771. p. 1317 ſqq. a. 1772. p. 186 ſqq.

✱ ✱ ✱

De *Cochinchina* plures ſcriptores hodoeporici iam laudati conſuli poſſunt; praeterque eos relationes Ieſuitarum, qui religionis Chriſtianae propagandae cauſſa quoque in iſtis terris verſati ſunt. Quo pertinet:

Borro. CRISTOF. BORRO (Mediolanenſis, poſt reditum ex India orientali ordini Ciſtercienſium addicti, talisque *Onuphrius* nominati † 1632) *Relazione della nuova Miſſione d' Padri della Compagnia di Gieſu nel regno de Cocincina.* Roma 1631. 8. *Francogallice* ab *Antonio de la Croix*, Lille 1631. 12. *Belgice*

Belgice a *Iacobo Iulio*, Lovan 1632. 8. *Latine* a *Ioh. Bucelleno*. Vindob. 1633. 8. *Theotiſce* in *Sammlung der beſten und neuſten Reiſebeſchreibungen* (Berol. 1765 ſqq.) T. VI. Quantum ab hac relatione differat, aut cum eadem conveniat ſequens, non liquet.

Relation de tout ce qui ſe paſſa à Cochinchine. à Paris 1652. 8. Relation etc.

ALEX. DE RHODES ſtatim laudandus.

* * *

De regno *Tunchinenſi* exſtant quoque ſcriptores ſpeciales ſequentes:

ALESSANDRO DE RHODES *Relazione de' felici ſucceſſi della ſanta Fede predicata da' Padri della Compagnia di Gieſu nel Regno di Tunchino.* Roma 1650. 4 Milano 1651. 4. *Francogallice* ab *Henr. Albi*, Lugd. 1651. 4. *Latine*, ut videtur, hac epigraphe (librum enim ipſum nullibi reperire licuit; quapropter definire nequimus, utrum verſionem libri Italici, an novum librum ab Alexandro de Rhodes ipſo Latine elaboratum contineat): Tunchinenſis hiſtoriae libri II, quorum altero ſtatus temporalis huius regni, altero mirabiles evangelicae praedicationis progreſſus referuntur, coeptae per Patres Societatis Ieſu ab anno 1627 ad annum 1646. Auctore P. *Alexandro de Rhodes*, Avenionenſi, eiusd. Soc. Presbytero, eorum, quae hic narrantur, teſte oculato. *Lugd.* 1652. 4. — Tomo X collectionis itinerariorum Prevotianae excerpta e hoc libro exhibentur. — Caeterum relatio iſta prae aliis, a Ieſuitis confectis, tanquam fide dignior, commendatur. Auctoris opera aſſidua factum, ut a. 1634 in regno Tunchinenſi 34000 Chriſtiani vixiſſe dicantur. In uſum eorum idem Catechiſmum elaboravit, lingua Latina et de Rhodes.

Tunchinenſi diſtinctum (*Romae*, typis S. Congreg. de propag. fide 1651. 4.), qui liber rariſſimis acenſetur.

Tiſſanier. JOSEPH TISSANIER (Ieſuitae et Miſſionarii, mortui in Siam ſaeculo ſuperiore) *Relation du voyage, dépuis la France juſqu' au Royaume de Tunquin, durant les* 1658, 1659, 1660. à Paris 1663. 8.

Tavernier. I. B. TAVERNIER ſaepius laudatus in *Six voyages* etc. regni Tunchinenſis deſcriptionem quoque exhibuit, eamque valde mendoſam ac fabuloſam.

Marini. (IOH. PHIL.) MARINI *Hiſtoria e relatione della miſſione del Giappone e Tunchino.* Roma 1665. II Partes in 4. Venet. 1665. 12. *Francogallice*, Pariſ. 1666. 4. — Auctor, Ieſuita et miſſionarius, operam haud vulgarem labori ſuo impendiſſe dicitur.

Baron. BARON quidam, caeterum plane nobis ignotus, regni Tunchinenſis deſcriptionem ſat amplam Anglico idiomate a. 1685 exhibuit, quae tanto magis laudatur, quum auctor ibidem natus multosque per annos vixiſſe dicatur. Tavernierii narrationem de regno iſto atro carbone notat. Ipſe novem ſectionibus ſiſtit Tunchini ſitum et fines, opes, indolem ac mores incolarum, ſtatum litterarum, legislationem ac regimen, religionem, idololatriam et ſuperſtitionem, commercia ac rem numariam. Quae relatio, optima hucusque de regno Tunchinenſi, typis exſcripta in IOH. CHURCHIL *Collection of voyages and travels* (1732) Vol. III. *Theotiſce* in collectione itin. Prevotiana T. X.

Richard ſ. potius Ste. Phalle. (JEROME) RICHARD, *Chanoine de l'Egliſe Royale de Vezelai*, *Hiſtoire naturelle, civile et politique du Tonquin.* à Paris 1778. II Voll. in 8. Epitomen *Theotiſce* ſcriptam exhibuit (*H. A. O.*) *Richard*, bibliothecarius Gothanus, hac epigraphe:

Sitt-

Sittliche und natürliche Geſchichte von Tunkin; aus dem Franzöſiſchen, im Auszuge. Leipz. 1779. 8. — Richardus ipſe Anam non viſit, ſed opus hocce condidit e relationibus manu ſcriptis miſſionarii Francogallici, DE SAINTE-PHALLE, duodecim per annos religionis Chriſtianae propagandae cauſſa in regno Tunchinenſi commorati atque a. 1766 Lutetiae Pariſiorum mortui. Quibus admiſcuit nonnulla e ſcriptoribus a nobis memoratis et aliis v. c. *du Halde* et *Monteſquieu*, hauſta. Opus igitur eiusdem paene generis, cuius omnes iſtae relationes, a miſſionariis profectae, iuſte exiſtimantur. Auctor credulus, ſine iudicio ſubacto, omnia, quae vel ab hominibus infimae ſortis audiverit, ſedulo annotavit, veraque falſis miſcuit. Certa quae videntur utiliave interpres Theotiſcus curatius excerpſit, quam editor Francogallicus.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1779. *Zugabe* p. 122—126. 142 ſqq.

✤ ✤ ✤

De regnis *Ava* et *Pegu*, praeter *Metholdum*, *Tavernerium*, *Hamiltonum* paucosque alios, videndi:

Relation of Pegu; in HAKLUYT'S *Navigations* etc. (Lond. 1600. fol.) Vol. II. P. II. Append.

DANIEL SHELDON, Anglus, tradidit, quae ipſe in Golconda, Arracan et Pegu ſaeculo ſuperiore vidit audivitque, *Ioanni Ovington*, qui in itinerario a ſe edito et a nobis Vol. II. P. I. p. 362 ſq. recenſito iſta publici iuris fecit, hac inſcriptione: *Hiſtory of a late Revolution in the Kingdom of Golkonda* caet. Eadem excerpta atque cum Tavernerii relationibus minore fide dignis collata exhibentur in Collectione itiner. Prevotiana T. X. Sheldon.

M. C. SPRENGEL in *Beyträgen zur Völker- und Länderkunde* (1784) T. IV. p. 275—306 excerpta Percoto et Sprengel.

 memo-

memorabilia dedit ex libro, alias vix lectu digno, ita inſcripto: *Della vita di Monſignor* GIOV. MARIA PERCOTO, *Miſſionario nel Regni di Ava, e di Pegu; Libri tre ſcritti dal Patre* MICHEL ANGELO GRIFFINI. Udine ſ. a. 4. Auctor in terris iſtis a. 1776 mortuus, plura affert, vel minus nota, vel plane incognita, potiſſimum de mutationibus regnorum iſtorum recentioribus, ac de religione Avanenſium et Peguanorum. Sprengelius notulas adſperſit, e quibus illa, quae l. c. p. 280 poſita, errorem geographicum ratione fluviorum Ava et Pegu tollit.

Sonnerat. Hiſtoriae horum regnorum quoque conducunt, quae SONNERAT in itinerario, a nobis Vol II. P. I. p. 382 laudato, refert T. II. p. 33—45 ſec. verſ. Theot. Mores incolarum ſimul pinguntur.

CAPVT

CAPVT XVI.

SCRIPTORES DE REBUS TIBETANIS (THIBETANIS, TYBETANIS) ET COREANIS.

E ſcriptoribus ſupra memoratis huc etiam ſpectant: BARTH. PLAISTED (Vol. II. P. I. p. 208), DE LA CROZE in *Hiſtoire du Chriſtianiſme des Indes* (paullo ante ſectione VI capitis XIV recenſita), DE GUIGNES in *Hiſt. des Huns* etc. T. I. p. 158—168. Annales porro Sinici, de quibus poſtea; BROOKES, KIRCHER, NIC. WITSEN (et hic quidem in primis), KAEMPFER, et DU HALDE, inter ſcriptores de rebus Iapanicis et Sinicis recenſendi.

Lenglet du Fresnoy in Methode pour étudier l'hiſtoire etc. T. XIV. p. 117 ex edit. recentiſſ. errorem commiſit ſingularem, cum librum ſequentem inter eos, qui de regno Tibetano agunt, referret: GIUSEPPE BETUSSI *Ragionamento ſopra il Cathaio.* Padova 1573. 4. Si librum ipſum oculis uſurpaſſet, vel ex eius epigraphe cognoviſſet, *Cathaio* illud minime eſſe regnum celebre Aſiaticum ſed palatium magnificum nobilis familiae Italicae, *Obizzi* dictae, inter Patavium et Eſte ſitum. Quod, ne alii in eundem errorem inducantur, monere voluimus.

ANTONIO DE ANDRADA *Novo deſcubrimento do grão Catayo ou dos Reynos de Tibet.* Lisboa 1626. 4; et in Antonii Franco *Imagem da Virtude em o Noviciado de Lisboa.* Hiſpanice, *Madrid* 1626. 4. Italice, *Romae* 1627. 8. *Neap.* 1627. 8. Francogallice, *Pariſ.* 1628. 8. Belgice, *Gandav.* 1631. 8. Polonice, *Cracov.* 1628. 8. de Andrada.

Eiusd. *Carta em que relata como voltou a Tibet a 15 de Agoſto de* 1625; in Ant. Franco *Imagem* etc. Italice, *Romae* 1628. 8. Francogallice hac epigraphe: *Hiſtoire de ce qui s'eſt paſſé au Roy. de Tibet.*

 à Paris

à Paris 1628. 8. — Auctor, Ieſuita Luſitanus, a. 1600 Indiam orientalem petiit, religionis Chriſtianae divulgandae cauſſa. In regno Tibetano primus id egit, ſimulque ordini Ieſuitarum licentiam, idem in poſterum efficiendi, exegit. Poſtea Provincialis ſocietatis iſtius Goae factus, ibidem mortuus eſt a. 1634. Ab a. 1624 usque ad a. 1626, et quod excurrit, in regno Tibetano vixit. Quae igitur vidit audivitque eodem modo, quo alii eius ſodales, litteris conſignavit.

Rhay. THEODORI RHAY (*Ieſuitae Theotiſci* † 1671) Deſcriptio regni Thibet. *Paderborn* 1658. 4.

Relazione etc. *Relazione del principio e ſtato preſente della Miſſione del vaſto Regno del Tibet, ed altri due regni confinanti, raccomandata alla vigilanza e zelo de' Padri Cappucini della Provincia della Marca nello Stato della Chieſa.* In Roma 1742. 4. — Ieſuitis, rei mercatoriae avidioribus, eamque ob cauſſam Tibetanis haud gratis, ſucceſſerunt a. 1707 ſodales ordinis Capucini. Hi quid egerint per annos quadraginta, religionis Chriſtianae in terris iſtis promovendae cauſſa, narratum eſt hoc libro. Paſſim nonnulla adſperſa, ad cognitionem geographiae ac linguae Tibetanae facientia.

Georgi. FR. AUGUSTINI ANTONII GEORGII, Eremitae Auguſtiniani, Alphabetum Tibetanum Miſſionum Apoſtolicarum commodo editum. Praemiſſa eſt diſquiſitio, qua de vario litterarum ac regionis nomine, gentis origine, moribus, ſuperſtitione, ac Manichaeiſmo fuſe diſſeritur. Beauſobrii calumniae in ſanctum Auguſtinum alioſque eccleſiae patres refutantur. *Romae*, typis ſacrae Congregationis de propaganda fide 1762. 4. Cum figg. aen. — Excerpta ex hoc ſpiſſo opere ampla *Theotiſce* (ab *I. N. Eyringio*) exhibentur in *Gatterer*i hiſt. Bibl. T. V. p. 236 — 274. T. VI. 272 — 299.

T. VII.

T. VII. p. 157—238. Ampliora, nondum vero finita, cum duabus tabulis aeri inciſis, notulisque adiectis, *I. E. Fabri* in *Sammlung von Stadt-Land- und Reiſebeſchreibungen* (Halle 1783. 8 mai.) p. 205—314. — Utraque epitome eo gratior Germanis, quo carior et rarior liber et, quod caput rei, quo confuſius et incomtius ſcriptus ſit. Nemo ante Georgium et, hucusque certe, nemo poſt eum tam copioſe regnum iſtud Aſiaticum deſcripſit. Ipſe, cognitione linguae Tibetanae inſtructus, multa ibi comperiit, multa quoque ex Mſc. Codd. P. P. Capucinorum, praecipue *Caſſiani Maceratenſis et Franciſci Horatii Pinnabillenſis*, depromſit. Primum deſcribit hiſtoriam Xacae, Tibetanorum prophetae ac legislatoris. Deinde ſcrupulos chronologicos ratione iſtius tollere ſtudet. Addit poſtea chronologiam regum Tibetanorum magnorumque, quos vocant Lhamorum. Cum his denique coniungitur geographia atque topographia regni Tibetani, adiecto diario, confecto in itinere inde a ſinu Bengalico usque ad Lhaſſam, ſive Lahaſſam regni Tibetani civitatem primam. Et haec quidem parte prima continentur. Altera ſiſtit alphabetum Tibetanum, indolem linguae, numeros, ſtatumque litterarum in terris iſtis. Auctor ſimul potiſſimum, fere ubique, in eo eſt, ut ſimilitudinem religionis Tibetanae cum Manichaeiſmo comprobet. Quo in negotio, ut et in comparatione aliarum rerum Tibetanarum cum hiſtoria moribusque veterum populorum, auctor nimium indulget etymologiis, eruditionemque haud raro non ſatis ſubactam affectat.

An Account of the Kingdom of Thibet. In a Letter from IOHN STEWART *Eſq. F. R. S. to Sir John Pringle, Bart. P. R. S.* in *Philoſophical Transactions* Vol. LXVII ſ. anni 1777 Vol. II. p. 465—492. Stewart. ſ. potius Bogle.

 Ex-

Excerpta *Theotiſca* exhibita in *Gothaiſchen gel. Zeitung* a. 1778. p. 515—519. Et in *St. Petersburg. Journal* a. 1779. Mart. p. 178—184. et April. p. 223—235. Et in *Schloezeri Briefwechſel* (1779) T. V. p. 201—225. Cum eiusdem notis. *Franco-gallice* in *Journal encyclopédique* a. 1780. T. I. P. II. p. 312 ſqq. et in ſequentibus quatuor partibus. — BOGLE, ſocius collegii mercatorii Anglo-Indici, a. 1775 a ſuis in aulam magni Lamae (*Toiſchu-Lamae*) miſſus ibidemque plures menſes commoratus, obſervationes ibidem inſtitutas epiſtolis perſcripſit Stewarto, qui earum argumentum loco citato publici iuris fecit. Varia iucunde traduntur non ſolum de aula illa, ſed etiam de ſtatu regni Tibetani naturali, religioſo ac civili, atque de incolarum moribus. Georgius errorum et opinionum praeiudicatarum interdum inſimulatur. Stewartus iniicit ſpem, fore, ut Boglius fuſius olim de regno Tibetano acturus ſit. Hactenus ſpes iſta, quantum ſcimus, vana erat.

Pallas. Recentiſſima de regno Tibet tradidit PETRUS SIMON PALLAS, vir eruditione rara variaque et itineribus utiliſſimis celeberrimus, Petropoli degens, in collectione bonae frugis pleniſſima, quam inſcripſit: *Neue Nordiſche Beyträge zur phyſikaliſchen und geographiſchen Erd- und Völkerbeſchreibung, Naturgeſchichte und Oekonomie* (Petrop. 1781. 8 mai.) T. I. p. 201—222. Ibi enim leguntur: *Nachrichten von Tybet, aus Erzählungen Tangutiſcher Lamen unter den Selenginskiſchen Mongolen.* Diſcrepant nonnulla, per Lamas iſtos accepta, a relationibus Georgii et Boglii. De magno Lama, de variis ſacerdotum generibus, ritibusque quibusdam religioſis, praecipue ſermo eſt. Pallas tunc temporis (ante quinque igitur annos) promiſit, ſe in parte ſecunda operis plane egregii: *Sammlungen hiſtoriſcher*

[...]her Nachrichten über die Mongoliſchen Völkerſchaf[...]en, cuius pars prima iam ante hos decem annos [i]n lucem edita, copioſius de Tibetanis eſſe actu[...]um: ſed fruſtra hucusque eandem exſpectavimus.

* * *

De regno *Corea* conſulendi ſunt non ſolum [p]lures ſcriptorum modo recenſitorum, verum [e]tiam eorum, qui res Sinicas et Iapanicas tracta[...]unt; De GUIGNES praecipue T. I. p. 132-145; [a]tque liber, immerito, ut nobis quidem videtur, [a] recentioribus neglectus. En titulum!

HENRICK HAMEL van Gorcum *Journael van [d]e Ongeluckige Voyagie van 't Jacht de Sperwer, van [B]atavia gedeſtineert na Tayowan, in 't jaar* 1653, *en [v]an daer op Japan; hoe 't ſelve jacht door ſtorm op 't [Q]uilpaarts Eylant is geſtrant, en van* 64 *perſonen, [w]aer* 36 *behouden aan 't voornoemde Eylant by de [W]ilden zyn gelant; hoe deſelve Maats door de Wil[de]n daar van daonnaer 't Coningryk Coeree ſyn ver[v]oert, byhaer ghenoemt Tyocen-hock, alwaar zy* 13 *[j]aar en* 28 *dagen hebben geſworven, zynde in die tyd [t]ot op.*16 *na aldaar geſtorven, waer van* 8 *perſoonen [i]n 't jaar* 1666 *met een kleen vaartuygh zyn ontko[m]en, latende daar noch acht maats ſitten, ende zyn [i]n 't jaar* 1668 *in 't vaderlandt gearriveert. Als [m]ede een pertinente Beſchryvinge der Landen, Pro[v]intien, Steten ende Forten, leggende in 't Coningrijck [C]oree: hare Rechten, Juſtitien, Ordonnantien ende Koninglijcke Regeringe. Alles doerden voorg. H. Ha[m]el als Boeckhouder van 't Jacht de Sperwer beſchre[v]en. Verciert met verſcheyde figuren:* Rotterdam 1668. 4. *Francogallice*, à Paris 1670. 12; et in *Recueil de Voyages au Nord* T. IV. p. 243 — 347. Hamel.

CAPVT XVII.

SCRIPTORES DE REBUS SINICIS.

SECTIO I.

De libris hiſtoricis, a Sinenſibus ſcriptis.

Longinquo ab aevo hiſtoria apud Sinas in honore fuit. Certatim cum regni vaſtiſſimi ſtatum ac mutationes, tum imperatorum res geſtas litteris, ſeu potius figuris aut notis ſuis conſignarunt memoriaeque prodiderunt. Licet enim hodie Ieſuitarum commentis nulla amplius fides ſit, quibus olim inducti multi crediderunt, ſummam a Sinis adhiberi curam in deſcribendis rebus geſtis, eamque ob cauſſam Pekini ſocietatem hiſtoricorum venerandam ſive potius tribunal hiſtoricum conditum eſſe, quo caveatur, ne hiſtoria nugis, blanditiis ac mendaciis contaminetur, nullave alia ratione detrimenti quid capiat; nec nos fidem habeamus arcae iſti hiſtoricae decantatiſſimae; nec Polybios vel Livios Sinicos odoremur: tamen laudanda voluntas huius gentis, qua factum, ut maiore diligentia, quam plures alii populi Aſiatici, res ſuas memoriae mandarint. Quo tempore diligentia illa laudabilis orta ſit, definiri non poteſt. *Du Haldius*, Ieſuita, de quo poſtea, ſine dubio modum excedit, iactando, omnem adeo veterem Sinenſium hiſtoriam a ſcriptoribus coaevis calamis exceptam fuiſſe. Hiſtoria Sinica infantiae vitiis eodem modo, quo hiſtoria aliorum priſcorum populorum, laborat. Fabularum enim ſilva ac facta minutiora occupant hiſtoriam Sinae antiquiſſimam; deſunt illi narrationes fide ſcituque dignae.

lignae. Quapropter omnis hiſtoria Sinica ratione nateriei haud iniuſte in tres epochas diviſa a *Gatterero.* *) Prima, ab origine imperii Sinici ad quartum ante Chriſtum natum ſaeculum deducta, adeo ſucco et ſanguine orba, ut vix ſeries imperatorum dignoſcatur, omniaque ſint manca atque incerta. A ſecunda epocha i. e. a quarto et tertio ante Chriſtum natum ſaeculo paullo plenior quidem ac ſucculentior fit hiſtoria, vix tamen ex ephebis egreſſa videtur. Circa ſaeculum poſt Chriſtum natum primum magis inſurgit laetioremque ſpeciem prae ſe fert. *Deguigneſius* **) hiſtoriam Sinicam ante et poſt Chriſtum natum inter ſe contulit, eaque comparatione intellexit, illam vix quatuordecim libellos, hanc vero paene volumina ſeu involucra trecenta implere. Oriri quidem potuerat talis hiſtoriae pauperies infauſta crematione librorum, ab imperatore impio et vano *Tſin-ſchi-hoang* (mortuo anno 210 ante Chr. nat.) iuſſa; vero enim ſimile, libros hiſtoricos perpaucos, praeter librum *Tſu-ſchu*, fato iſti ſubductos fuiſſe. ***) Alia tamen praeterea ſuadent, ut credamus, antiquiorem hiſtoriam Sinicam admodum ſterilem fuiſſe; vel e chronico *Tſu-ſchu* ipſo id ominari liceat. †)

Recenſeamus nunc libros Sinenſium hiſtoricos ordine chronologico aliove apto, duce in primis *Gatterero.*

I. Locum primum occupent libri quinque ita dicti canonici ſive ſacri, a Sinenſibus *King* appellati, et quidem

I. Y-KING

*) In *Handbuch der Univerſalhiſtorie* (Goetting. 1764. 8 mai.) P. II. T. I. p. 4 ſqq.

**) T. IV. p. 353.

***) *De Guignes* T. I. P. I. p. 5 et 19. T. IV. p. 350.

†) *De Guignes* T. I. P. I. p. 5 ſq. coll. T. IV. p. 351 et 355.

1. Y-KING ſymbolici magis quam hiſtorici argumenti. *)

2. SCHU-KING, vel SCHANG-SCHU i. e. liber, tempora priſca referens. Narrantur res maxime memorabiles geſtae imperatoribus et legislatoribus Sinicis primis regnantibus. Abſolvitur opus ſex partibus. Prima et ſecunda continentur res geſtae imperatorum *Tao*, *Schun* et *Yu* († 2198 ante Chr. nat.), a Sinis legislatores populi ſui aeſtimati. Pars tertia agit de dynaſtia *Schang*, cuius imperator primus *Tſching-tang* († 1754 ante Chr. nat.) ultimus vero *Schehu-ſin* († 1122 ante Chr. nat.) fuit. In tribus partibus poſterioribus traduntur res geſtae ſub quinque imperatoribus prioribus e dynaſtia *Tſcheu* (ab a. 1123 usque ad 947 ante Chr. nat.).

Huius operis copia facta Europaeis cura *Deguignesii*, rerum Sinicarum extra Sinam procul dubio peritiſſimi, viri doctiſſimi planeque indefeſſi. Ita vero illud inſcripſit: *Le* Chou-king, *un des livres ſacrés des Chinois; Ouvrage recueilli par* CONFUCIUS. *Traduit et enrichi de notes par feu le* P. GAUBIL, *Miſſionnaire à la Chine. Revû et corrigé ſur le texte Chinois, accompagné de nouvelles notes, de planches gravées en taille-douce et d'additions, tirées des Hiſtoriens originaux, dans lequelles on donne l'hiſtoire des Princes omis dans le Chou-king, par M.* DE GUIGNES. — *On y a joint un Diſcours, preliminaire, qui contient des Recherches ſur les tems anterieurs à ceux dont parle le Chou-king, et une Notice de l'Y-king, autre livre ſacré des Chinois.* à Paris 1770. 4 mai. — In praefatione ampla editor doctiſſime agit de litteratura hiſtorica in Sina atque hiſtoriam Sinenſium antiquiorem ſub cenſum vocat. Poſtea (p. 44—138) ſequitur diſſertatio praevia, in titulo operis memorata; cuius auctor, DE PREMARE, miſſionarius Sinicus, omnia collegit, et illuſtravit, quae ſcriptores Sinenſes de temporibus ante *Schu-king* vel ante regem *Tao* retulerunt. A p. 139—144 Deguignesius exhibuit inſcriptiones

omnium

*) *Du Halde* T. II. p. 344—353. De hoc aliisque ſequentibus libris Sinenſibus conſulatur etiam *De Guignes* in *Idée de la litterature Chinoiſe*; in *Mém. de l'Acad. des Inſcripts.* T. XXXVI. p. 190 ſqq.

omnium operis capitum, etiam deperditorum, quales in praefatione quadam editionum Sinicarum invenerat. Sequitur *Schu-king* ipſe (p. 1—318) ſecundum *Gaubili* interpretationem Francogallicam atque cum eiusdem animadverſionibus. Admiſcuit ſuas *Deguignes;* qui et auctor additionum, cuique capiti praefixarum, in quibus e duobus chronicis Sinicis, ſcilicet e *Tſchu-ſu*, circa a. 297 ante Chr. natum ſcripto, et e *Kang-mo*, a Sinenſibus maximi aeſtimato, relationes, in *Schu-king* traditae, ſupplentur. A p. 319—355 legimus illuſtrationem quatuor tabularum aenearum, in qua *De Guignes* obſervationes in antiquitates Sinicas doctas aeque ac iucundas propoſuit. Animadverſiones Gaubili colioſiores, quam ut operis contextui ſubiici potuiſſent, ſeparatim a p. 356—398 editae, quibus et aliae Gaubili diſſertationes, alibi iam typis mandatae, atque illuſtrationi operis inſervientes, additae. Et ineſt quidem hiſtoria critica operis *Schu-king;* diſſertatio nimis brevis de eiusdem chronologia, ſeu potius, ut ita dicamus, non-chronologia; alia de aſtronomicis argumentis; de eclipſi ſolis imperante *Tſchong-Kang;* et de notis, quibus Sinenſes in ſcribendo utuntur. Operi coronam imponit relatio critica de *Y-king*, libro canonico Sinarum vetuſtiſſimo, auctore VISDELOU, epiſcopo Claudiopolitano. — Opus *Schu-king* ipſum iniuria temporum mirum in modum truncatum atque corruptum ſpeciem minime hiſtoricam, deformem potius ac hiſpidam, prae ſe fert. Sunt bona mixta malis; hiſtorica ſine ullo ordine tradita; eaque declamationibus et ſententiis non ad rem pertinentibus, diffuſis, maximamque partem e trivio petitis, quaſi ſepulta. *Confucius*, ſi modo verus ille auctor, tantum abeſt, ut cives ſuos ab erroribus et ſuperſtitionibus revocaverit, ut eorum potius animos in iisdem confirmaverit, et novis atque peioribus repleverit. Toto enim coelo aberrant, quicunque, Sinenſium et Ieſuitarum laudibus in hunc virum ad invidiam usque cumulatis abrepti, ſola ipſum vera ſapientia in coelum aſcendiſſe arbitrati ſunt. Omnis enim generis prodigia atque oſtenta ita narrat, ut eum cum indocta Sinenſium multitudine inſaniiſſe cuivis appareat.

pareat. Ampliorem operis deſcriptionem atque examen, idque, ut nobis quidem videtur, iuſto mitius, exhibuit *Gatterer* in *Goetting. gel. Anzeigen* a. 1771. p. 673—683; et in *hiſtoriſchen Journal*, a ſe edito, T. I. p. 1—26. Digniſſimus, qui cum hoc opere conferatur, libellus ita inſcribitur: *Analyſe raiſonnée du Chou-king des Chinois, l'un des livres canoniques du premier ordre, qui contient des anecdotes et des ſentences morales ou politiques des plus illuſtres Empereurs, Miniſtres, ou Philoſophes, des trois premieres Races Impériales, précédée de quelques obſervations critiques ſur l'edition de M. de Guignes. Par M. l'Abbé* BAUDEAU. à Paris 1777. 12.

3. SCHI-KING carmina, maxime hiſtorici argumenti, continet. *)

4. TSCHUN-TSIU ſiſtit hiſtoriam duodecim regum regni *Lu*, ab *Im-kong* († 712 ante Chr. nat.) usque ad *Guai-kong* († 468 ante Chr. nat.). Quis huius libri auctor ſit, incertum: plures tamen CONFUCIUM eſſe credunt. Natus ille dicitur in regno *Lu* a. 551 ante Chr. nat. atque ibidem poſt diuturnam peregrinationem variosque caſus denatus a. 478 ante Chr. nat. **)

5. LI-KI eſt collectio legum, rituum ſacrorum ac profanorum, officiorum vitae civilis etc. a variis auctoribus ſcripta, quorum princeps TSCHEU-KONG, frater imperatoris Vu-vang († 1116 ante Chr. nat.) praedicatur. Confucius ipſe collectionem hancce inſtituiſſe fertur. Quum vero eadem variis fatis mutilata et interpolata fuerit, Sinenſes ipſi cautum atque prudentem uſum illius ſuadent. ***)

II. Libri claſſici ſive canonici ſecundi ordinis, a Sinenſibus SSEE-SCHU appellati, maximam qui-

*) v. *Du Halde* T. II. p. 369—380, ubi et ſex odae Francogallice redditae.

**) v. *Du Halde* T. II. p. 380 ſq. 383—388 et p. 419. *De Guignes* T. I. P. I. p. 93 ſq. T. IV. p. 374. coll. p. 351, ubi *Tſchun-Tſiu* Chronicon parum ac ſterile nuncupatur.

***) v. *Du Halde* T. II. p. 381 ſq.

uidem partem ethici ac civilis argumenti ſunt: nulta tamen quoque ad hiſtoriam ſtatumque regni pectant. Quorum ſenſu ſtrictiore quatuor tanum ſunt: adiunguntur tamen illis alii duo eiuſem pretii. Sunt autem ſequentes:

1. TA-HIO, ſeu magna ſcientia, ſive ſchola adultorum.
2. TSCHONG-YONG, ſive doctrina de virtute.
3. LUN-YU, ethici et ingenioſi argumenti.
4. MENG-TSEE i. e. Doctor Mencius. *Meng.* ſeu *Mencius* conſanguineus regum e dynaſtia *Lu*, atque diſcipulus *Tſe-ſsee*, nepotis Confucii, fuit. Scopus illi eſt, imperium perfectum ſecundum exempla imperatorum regumque optimorum delineandi.
5. HIAO-KING, hoc eſt, liber de pietate erga parentes.
6. SIAO-HIO, ſive ſchola iuniorum. Eſt collectio ſententiarum et exemplorum, ex antiquis et recentioribus auctoribus congeſta. Auctor illius, TSCHU-HI regnante dynaſtia *Song* ſive circa a. 1150 poſt Chr. nat. vixit. *)

III. TSU-SCHU quod proprie librum ex arundine *Bambos* confectum denotat, antiquum eſt chronicum Sinenſe, ſive potius tabula chronologica, quae annis trecentis ante Chriſtum natum elaborata creditur. Ea ſola paene, ut ante iam dictum, ſubducta cremationi librorum, a *Tſin-ſchi-hoang* imperatae. Magnae quidem auctoritatis liber eſt apud Sinenſes, nec Europaeis inutilis: exemplo tamen ſimul eſt adverſus eos, qui fidem certiſſimam hiſtoriae Sinenſi antiquiſſimae tribuere audeant. *Tſu-ſchu* enim iſtud nulla fere in re conſentit cum aliis hiſtoriis, potiſſimum ratione primorum

*) v. *Du Halde* T. II. p. 382—458, ubi non ſolum hi libri deſcribuntur, ſed etiam excerpta, praecipue e *Meng-tſee* et *Siao-hio* exhibentur.

morum imperatorum vel regum; inde demum ab a. 782 ante Chr. nat. diſſentire ceſſant. *)

IV. SE-KI vel SU-KI, omnem hiſtoriam Sinenſium veterem comprehendens, ſummopere laudatur, eiusque auctor, SE-MA-TSIEN, verus hiſtoriae Sinicae pater nuncupatur; utpote qui cura haud vulgari ex omnibus ſuo tempore reliquiis et fragmentis hiſtoriae Sinicae ſuperſtitibus opus hocce condiderit. Attigit etiam hiſtorias gentium Sinae finitimarum, inde quidem ab a. 210 ante Chriſtum natum. Ipſe ſcripſit a. 97 ante Chr. nat. **)

V. HAN-SCHU, ſive hiſtoria dynaſtiae *Han*, regnorum etiam finitimorum hiſtoriam complectens. Quia dynaſtia iſta cognitionis ſeriem duplicem habet, opus *Han-ſchu* quoque duplex eſt, ſcilicet:

1. TSIEN-HAN-SCHU, ſive hiſtoria prioris ſeriei, inde ab a. 206 ante Chr. nat. usque ad a. 220 poſt Chr. nat. regnantis. Quae hiſtoria voluminibus ſ. involucris XXII conſignata.
2. HEHU-HAN-SCHU, ſive hiſtoria ſeriei poſterioris, ab a. Chr. 220 usque ad a. 263 fraena imperii tenentis. ***)

VI. TOIN-SCHU ſ. TSIN-SCHU ſive hiſtoria dynaſtiae *Tsin* ſive *Tſin*, ab a. Chr. 265 — 420 regnantis. Volumina ſunt XXVI. †)

VII. PE-SU ſive hiſtoria ſeptentrionis, id eſt, hiſtoria dynaſtiae *Goeh* aliarumque Tataricarum, quae inde a *Nan-Pe-tſchao* h. e. a diviſione imperii in

*) v. *De Guignes* T. IV. p. 374 coll. p. 351. T. I. P. I. p. 5, 6, 16. coll. T. IV. p. 355.

**) v. idem T. IV. p. 373. coll. p. 351 *) et p. 352.

***) v. idem T. IV. p. 368 ſq. coll. p. 351 et T. I. P. I. p. 25 — 33.

†) v. idem T. IV. p. 374 coll. T. I. P. I. p. 31 — 39.

in regnum meridionale ac ſeptentrionale, a. Chr. 420 factae, usque ad coniunctionem imperii reſtitutam a. 589 in partibus Sinae ſeptentrionalibus regnarunt. Regnum tamen ſeptentrionale iam a. 587 deſiit; *Pe-ſu* igitur ab a. Chr. 420 usque ad a. 587 protenditur. Opus voluminum XXVI. *).

VIII. NAN-SU, ſive hiſtoria meridiei h. e. hiſtoria dynaſtiarum Sinenſium, quae dicto modo tempore provincias regni meridionales occuparunt. Volumina XV. **)

IX. LEANG-TSCHIN-SCHU, ſive hiſtoria dynaſtiarum *Leang* ſ. *Leam* et *Tſchin* ſ. *Schin*, quarum prior ab a. Chr. 502—557, altera vero a 557—589 partem Sinae tempore diviſionis iſtius, *Nan-Pe-tſchao* dictae, rexit. Opus voluminibus XIII abſolvitur. ***)

X. SUI-SCHU, ſive hiſtoria dynaſtiae *Sui*, quae poſt imperii diviſionem omnem Sinam ab a. Chr. 589 usque ad a. 619 rexit. Sunt autem volumina XVI. ****)

XI. TANG-SCHU, ſive hiſtoria dynaſtiae *Tang* ſ. *Tam*, ab a. Chr. 611—907 in Sina regnantis. XLIII volumina. †)

XII. SUNG-SCHU, ſive hiſtoria dynaſtiae *Sung* ſ. *Sum*. ſ. *Song*, ab a. 960-1279 regnantis. XX volumina. ††)

XIII.

*) v. *De Guignes* T. IV. p. 372 coll. T. I. P. I. p. 40—44.
**) v. idem T. IV. p. 371. coll. T. I. P. I. p. 40 et p. 44—52.
***) v. idem T. IV. p. 370. coll. T. P. I. p. 49—52.
****) v. idem T. IV. p. 374. coll. T. I. P. I p. 54—61.
†) v. idem T. IV. p. 374 coll. T. I. P I. p. 54—61.
††) v. idem T. IV. p. 374. coll. T. I. P. I. p. 65—70.

XIII. HONG-KIEN-LU comprehendit hiſtoriam plurium dynaſtiarum, ac LXIV voluminibus abſolvitur. *)

XIV. SO-HONG-KIEN-LU, ſupplementum praecedentis, hiſtoriam Mungalorum continens, XVI voluminibus. **)

XV. TAO-TSONG-Y tradit memorabilia Mungalorum. ***)

XVI. Hiſce operibus enumeratis addendi ſunt:

1. Libri nonnulli hiſtorici generales, et quidem

1) *maiores;* quo referendum

α) opus NIEN-Y-SE, ſive magni annales regni Sinenſis. ****)

β) KAM-MO, ſ. KANG-MO, vel CANG-MU, vel etiam TSU-SCHI-TONG-KIENG-KANG-MO. Annales ſunt, a diverſis auctoribus temporibus diverſis congeſti, voluminibus quidem CXX. †)

γ) LIE-TAI-KI-SU, eſt nova editio annalium Sinenſium in formam tabularum redactorum. Haec editio recentiore demum aevo typis Sinenſibus expreſſa. ††)

2) *minores*, et quidem

α) LIE-SU-KANG-KIENG-YU, epitome annalium Sinicorum, XXXVI volumina complens, cuius auctor LEAO-FAN. †††)

β) TONG-KIEN-TSCHE-KIAI, alia eorundem annalium epitome, XVI voluminibus. ††††)

2. Hi-

*) v. *De Guignes* T. IV. p. 369.

**) v. idem T. IV. p. 373.

***) v. idem T. IV. p. 374.

****) v. idem T. IV. p. 352.

†) v. idem T. IV. p. 369 ſq. *Du Halde* in praefatione ad T. I. operis ſui p. XXII ſolum TSCHU-HI auctorem operis *Cang-mu* nominat, additque, illum ratione Chronologiae ſecutum fuiſſe alium ſcriptorem Sinicum celeberrimum, cui nomen SE-MA-VEN-KONG.

††) v. idem T. IV. p. 370.

†††) v. idem ibid.

††††) v. idem T. IV. p. 374.

2. Hiſtoriae ſpeciales, v. c.

1) TSCHI-SCHU, ſive hiſtoria ſpecialis urbium Sinicarum earumque agrorum. *)

2) SI-KIANG-TSCHUEN i. e. hiſtoria gentium occidentalium, a Sinis Kiang appellatarum, quibus intelligunt omnes imperii Tibetani populos. **)

3. Libri miſcellanei.

1) VEN-HIEN-TONG-KAO, ſive magna collectio relationum diverſarum, ad hiſtoriam Sinae civilem ac litterariam pertinentium, centum voluminibus. Auctor dicitur MA-TUON-LIN. Capitibus ſingularibus refert quoque de gentibus Sinae finitimis. ***).

2) SU-SCHU-UL-HU-SCHANG-KING, ſive ethica philoſophi *Fo*, ex idiomate Indico in Sinicum translata. ****)

4. Lexicon hiſtoricum, inſcriptum: VAN-SING-TONG-YÙ, h. e. Lexicon hiſtoricum de hominibus, qui in Sina famam ſibi pepererunt. Volumina ſunt XL. †)

5. Opera geographica.

1) *maiora* v. c. YE-TONG-SCHI ſive deſcriptio imperii Sinici geographica, XLIX voluminibus. ††)

2) *minora* v. c. KUAM-YU-KI ſeu epitome geographiae Sinicae, in VI voluminibus. †††)

6. Collectio tabularum publicarum, continens 1) decreta, edicta, aliaque ſcripta publica imperatorum Sinenſium e diverſis dynaſtiis; 2) deſignationes, formulas, aliave ſcripta adminiſtrorum imperii. Compoſita eſt iuſſu imperatoris *Kang-hi* († 1721 poſt Chr. nat.), qui et pluribus his tabulis breves obſervationes in eorum argumenta penicillo rubro i. e. manu propria, addidit. *Du Halde* T. II. p. 459—738 hanc tabularum publicarum collectionem non modo recenſuit, verum etiam Francogallice reddidit. Adiecit excerpta e duabus aliis collectionibus T. II.

*) v. *Du Halde* T. I. Praef. p. XIV.

**) v. *De Guignes* T. IV. p. 352.

***) v. idem T. IV. p. 375 coll. p. 353 et p. 358.

****) v. idem T. IV. p. 374.

†) v. idem T. IV. p. 375.

††) v. idem ibid. †††) v. idem T. IV. p. 370.

p. 739 — 834. Priorem inſtruxit TANG-KING-TSCHUEN, vir inter Sinas celeberrimus. Vixit regnante dynaſtia *Ming*, quae proxime ante hodiernam floruit. Haec collectio varia ſcripta complectitur de officiis imperatorum, purpuratorum, ducum bellicorum, de diſciplina politica, de ſucceſſoribus imperii caet. Collectio poſterior inſcripta: LIE-NIU ſive *illuſtres foeminae;* ineſt nempe inſtructio foeminis iſtis ſcripta, quo modo in adminiſtranda re domeſtica atque in liberorum educatione agere debeant.

Horum librorum multi quoque extra Sinam, et in Europa noſtra, reperiuntur. Nusquam autem, quantum ſcimus, omnes in unum collecti exſtant, niſi in bibliotheca regia Pariſina. *Deguignesius* iis dexterrime uſus eſt in opere ſaepius iam laudato, mox copioſius deſcribendo. Idem vir doctiſſimus exhibuit diſſertationes duas magni aeſtimandas, huic quoque loco aptas:

Examen critique des annales Chinoiſes, ou Mémoire ſur l'incertitude des douze premiers ſiècles de ces annales, et de la chronologie Chinoiſe; in Mém. de l'Acad. des Inſcriptt. (1774) T. XXXVI. p. 164 ſqq. Probatur incerta fides priorum duodecim ſaeculorum in hiſtoria Sinica, quid? quod totius chronologiae in libris Sinicis modo memoratis. Omnem adeo hiſtoriam imperii vetuſtiſſimam a populo quodam alieno mutuatam eſſe, coniicit auctor. Fuſe demonſtrat miram diverſitatem ſcriptorum in enarranda hiſtoria priſca. Adiecta eſt tabula chronologica in priores tres dynaſtias.

Idée de la Littérature Chinoiſe en général, et particulièrement des Hiſtoriens et de l'étude de l'hiſtoire à la Chine; ibid. p. 190 — 238. Et in hac diſſertatione *Deguignesius* opinionem de fide hiſtoriae Sinicae priſcae, a Ieſuitis et a Frereto, linguae Sinicae imperito, divulgatam impugnat. Ornare ſimul hypo-

hypotheſin ſuam de Sinis, Aegyptiorum veterum imitatoribus, ſtudet. Scriptores hiſtoriae Sinicae omnis generis fuſius ac curatius, quam in opere, ſaepius a nobis laudato, diiudicantur. — Praeceſſerunt has Deguigneſii Diſſertationes in eadem collectione vaſta aliae huc etiam pertinentes:

FRERET *de l'antiquité et de la certitude de la chronologie Chinoiſe* (1733) ibid. T. X. p....

Eiusd. *Eclairciſſemens ſur le Mémoire touchant l'antiquité et la certitude de la Chronologie Chinoiſe*. (1739); ibid. T. XV. p....

Eiusd. *Suite du Traité touchant la certitude et l'antiquité de la chronologie Chinoiſe* etc. (1744); ibid. T. XVIII. p....

SECTIO II.

Scriptores geographici et hodoeporici.

Anciennes relations des Indes et de la Chine, par deux voyageurs Mahométans, qui y allerent dans le neuvième ſiècle, traduites d'Arabe. Avec des remarques ſur les principaux endroits de ces relations (*par l'Abbé* EUSEBE RENAUDOT). à Paris 1718. 8. *Anglice*, Lond. 1733. 8. *Italice* ab *Abondio Collina*; Bonon. 1749. 4. — Codex MS. huius relationis, quem exſtare unum credit editor, latuit in bibliotheca Comitis de Seignelay. Scriptum eum fuiſſe ante A. C. 1173, litterarum figurae prodere ipſi videntur. Obſervat, ex hac relatione Geographum Nubienſem *) ſua hauſiſſe. Caeterum etſi nec naevis caret haec relatio, tamen eam putat magni faciendam, cum multa ſingularia inde diſcantur, e. g. quod iter tenuerint Arabes in Sinam, et Sinenſes in Arabiam ac Perſiam tendentes, ex quo Vetus itinerar. a Renaudoto ed.

 con-

*) De quo egimus Vol. II. P. I. p. 166 ſqq.

conſequi ait, eos errare, qui uſum pyxidis nauticae iam olim notum fuiſſe credunt Sinenſibus; quam ſuam ſententiam fuſius urget in opere ipſo. Obiter etiam iudicium fert de *Tarich regum Perſicæ*, cum *Schicardi* notis edito, de quibus minus magnifice ſentit. Copioſe quoque de Geographia *Abulfedae* diſſerit, quam nec ipſam magni aeſtimat. Porro *Iſaaci Voſſii* de Sinenſium mirabili ſapientia credulitatem notat. Etiam de *Andreae Mulleri* Chataja non optime exiſtimat. Contra Benjaminis Tudelenſis itinerarium fide dignum pronunciat, ſimul notans malos eius interpretes, *Ariam Montanum* et *Conſtantinum l'Empereur*, cuius notas ad Benjaminem pro indoctis annotationibus habet. Praeterea *Ioſephi Scaligeri*, itemque *Erpenii*, in hiſtoria Orientis hallucinationes notat; ac *Thomae Hydii* apologiam pro Perſis, quod ſcilicet ipſorum cultus ignis non fuerit idololatricus, reiicit. Cenſoriam iſtam praefationem, e qua animadverſiones litterarias ſtudio notavimus, excipit relatio ipſa. De Sinarum moribus varia narrantur; ipſi omnis doctrinae et ſcientiae expertes eſſe dicuntur caet. In annotationibus doctiſſimis locorum nomina barbara explicantur, errores huius itinerarii notantur, eiusque relationes cum recentioris aetatis itinerariis conferuntur. Imo integrae exhibentur diſſertationes, eaeque exquiſitae doctrinae pleniſſimae. Sic p. 159 ſqq. diſſerit Renaudotus de iudicio ferri candentis, in Sina quoque recepto; docetur, apud quas alias gentes illud in uſu fuerit. P. 165 ſqq. diſputat de metempſychoſi, quam Indi pariter ac Sinae ſtatuunt. P. 175 — 204 diligentiſſime exponit Sinenſium mores ac formam regiminis, praefatus, eam vulgo imperfectiſſime ac falſiſſime deſcribi. P. 205 — 227 diſſertatio exhibetur de hiſtoria Sinenſium naturali, ac de Ambra fuſe admodum

dum

dum agitur. P. 228—270 diſquirit, quando religio Chriſtiana in Sina diſſeminari coeperit, ſcilicet ſeptimo demum ſaeculo. Interpretatur etiam inſcriptionem Chriſtianam veterem, a. 1625 in Sina repertam, multosque notat et *Kircheri* et *Mulleri* errores in eius interpretatione commiſſos. Simul illos Proteſtantium erroris arguit, quibus in mentem venit, iſtam inſcriptionem plane pro ſuppoſititia habere. P. 271—324 diſputatur, quando et qua occaſione in Sinam delati fuerint ibique ſedes fixerint Muhammedani. P. 324—339 diſſeritur de Iudaeis in Sina verſantibus. Denique p. 340—397 de eruditione Sinenſium auctor copioſe agit. Perſtringit ſingulas diſciplinas, ac Sinenſium metaphyſices ac phyſices artisque medicae imperitiam pluribus coarguit. Aſtronomiae eosdem eſſe expertes, ex eo manifeſtum facit, quod in conficiendo calendario miſſionariis uſi ſint magiſtris, qui tamen ipſi non maximi fuerint aſtronomi; quodque Ieſuitis ſumma cura rerum mathematicarum ab imperatore Sinenſi fuerit demandata. Ad haec oſtendit, ipſorum chronologiam falſi convinci a ſcriptura ſacra. Quod ad ipſorum doctrinam moralem et politicam attinet, iudicat, eam abſolvi regulis ubique terrarum ac gentium vulgari uſu tritiſſimis, itemque caerimoniis ſuperſtitioſis; praeterea bonas ipſorum regulas ſine ulla methodo proponi. Addit, perperam Sinenſibus vulgo tribui inventionem artis typographicae, pyxidis nauticae, pulveris pyrii, globorum coeleſtium caet. Ipſorum ſcribendi rationem cenſet oſtendere ſimplicitatem Sinenſium, cum Europaeae gentes ſcriptura multo meliore magisque artificioſa utantur. — Haec aliaque huius generis in hoc opere docte aeque ac ingenioſe diſputantur; quae eo lubentius excerpſimus aut indicavimus, quo

minus multi talia in eodem quaerant, et quo ſtudioſius nonnulli aetatis noſtrae cenſores Sinenſium iſto uſi ſint, ſine ulla eius mentione, adeoque quae Renaudotus ante multos iam annos ſubtiliter diſputavit, hodie pro ſuis iudiciis venditarint.

Pinto. FERDINANDUS MENDEZ PINTO, Luſitanus, Sinam quoque ſaeculo decimo ſexto attigit, atque mendacia ſat multa de Sinenſibus diſſeminavit in itinerario, alibi recenſendo.

de Rhodes. ALEXANDRE DE RHODES *Divers voyages en la Chine et autres royaumes de l'Orient, avec ſon retour en Europe par la Perſe et l'Armenie.* à Paris 1653. 4 mai. ibid. 1666. 4 mai. ibid. 1682. 4 mai. — Idem ſcriptor hodoeporicus, cuius modo inter ſcriptores de rebus Tunchinenſibus meminimus, iter inſtituit atque abſolvit ab a. 1618 usque ad a. 1653.

d'Angelis. JEROME D'ANGELIS *Hiſtoire de ce qui s'eſt paſſé aux royaumes de la Chine et du Japon, tirée des lettres écrites les années* 1619—1621, *traduite de l'Italien par Pierre Morin.* à Paris .... 4. Utrum haec verſio ſit libri, inſcripti: *Relazione del Regno de Yezo* (Rom. 1625. 8.) an non, haud liquet. Auctor, Ieſuita Siculus, iuſſu imperatoris Iapanici, a. 1623 vivus crematus.

de Cevallos. P. ORDONNEZ DE CEVALLOS (Ieſuitae Hiſpani, verſus finem ſaeculi XVI Indiam obeuntis) *Relationes verdaderas de los Reynos de la China, Cochinchina, y Camboja.* Jaen 1628. 4.

de Feynes. H. DE FEYNES *Voyage fait par terre à Chine et le retour par mer.* à Paris 1630. 8.

Chin. reg. deſcriptio. Chinenſis regni deſcriptio ex variis auctoribus. *Lugd. Bat.* 1639. 24. ibid. 1663. 24. — Ad collectionem rerum publicarum Elzevirianarum pertinet. NICOLAUS TRIGALTIUS auctor quidem libelli perhibetur: ſed mutuata ſunt tantummodo

varia

aria ex eiusdem libro de Chriſtiana apud Sinas xpeditione: caetera ex aliis ſcriptoribus excerpta.

Voyage d'un Ambaſſadeur du Czar de Moſcovie la Chine l'an 1653 — 1656; in *Recueil de Voyages u Nord* T. IV. p. 535 — 555. Voyage d'un Ambaſſ.

JOHAN NIEUWHOF *) *Nauw-keurige Beſchryinge van 't Geſantſchap der Nederlandtſche Ooſt-Iniſche Compagnie, van Batavia na Peking in Sina, en den grooten Tartariſchen Cham, nu Sineeſchen eyſer gedaen door de Heeren Pieter de Goyer en Jacob de Keyſer, waer in meeſt alle groote en kleyne tteden, Dorpen, Kerken, Drachten der Inwoonders, oomen, Dieren, Vruchten enz. Die in de heen en Veerom Reys voorgekomen zyn, in meer als over de ondert koopere Platen vertoont worden: alles na 't wen geteekent en beſchreeven.* Amſterd. 1664. fol. **) bid. 1665. fol. (quae editio auctior praedicatur). *Theotiſce*, Amſterd. 1666. 4. Auctior edit. ibid. 669. fol. ibid. 1675. fol. Cum CL figg. aen. *Francogallice* a *Io. le Charpentier*, qui vero male em ſuam egit, Pariſ. 1666. fol. Amſterd. 1682. ol. Cum figg. aen. *Latine* a *Georgio Horn*, Amſterd. 1668. fol. Cum figg. aen. — Exoerpta exibentur in collectione itiner. Thevenotiana T. II . P. III; in collectione itiner. Prevotiana T. V; t in collectione itiner. Berolinenſi T. XIV. — 'raeter memorabilia huius legationis, a. 1655 usue ad 1657 peractae, ſitus provinciarum, urbes, nores incolarum, aliaque titulo indicata, multa ura deſcribuntur, atque proventus Sinae proprii, erte in Europa haud obvii, frutices in primis ac lantae ſcite delineantur. Hiſtoriae Sinenſis capita ionnulla circa finem operis narrantur. Quo cum Nieuwhof ſ. Nieuhof. ſ. Neuhof.

 opere

*) Cf. huius bibl. Vol. II. P. I. p. 351.

**) Catal. bibl. Ofzel. p. 109 habet annum 1663; numne hoc anno primum liber editus?

opere coniungimus ſtatim ſequens, a nonnullis pro parte altera operis Neuhofiani, licet minus recte, habitum:

Dapper. OLFERT DAPPER *Gedenk-waerdig Bedryf der Nederlandſche Ooſt-Indiſche Maetſchappye, op de Kuſte en in het Keyzeryk van Taiſing of Sina: behelzende het tweede Gezandſchap aen den Onder-Koning Singlamong en Veldheer Taiſing Lipoui; door Jan van Kampen en Konſtantyn Nobel. Vervolgt met een Verhael van het voorgevallen des jaers zeſtien hondert drie en vier en zeſtig, op de Kuſte van Sina, en omtrent d'Eilanden Tayawan, Formoſa, Ay en Quemay, onder 't gezag van Balthaſar Bort: En het derde Gezandſchap aen Konchy, Tartarſche Keizer van Sina en Ooſt-Tartarye: onder beleit van zyne Ed. Pieter van Hoorn. Beneffens een Beſchryving van geheel Sina. Verciert doorgaens met verſcheide koopere platen.* Narratio de legatione iſta ſecunda procurrit usque ad p. 208; inde ſequitur usque ad p. 504 relatio de tertia legatione Batava, ſpeciali hac epigraphe: *Derde Geſandſchap aen den Keizer van Sina, of Taiſing en Ooſt-Tartaryen, onder beleit van den E. Heer Pieter van Hoorn: behelzende deſſelfs voornaemſte voorvallen, op de open afreize, door de Landſchappen Fokien, Chekiang, Xantung, Nanking, Peking, en aen het Keizerlyk Tartariſch Hof. Afgezonden van Batavia, door de Hooge Regeering des Jaers zeſtienhondert zes en zeſtig, den derden van Zomermaend; daer weder op gekeert des Jaers zeſtienhondert acht en zeſtig in Loekmaend. Getrokken uit de gehoude dagh-aentekeningen, door Dr.* O. Dapper. Amſterd. 1670. II Voll. in fol. Cum figg. aen. *Anglice* a *Ioh. Ogilby*, Geographo et Coſmographo Anglico, hoc titulo: *Atlas Chinenſis* etc. Lond. 1671. fol. Cum figg. aen. *Theotiſce* ibid. 1674. II Voll. in fol. cum figg. aen. *Francogallice* in colle-

ollectione Thevenotiana T. II. ſ. p. III. Excerpta exſtant in collectione itiner. Prevotiana T. V. — Legationes iſtae Batavorum ſecunda t tertia, ſuſceptae a. 1662 ſqq. Memorablia notavit ARNOLDUS MONTANUS, eaque ad edenum tradidit Dappero. Quum legati iſti alias regni inenſis vias obierunt, alia multa diverſaque ab s, quae Neuhofius vidit ac deſcripſit, illis occurerunt, quae ſane elegantiore enarratore digna uiſſent. Nam Dapperi relatio nimis diffuſa ſineque recto ordine procedit.

Eodem tempore idem *Dapperus* aliud edidit ppus geographicum de imperio Sinico, plane diverſum, e variis ſcriptoribus compilatum, hoc uidem titulo: *Beſchryving des Keizerryks van Taiing of Sina, vertoont in de Benaming, Grens palen, Steden, Stroomen, Bergen, Gewaſſen, Dieren, Godsdienſt, Talen, Letteren etc. Verciert met verſcheide Koopere Platten. Beſchreeven door Dr. Dapper.* 'Amſterdam 1670. 240 pagg. in fol.

MICHAEL BOYM *Relation de la Chine;* in THEVENOT *Relation de divers voyages curieux etc.* T. I. ſ. P. II. Auctor, Ieſuita Polonus, idem eſt, qui a. 1656 Vindobonae Floram Sinenſem, hodie valde raram, typis excudi curavit. Boym.

DE BOURGES, ſupra inter ſcriptores de rebus Siamicis excitatus, de Sinenſibus, quos circa a. 1660 vidit, quoque retulit. de Bourges.

MARTINI MARTINI (ſ. Martini filii) China Illuſtrata. *Amſterd.* 1649. fol. *Francogallice* in collectione itiner. Thevenotiana T. II. ſ. P. III. Auctor, Ieſuita Tridentinus, multos per annos in Sina vixit ibique mortuus eſt a. 1661. Opus diu optimum in hoc genere praedicatum, donec melioribus cedere debuit. Martini.

Voyage

Grüber et d'Orville. *Voyage fait à la Chine en 1665 par* GRUEBER *et* D'ORVILLE. à Paris 1673. fol. et in collectione itiner. Thevenotiana T. II. ſ. P. IV. — *Grüber et d'Orville* miſſionariorum munere functi in Sina.

Bort. BALTHASAR BORT *Voyage naer de Kuſte van China en Formoſa by een geſtelt en berymt door* MALTHYS CRAMER. Amſterd. 1670. 8. Cum figg. aen.

Müller. ANDREAE MUELLERI, Greiffenh. Diſquiſitio geographica et hiſtorica de Chataja, in qua 1. Praecipue Geographorum nobilis illa controverſia. Quaenam Chataja ſit, et an ſit idem ille terrarum tractus, quem Sinas, et vulgo Chinam vocant, aut pars eius aliqua? latiſſime tractatur; 2. Eadem vero opera pleraque rerum, quae unquam de Chataja, deque Sinis memorabilia fuerunt, atque etiam nunc ſunt, compendioſe enarrantur. *Berolini* 1671. 4. Adiectum etiam ſcriptum hocce rariſſimum operi aeque raro, ſcilicet editioni *Pauli Veneti*, a *Müllero* iſto curatae, *Colon. Brandenb.* 1671. 4. Cf. huius bibl. Vol. I. P. II. p. 10. — Auctor, paene totum ſe vovens litteris orientalibus, poſt varia munera et fata praepoſitus ſ. ecclesiaſtes Berolini factus, amore tamen litterarum iſtarum captus, etiam hoc munere ſe abdicavit, atque Stettini vitam egit privatam usque ad mortem ſuam a. 1694. Omnia fere, quae litteris mandavit, rariora ſunt, quaedam rariſſima, quia id plerumque impenſis ſuis factum. Eruditionis multum quidem ſcriptis eius ineſt, at non ſatis ſubactae. Illud, de quo nunc ſermo eſt, omnia paene, quae de vocabulo Chataja eiusque ſignificatione dicta ſunt vel dici queunt, comprehendit. Ordine ſatis apto auctor uſus eſt. Sententias auctorum ſuperiorum ipſis eorum verbis, ordineque chronologico ponit; ex quibus demum hiſtoriae Chataicae ſummam condit ita, ut quae ſcriptores de Cha-

Chataja ac de Sina praedicent, diligentiſſime inter ſe conferat. Finita diſquiſitione apparet, vocabulum Chataja non ſemper unum idemque ſignificaſſe, v. c: interdum Tatariam ſic dictam magnam, interdum vero non hanc ſolum, ſed etiam Sinam.

P. DOMINGO FERNANDEZ NAVARRATE, *de la Orden de Pred. Tratados hiſtoricos, politicos, ethicos, y religioſos de la Monarchia de China. Deſcripcion breve de aquel Imperio, y exemplos raros de Emperadores y Magiſtrados; con Narracion difuſa de varios ſucceſſos y coſas ſingulares de otros Reynos y differentes Navigationes.* En Madrit, en la Imprenta Real 1676. II Voll. in fol. *Anglice* .... et in *Collection of Voyages and Travels* etc. (Lond. tertia edit. 1744. VI Voll. fol.) Vol. I. p. 1—313. *The Supplement to Navarrate's Account of China* ibid. Vol. VI. p. 751 ſqq. Excerpta exhibet collectio itiner. Prevotiana T. V. — Auctor, ordinis Praedicatorum ſ. Dominicanorum ſocius, e Caſtilia oriundus, ab a. 1657 usque ad a. 1673 in Sina vixit, religionis Chriſtianae propagandae cauſſa. Functus tandem munere epiſcopi inſulae S. Dominici, obiit 1689. Opus, nugis quidem et allotriis multis refertum, quibus tamen utilia ſcituve digna et a partium ſtudio aliena admixta, libris rarioribus accenſetur. Navarrate.

PETRUS VAN HOORN, teſte Lengleto T. XIV. p. 124 idiomate Belgico deſcriptionem Sinae itinerumque a Batavis verſus regnum iſtud ſuſceptorum Amſtelodami 1675. in fol. cum figg. aen. edidit: cuius vero notitiam exactiorem nuspiam indagare licuit. van Hoorn.

GABRIEL DE MAGAILLANS *Nouvelle Relation de la China, compoſée en 1668, contenant la deſcription des particularités les plus conſiderables de ce grand empire; traduite du Portugais par le Pierre* de Magaillans.

de

de B. (*Claude Bernou*). à Paris 1688. 4. *Anglice*, Lond. 1688. 8. — Auctor iuſſu P. *Furtado*, Vice-Provincialis Sinenſis hanc deſcriptionem compoſuit. Ampla in primis eſt narratio de urbe imperii primaria, Peking. Agitur praeterea de nominibus imperii Sinenſis, de eius magnitudine et diviſione, de eius antiquitate, de Sinarum indole ac lingua librisque, de aedificiis publicis, de navigatione, de forma regiminis etc. In calce adiecta auctoris vita, a *Ludovico Buglio*, Ieſuita elaborata. Ichnographia urbis vaſtiſſimae Peking non ab auctore, ſed ab editore Francogallico profecta.

Gerbillon. *Schreiben des P.* GERBILLON, *eines franzöſiſchen Jeſuiten, vom 22 Auguſt.* 1689; in Büſching's *Magazin für die neue Hiſtorie und Geographie* (178.) T. XIV. p. 385—408. — Francogallice ſcripta epiſtola *Du camp vis à vis de Hyszpw dans la Tartarie Orientale occupée par les Moſcovites, au* 51 *degré* 50 *minutes de latitude boreale, et environ dans le même Meridien que Pekin, à* 300 *Lieues de Pekin.* Scripta *Antonio Verjeur*, Ieſuitae Pariſienſi. Intelligitur ex illa, quibus artibus Ieſuitae ante hos centum annos uſi fuerint ad ſocietatis ſuae ſalutem in Sina confirmandam. Hiſtorica nonnulla de imperio Sinenſi, de eius bello ac pace cum Ruſſia tunc temporis inſtituta potiſſimum, ſimul traduntur.

Brand. ADAM BRANDS, *Seiner Königl. Majeſtät in Preuſſen Hof- und Commercien-Raths, Beſchreibung ſeiner groſsen Chineſiſchen Reiſe, welche er Anno* 1693 *von Moſcau aus über Groſs-Uſtiga, Siberien, Dauurien, und durch die groſse Tartarey bis in China, und von da wieder zurück nach Moſcau, innerhalb drey Jahren vollbracht. Sammt einer Vorrede Herrn* Paul Iacob Marpergers *von denen Reiſen insgemein, ſonderlich aber den orientaliſchen, und was vor Nutzen*

beydes

eydes die Europäer als Aſiatiſche Völker davon zu ewarten haben. Frankf. 1697. 8. (haec prima editio Marpergeri diſſertationem non prae ſe fert). Hamburg. 1698. 12. Editio auctior *Berol.* 1712, *Lübeck* 1723. 8. *ibid.* 1734. 8. *Belgice,* Ticlae 1699. 8. *Francogallice,* omiſſis multis, quae interpreti anonymo ſuperflua videbantur, adiectaque epiſtola auctoris anonymi *ſur l'état préſent de la Moſcovie.* Amſterd. 1699. 8. Addita eſt tabula geographica, extracta, titulo monente, conſenſu Ampliſſimi Conſulis D. Nicolai Witſen ex eius authenticis tabulis. *Anglice* in ſyntagmate Hodoeporicorum (*Collection of Voyages*) Londini a. 1704. in fol. excuſo Vol. II. Deſcriptio iſtius itineris brevior Latina exſtat in *C. G. Leibnitii* Noviſſimis Sinicis 1697. 8.) infra commemorandis. — Auctor, Lubecenſis, iuvenis ex patria, mercaturae cauſſa Moſcoviam profectus, illic linguae Ruſſicae, Eberhardi vero Iſebrandi, magni Moſcorum Ducis in Sinam legati, comes in itinere iſto praecipuus, Perſicae, Tataricae ac Sinicae inſignem ſibi paravit peritiam. Lubecam ex iſto redux a. 1697 a Ruſſis ad novum iter Sinenſe, Principis ſui ſuſcipiendum auſpiciis, invitatus. Inde vero a Friderico III, Electore Brandenburgico, primo Boruſſiae rege, in aulam ſuam evocatus, illi, Berolini pariter atque Regiomonti, a commerciorum erat conſiliis, imo legationi ab eodem deſtinabatur Perſicae, quam, omnibus huic neceſſariis iam praeparatis, mors regis, a. 1713 exſtincti, impedivit. Narratio de itinere iſto candida eſt atque ſimplex, minutiis paſſim obruta. Multa inſunt notatu digna et mapparum geographicarum correctioni inſervientia.

Cf. MOLLERI Cimbria litterata T. I. p. 64.

Isbrand Ides. Poſtea legatus ille ipſe, EBERHARDUS ISBRAND (ſ. YSSBRAND) IDES, iter ſuum deſcripſit Belgice hac epigraphe: *Dryiaarige Reize naar China, nevens eene Beſchryvinge van China.* t' Amſt. 1704. 4. ibid. 1710. 4. Cum figg. aen. Et *in Voyages au Nord* Vol. VIII. *Theotiſce*, Francof. 1707. 8. Deſcriptio Sinae, titulo memorata, a Sinenſi quodam, cui nomen KAU, confecta dicitur. Caeterum notitia exactior libri nos latet.

de Comte. LOUIS DE COMTE *Nouveaux Mémoires ſur l'état préſent de la Chine.* à Paris 1696. II Tom. in 12. ibid. 1697. II Tom. in 12. à Amſterd. 1698. II Tom. in 12. à Paris 1701. II Tom. in 12. *Theotiſce*, Francof. et Lipſ. 1696. 8. *Italice*, Florent. 1697. 8. *Anglice*, Lond....... ibid. 1737. 8. Epitome in collectione vulgo dicta Harriſia; et in collectione itiner. Prevotiana T. V. — Auctor erat unus e ſex illis Ieſuitis, quos Ludovicus XIV, Galliarum rex, in regnum Siamenſe, et inde ad Sinas, provehendis ibidem ſtudiis mathematicis curandaeque propagationi doctrinae Chriſtianae, ablegaverat. Suo igitur munere perfunctus epiſtolis XIV concinno ſtilo expoſuit itineris Sinenſis ſuperati commoda, incommoda, fata in dicto regno obiecta, ſecunda, ſiniſtra; labores pro religione Chriſtiana promovenda ſuſceptos, eorumque diſcrimina et ſucceſſus; eximium Imperatoris Sinenſis erga ſe et commilitiones ſuos favorem; perſecutiones Chriſtianorum, praecipue miſſionariorum; indultam poſtea Imperatoris gratia Chriſtianis ſecuritatem, et libertatis circa amplexandam religionem Chriſtianam, lege publica Sinenſibus promiſcue incolis conceſſae, hiſtoriam. Sed et praeterea Sinenſe Imperium per omnia, quae ad geographiam eius hiſtoricam, phyſicam et politicam ſpectant, momenta curioſe, ſupraque genium

et

et conſuetudinem aliorum ſcriptorum, quos idem argumentum occupatos eodem tempore habuit, teſtis ſcilicet oculatiſſimus, deſcripſit. Sinis quidem, ut omnes Ieſuitae, nimium favet, eorumque inſtituta ſupra modum extollit: deformat tamen raro obſervationes ſuas; quo fit, ut facta, ab eo narrata, ſententiis aut opinionibus latis paſſim contradicant. Curatius caeteris deſcribuntur regiminis forma, humanitatis leges, caerimoniarum ambitus, inſtituta civilia, dignitatum ordines, Principum et Mandarinorum conditiones et fortunae caet.

Cf. Acta Erud. a. 1698. p. 375—389.

Lettera d'un Padre Gieſuita, nella quale da notizia del ſuo Viaggio fatto alla China; in *Galleria di Minerva* (Venet. 1698. fol.) T. VI. p. 177-186. Lettera etc.

GEMELLI-CARERI *Giro del Mondo. in Venezia* 1719. IX Voll. in 8. in Napoli 1721. IX Voll. in 8. Tomus IV continet iter in Sinam. Cf. collectio itiner. Prevotiana T. V. — De opere integro alibi agetur. Sinae deſcriptione cautius utendum, quia auctor non omnia, quae narrat, ipſe vidit, ſed multa ex aliis itinerariis excerpſit. Aulam Imperatoris Sinici ſe vidiſſe affirmat, quod tamen Ieſuitae miſſionarii negant. A. 1695 in Sina verſatus eſt. Gemelli-Careri.

LOUIS LE GRAND *Nouveaux Mémoires de l'état préſent de la Chine.* à Amſterd. 1698. le Grand.

GIOV. GHERARDINI *Relation du voyage fait à la Chine ſur le vaiſſeau l'Amphitrite en* 1698. à Paris 1700. 12. Auctorem pictorem Italum fuiſſe quidem ſcimus, praeterea vero nihil. Gherardini.

JEAN DE FONTANEY *Lettre au P. la Chaize ſur ſon Voyage à la Chine, écrite en* 1703; in *Lettres edifiantes Rec.* VII p. 61—366. Excerpta in col- de Fontaney.

lectione itiner. Prevotiana T. V. — Auctor, cum aliis Ieſuitis in Siám, indeque in Sinam profectus a. 1687, plures per annos ibi moratus, geographiae praecipue ſtudioſus fuit.

Pſalmanaazar. GEORGE PSALMANAAZAR *Deſcription of the Iſland of Formoſa.* London 1704. 8. Cum figg. aen. *Francogallice*, Amſterd. 1705. 8. Cum figg. aen. *Theotiſce*, a *Phil. Georg. Hübner*, Frankf. und Leipz. 1716. 8. Cum figg. aen. — Antea alii iam inſulae Formoſae deſcriptiones dederant v. c. GEORGIUS CANDIDIUS, verbi divini quondam apud Belgas in ea inſula miniſter; cuius brevis narratio exſtat in T. V. collectionis itinerum Conſtantinianae, Francogallice editae, atque Vol. II. P. I. p. 365 ſqq. recenſitae; atque in collect. Anglica Churchilliana Vol. I. Porro MATTHIAS CRAMER paullo ante laudatus in itinerario Belgice elaborato de eadem inſula, tanquam teſtis oculatus, plura narravit; ita etiam MARTINUS MARTINI, ab *Adamo Oleario* quoque cum aliis itinerariis editus, *Hamburg.* 1696. fol. In collectione itinerar. Prevotiana T. VI. refertur de inſula Formoſa, potiſſimum e relationibus Ieſuitarum. Omnes autem ſcriptores de inſula iſta ſuperaſſe ſe iactavit quidam GEORGIUS PSALMANAAZAR, qui ibi natum ſe contendit: ſubleſtae vero fidei homo videtur, quem alii nusquam Formoſam vidiſſe, falſa veris mixta de ea narraſſe, hiſtoriamque omnem ipſum retractaſſe contendunt.

Cf. *Nachrichten von einer unter dem Namen Georg Pſalmanaazar bekannten Perſon, aus dem* Gentlemen Magazine; in *Neuen Bremiſchen Magazin* (1766) Vol. I. P. I.

Unverzagt. *Die Geſandſchaft Ihro Kayſ. Maj. von Groſsrußland an den Sineſiſchen Kayſer, wie ſolche Anno* 1719 *aus St. Petersburg nach der Sineſiſchen Haupt- und*

Reſidenz-

Reſidenz-Stadt Pekin abgefertiget; bey deſſen Erzehlung die Sitten und Gebräuche der Chineſen, Mongolen und andrer Tartariſcher Völker zugleich beſchrieben und mit einigen Kupferſtücken vorgeſtellet werden, von GEORG JOHANN UNVERZAGT. Lübeck 1725. 8. ibid. 1727. 8. Cum figg. aen. — Auctor legationis iſtius comes fuit; caeterum, ut videtur, vir illiteratus.

Journal von LORENZ LANGENS *Reiſe nach China;* in (Weberi) *verändertem Rußland* etc. P. I. p. 72—116. (ſec. edit. alt. de a. 1738. 4.) *Francogallice,* à Leide 1726. 12 mai. Et in *Recueil de Voyages au Nord* T. VIII. p. 219 ſqq. Excerpta exhibet collectio itiner. Prevotiana T. V. — Iter a. 1715 ſuſceptum annoque 1718 abſolutum. Auctor a Petro I, Ruſſiae Imperatore, in Sinam ob varia negotia miſſus, comitante medico Anglo, cui nomen *Garwin,* in deſcriptione imperii Sinenſis, varia adiecta, mira ſimplicitate atque candore uſus ideoque ſumma fide dignus eſt. Editio Francogallica aucta eſt memorabilibus Tataricis ac Sibiricis. Lange.

(DE LA BARBINAIS) LE GENTIL *Nouveau Voyage autour du Monde. Avec une deſcription de l'Empire de la Chine beaucoup plus ample et plus circonſtanciée que celles qui ont paru jusqu' à preſent, où il eſt traité des Moeurs, Religion, Politique, éducation et commerce des Peuples de cet Empire.* T. I. à Paris 1725. T. II et III. 1727. 12. ibid. 1728. III Voll. in 12 mai. à Amſterd. 1728. III Voll. in 12 mai. cum figg. aen. ibid. 1731. III Voll. in 12 mai, ſine figg. aen. Excerpta inſunt collectioni itiner. Prevotianae T. XII. — Iter ipſum coeptum a. 1714 atque finitum a. 1717. Auctor ſedecim epiſtolis obſervata a ſe exponit. Quis ille caeterum fuerit, nusquam traditur: litterarum hoſpes tamen le Gentil.

minime videtur. Nihil certe in eius relatione invenimus, quae fidei eiusdem officere poſſint. Maxima operis pars, nempe tomus primus editionis Amſt. 1731. a p. 157 usque ad finem integerque ſecundus, occupatur deſcriptione Sinae, titulo commemorata.

I. H. H. *Kurze Beſchreibung über des Schiffs Cron-Prinz Chriſtians glücklich gethane Reiſe, nach und von China, ſo den 25 October 1730 angetreten und den 25 Junii 1732 vollendet wurde; worinnen kürzlich angeführt iſt, was ſowohl in China als an andern Orten, auf der Hin- und Zurückreiſe merkwürdiges vorgefallen. Zuſammengeſchrieben von dem Prieſter deſſelben Schiffs* I. H. H. *Coppenhagen und Leipz.* 1750. 8. — Diarium ſatis macilentum nihil novi exhibet. Libellus e Danico in Theotiſcum ſermonem male verſus videtur.

Laimbeckhoven. GODEFREDI LAIMBECKHOVEN, *der Geſellſchaft Jeſu, von Wien nach China abgeſchickten Miſſionarii, darinn deſſen ungemein beſchwer- und gefährliche Schifffahrt von Genua bis Macao mit beygemengten vielen lehrreichen und aſtronomiſchen und geographiſchen Anmerkungen beſchrieben, und auf vieler Verlangen ihrer Annehmlichkeit halber, ſammt zwey von dem Autore ſelbſt auf eigenen Augenſchein fleiſſigſt verfertigten Waſſer- und Landkarten zum Druck befördert worden.* Wien 1740. 8. — Pauca quae inſunt nova vel obſervatu digna difficili dicendi genere exponuntur.

d'Anville. D'ANVILLE, *Geographe ordinaire de Sa Moj. très-Chretienne,* Nouvel Atlas de la Chine, de la Tartarie Chinoiſe, et du Thibet, *contenant les Cartes générales et particuliéres de ces Pays, ainſi que la Carte du Royaume de Corée; la plupart levées ſur les lieux par ordre de l'Empereur Cang-hi avec toute l'exactitude imaginable, ſoit par les P. P. Jeſuites Miſſionaires*

naires à la Chine, ſoit par des Tartares du Tribunal des Mathematiques, et toutes revûës par les mêmes Peres. Précédé d'une Deſcription de la Boucharie, par un Officier Suedois qui a fait quelque ſejour dans ce Pays. à la Haye, chez Henri Scheurleer 1737. fol. max. — Operi *du Haldiano*, proxime recenſendo, deſtinata fuit haec tabularum geographicarum collectio ſplendida, cui etiam inſerta eſt. Typographus Batavus modo dictus collectionem iſtam ſecunda manu curavit. Inſtituti ratio proditur titulo. Tabularum numerus eſt XLII, maximam partem a. 1708 usque ad 1718 delineatarum. Deſcriptio Tatariae Bucharienſis, prima vice luci publicae tradita, adiecta eſt, quia du Haldius leviter ſolum attigit in opere laudato terram iſtam. Cf. quae paullo poſt (art. *de Staehlin*) de hac collectione monentur.

Idem Geographus quadraginta annos poſtea doctiſſimum exhibuit libellum, hac epigraphe: *Mémoire ſur la Chine.* à Paris 1776. 8.

Recentiora fideque digniſſima de imperii Sinici ſtatu, minime invidia digno, referuntur in GEORG ANSON'S *Voyage round the World in the years* 1740—1744. (Lond. 1748. 4 mai.) de quo itinerario alibi. Anſon.

ISRAEL REINII diſſertatio Suecica: *Anmärkning ſamlade under en Reſa til China.* Åbo 1749. 8. — Auctor a. 1747 Sinam vidit. Deſcribit potiſſimum Sinenſium induſtriam eorumque commercia cum Europaeis. Reinius.

Cf. *Goetting. Zeit.* 1750. p. 882—885.

PETER OSBEK *Dagbok ofwer en Oſtindisk Reſa, und anmärkningar uti naturkundigheten. Med* (OLOF) TORÉN *Reſa til Surate och Oſtindien.* Stockholm 1757. 8 mai. Cum figg. aen. *Theotiſce*, a *Ioh. Gott-* Osbek et Torén.

Gottlieb Georgi, Roſtock 1765. 8. Cum figg. aen. *Anglice* a *Ioh. Reinold. Forſter*, Lond. 1772. 8. Cum figg. aen. Torenii itinerarium, diario Osbekiano adiectum, ſeparatim *Francogallice*, licentia ſat magna uſus, edidit *Dominicus de Blakford*, Mediolani 1771. 8; qui et adiecit relationem de ſtatu coloniarum Anglicarum in America ſeptentrionali, excerptam e *Douglaſii* opere atque e *Kalmii* itinerario. Quem Blakfordii librum anonymus Theotiſce reddidit, ſine ulla archetypi huius mentione, Lipſ. 1772. 8. *Osbek*, concionator nauticus, Linnaei diſcipulus, annis 1750, 1751 et 1752 iter in Sinam inſtituit, rebus naturalibus cum primis intentus; caeterum Sinenſium mores eodem fere modo, quo *Anſonus* et *Reinius*, deſcribit epiſtolis ad Linnaeum datis. *Torén*, itidem concionator nauticus, ſupra Vol. II. P. I. p. 376 iam a nobis laudatus, (ubi tamen nomen eius male ſcripſimus *Toren*) morum potiſſimum atque commerciorum rationem habet; pauca quidem, eadem vero fide digna, ut videtur, refert, in Sina verſatus a. 1751. Ichnographiam urbis Canton, in Anſoni itinerario exhibitam, minus exactam eſſe contendit.

Cf. *Götting. gel. Anzeig.* a. 1758. p. 931—936. a. 1772. p. 508 ſq.

Reichart. JOHANN PETER REICHARTS, *eines hochfürſtl. Brandenburg - Onolzbachiſchen Unterthanens und Burgers, auch geweſenen Kauf- und Handelsmanns zu Anſpach, zwanzigjährige Wanderſchaft und Reiſen in Weſt - und Oſt - Indien, ja alle vier Theile der Welt, wobey ſeine ganz beſondere Fata und ausgeſtandene Glücks - und Unglücks - Fälle, auch erlittene Religions - Verfolgung, Sclaverey, Gefängniſs, Bande, Ketten, und mehrmalige Todes - Erwartung, dann wunderbare Erlöſung und göttliche Führung bis an ſein ſeliges Ende, von Ihme ſelbſt getreulich aufgezeichnet,*

und

und auf Koſten der hinterlaſſenen Wittib dem Druck überlaſſen worden, mit einer von dem Seligen ſelbſt verfertigten Dedication und Vorbericht, und einem Anhange einiger von ihme gleichermaſſen gefertigten Liedern. Onolzbach 1755. 8. — Varia de Sinenſium moribus et commerciis narrat auctor ſimplex et candidus, qui circa a. 1735 in Sina vixit. Nos eius itinerarii alibi meminiſſemus, niſi idem ſic laudatum vidiſſemus, quaſi ſolummodo de Sina in eo ſermo eſſet.

Voyage d'un philoſophe, ou obſervations ſur les moeurs et les arts des peuples de l'Afrique, de l'Aſie et de l'Amerique. à Yverdon 1768. 12. à Maeſtricht 1779. 8. *Theotiſce*, Gedani 1773. 8. (ubi titulus, libellum e ſermone *Anglico* in *Theotiſcum* verſum eſſe, indicat; exſtat igitur forte verſio Anglica nobis ignota?) Aliam verſionem Theotiſcam exhibuit *Ioh. Pezzl*, Salisburgi 1783. 8. — Auctor POIVRE dictus, rebus Gallicis in inſula *de France* olim praefectus, plures Aſiae regiones, Sinam in primis, ipſe perluſtravit, iucundoque dicendi genere obſervata ſua, de Sinarum agricultura praecipue, quam ſummis extollit laudibus, expoſuit. Num veritati omnia ſint conſentanea, alii videant. Poivre

Cf. *Goetting. Anzeig.* a. 1768. p. 707—710.
GATTERERS *hiſtor. Bibl.* T. VIII. p. 257—262.

JACOB VON STAEHLIN, *Ruſſ. kaiſerl. Staatsraths, und Secretärs der Akademie der Wiſſenſchaften zu St. Petersburg*, Atlas von China, *nebſt einer geographiſchen Erläuterung deſſelben; abgefaſſet von einem gebohrnen Chineſen zu Pekin* 1746, *und aus der Chineſiſchen Sprache zu St. Petersburg* 1756 *von* Roſſochin *in die ruſſiſche, aus dieſer aber in die teutſche überſetzt;* in Büſchingii *Magazin für die neue Hiſtorie und Geographie* (1769) T. III. p. 575-604. Cum tab. geogr. — Duo Ieſuitae Pequi- v. Staehlin.

nenſes primae claſſis Staehlino collectionem tabularum geographicarum pannis ſericis delineatarum, quarum prima imperium Sinicum univerſum, ſedecim caeterae autem ſingulas eius provincias repraeſentant, dono dederunt. Geographi Sinenſes idiomate ſuo illam elaboraverant. *Hilarion Roſſochin*, viginti per annos Pequini commoratus, Sinicae linguae in academia ſcientiarum Petropolitana interpres, vir in litteris, cum Sinicis tum Mandſchuricis verſatiſſimus, eandem ſecundum veram pronunciationem Ruſſice reddidit. *Staehlinus* autem Ruſſicam hanc verſionem Theotiſce enunciari curavit. Editoris igitur munere ſolummodo functus eſt. Idem cum Roſſochino contendit, collectionem tabularum geographicarum Danvillianam, paullo ante a nobis recenſitam, nullius fere uſus eſſe; nomina locorum paene omnia peſſime eſſe deturpata ac corrupta; plura plane omiſſa caet.

Ekeberg. *Capitaine* CARL GUSTAV EKEBERGS *Oſtindiſka Reſa åren* 1770 *och* 1771. *Beſkrefen uti Bref til Kongl. Svenſka Vet. Academiens Secretarere.* Stockholm 1773. 8. Cum V tabulis aeneis. *Theotiſce* ſine his tabulis, auſpiciis *Ioannis Bernoulli*, Academici Berolinenſis, *Dresdae et Lipſ.* 1785. 8. — Supra Vol. II. P. I. p. 380 ſq. de hoc libro utili eiusque auctore breviter pro inſtituti ratione egimus. Hoc loco monendum, tribus epiſtolis, annis 1770 et 1771 ſcriptis omnem opellam abſolvi; tertiam, eamque longiſſimam de Sina, praecipue urbe Canton, exponere; auctor magni quidem facere Sinarum agriculturam *) ac parſimoniam, nihili

*) Idem *Ekebergius* tamen ſine nominis ſui mentione, olim iam ediderat: *Kort Berättelſe om den Chineſiska Landthusholdningen.* Stockholm 1757. 8. *Dominicus de Blakford* hanc de Sinarum agricultura, hortis et re pecua-

nihili vero eorundem alia inſtituta moresve. Nova ſolum tradere ſtuduit. Geographiae ſtudio quoque proſpexit. Bernoulli verſioni Theotiſcae appendicem adiecit, in qua excerpta hiſtorica tradit ex poëmate imperatoris Sinici hodierni, KIEN-LONG, in urbem Tataricam *Mukden*, a P. *Amiot* Gallice reddito et a *Deguigneſio* in lucem publicam edito hac epigraphe: *Eloge de la Ville de Mukden et de ſes environs; Poëme compoſé par* KIEN-LONG, *Empereur de la Chine et de la Tartarie, actuellement regnant. Accompagné de Notes curieuſes ſur la géographie, ſur l'hiſtoire naturelle de la Tartarie Orientale, et ſur les anciens uſages des Chinois; compoſées par les Editeurs et Tartares. On y a joint une Piece de Vers ſur le Thé, compoſé par le même Empereur. Traduit en François par le P.* Amiot, *Miſſionaire à Peking; et publié par* M. Deguignes. à Paris 1770. 4. Theotiſce igitur exhibentur praefationes *Deguigneſii*, *Amioti*, editorum Sinicorum et Tataricorum, ipſiusque imperatoris, eiusque edictum occaſione huius poëmatis; porro ſpecimina poëmatis duo, quorum alterum praecipue de animalibus et plantis Tatariae Sinenſis refert; denique narratio de provinciis locisque huius terrae. Finem imponit verſio poëmatis imperatoris *Kien-Long* de frutice potuque Thea.

Cf. *Goetting. Anzeig.* a. 1776. *Zugabe* p. 217—221.

Schreiben eines gebohrnen Schleſiers an einen ſeiner Freunde in Teutſchlande, gegeben aus dem groſſen Kaiſerthume China und deſſelben Reſidenzſtadt Pekin. Augsburg 1771. 8. Tres ſunt epiſtolae, a Ieſuita Benedict.

I 5 et

pecuaria relationem quidem brevem, ſed lectu digniſſimam, libro modo laudato addidit; cuius interpres Theotiſcus, itidem memoratus, eandem Theotiſce fecit.
Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1758. p. 959 ſq.

et Miſſionario, cui nomen BENEDICT, datae annis 1768, 1769 et 1770.

v. M** *Reiſe des Herrn von M** nach China in den Jahren 1773 und 1774; aus der noch ungedruckten franzöſiſchen Handſchrift ſeiner Briefe (überſetzt von* Bertuch); in *Teutſchen Merkur* a. 1775. Ian. Febr. Mart. Tertia epiſtola, Martio p. 245—269 inſerta, huc pertinet. Quae ibi a teſte oculato iueunde exponuntur, mirifice confirmant ab aliis recentioribus de Sinarum indole prolata. De imperatore hodierno deteſtanda narrantur.

Sonnerat. SONNERAT *Voyage aux Indes orientales et à la Chine, fait — depuis 1774 jusqu' en 1781.* à Paris 1782. II Voll. in 4. Volumine altero ſ. libro tertio eiusque capite primo de imperio Sinico agi, ſupra iam monitum eſt, ubi operis huius recenſum dedimus (Vol. II. P. I. p. 382). Relationes Ieſuitarum aliorumque Miſſionariorum ſuſpectas eſſe minusque dignas fide, et hic ſcriptor hodoeporicus affirmat. Ipſe nil ſe narrare contendit, niſi quae aut oculis ſuis uſurpaverit, aut quae a Sinenſibus ipſis acceperit; quae omnia ſane gentem hanc minime ornant.

Leontiew. *Krattſchajſche opiſanie ghorodam', dochodam' i prottſchemu Kitajſkagho ghoſudarſtwa, a pri tom'i wſjem' ghoſudarſtwam', koi Kitajtzam' ſwjedom' ü: w'übranoe iz' Kitajſkoj ghoſu darſtwennoj Gheografii, koja napetſchatana w' Pekinje na Kitajſkom' jaz'ükje pri n' ünjeſchnem' Chanje Kjan' Lunje, Secretarem* LEONTIEW'-ÜM'. W' Sanktpeterburghje 1778. 332 pagg. in 8. *Theotiſce* hac epigraphe: *Kurze Beſchreibung der Städte, Einwohner u. ſ. w. des Chineſiſchen Reichs, wie auch aller Reiche, Königreiche und Fürſtenthümer, welche den Chineſern bekannt ſind; aus der unter der Regierung des jetzigen Chans Kjan' Lun zu Pekin in Chineſiſcher Sprache gedruckten*

Chine-

hineſiſchen Reichs - Geographie ausgezogen von dem Herrn Secretair Leontiew. *Aus dem Ruſſiſchen ins Teutſche überſetzt von* M. Chriſtian Heinrich Haſe, Herzogl. Sächſ. Weimariſchen Conſiſtorialrath und *Paſtor zu Stadt-Sulza;* in Büſchingii *Magazin* 1780) T. XIV, p. 409 — 556. — Haec recentiſſima et perfectiſſima imperii Sinici geographia excerpta eſt ex opere: *Day-ſyn-i-tun-dſchy*, aſſervato in bibliotheca academiae imperialis Petropolitanae, ac diviſo in XXIV volumina ſeu CVII particulas. Mappae geographicae adiectae ſunt CCCCXCVI. Omnia iuſſu imperatoris hodierni ſocietate virorum doctorum elaborata. Quae de geographia regnorum Europaeorum ſubnexa leguntur, ſummam Sinenſium ignorantiam produnt.

Varias relationes recentiores, paſſim et antiquas, de rebus Sinicis, ex epiſtolis Ieſuitarum hauſtas exhibuit CHRISTOPH. GOTTLIEB VON MURR in eiusdem *Journal zur Kunſtgeſchichte und zur allgemeinen Litteratur* T. I. p. 95 ſqq. T. IV. p. 225. 229 ſqq. T. VI. p. 165 ſqq. T. VII. p. 252 ſqq. T. VIII. p. 93 ſqq. de Murr.

SECTIO III.

Scriptores de hiſtoria Sinenſi.

Multa huc ſpectantia quoque a ſcriptoribus ſectionis primae ac ſecundae referuntur. Addendi vero ſequentes, qui dedita opera hiſtoriam Sinicam proſecuti ſunt, partimque ad ſectionem ſecundam trahi poſſunt.

JUAN GONZALEZ DE MENDOZA *Hiſtoria de las coſas mas notables, ritos y coſtumbres del grand reyno de la China; con un itinerario del nuovo mondo del* de Mendoza.

del P. MART. IGNACIO, *de la Orden de S. Francisco.* en Roma 1585. & Anvers 1596. 8. *Italice* a *Franc. Avanzi*, Venet. 1586. 8. Genua 1586. 4. Venet. 1588. 8. ibid. 1590. 8. *Francogallice* a *Luc. de la Porte.* à Paris 1588. II Voll. in 8. (Additiones interpretis inſunt, teſte certe titulo). *Latine* hac epigraphe: Rerum morumque in regno Chinenſi maxime notabilium hiſtoria, ex ipſis Chinènſium libris et religioſorum, qui in illo primi fuerunt, litteris et relatione concinnata etc. Ex Hiſpanica lingua transtulit *Ioach. Brulius.* Francof. 1589. 4. Antverp. 1655. 4. *Theotiſce* ex verſione Itala, *Francof.* 1589. 4. (Haec verſio primam tantum operis partem continet). Ex hac verſione orta eſt alia Latina, ſic inſcripta: *Marci Henningi*, Auguſtani, Nova et ſuccincta, vera tamen hiſtoria de ampliſſimo potentiſſimoque, noſtro quidem orbi hactenus incognito, ſed perpaucis abhinc annis explorato regno, China etc. *Francof. ad M.* 8. Sine anno: in fine dedicationis tamen apparet a. MDXIC. Henningus affirmat, ſe verſionem Italam quoque conſuluiſſe, pluraque loca melius expreſſiſſe, quam interpres Theotiſcus. — Auctor, primum militiae addictus, poſtea ſocius ordinis S. Auguſtini, a Philippo II, Hiſpaniarum rege, a. 1576 in Sinam miſſus, huius regni hiſtoriam, maximam partem e libris Sinicis hauſtam, multisque ideo fabulis et mendaciis contaminatam, ſuperiorum iuſſu concinnavit. Poſt a. 1608 in America, epiſcopi munus Popajani obiens, mortuus eſt. Opus ipſum in libros tres diviſum, quorum primus decem capitibus deſcriptionem Sinae naturalem ac geographicam ſiſtit; ſecundus, decem quoque capitibus de rebus religioſis, de caerimoniis nuptialibus et ſepulcralibus, atque de cura erga pauperes agit; tertius capitibus XXIV de Sinae imperatoribus,

oribus, eorumque aula, de forma regiminis, de e militari ac litteraria, de re domeſtica etc. Tria nnexa ſunt itineraria: 1. MARTINI HERRADAE t HIERONYMI MARII, P. P. Auguſtinianorum, le a. 1577. 2. PETRI ALVARI, ſociis quibusdam P. P. Franciſcanis, de a. 1579. 3. MARTINI GNATII de a. 1581.

MATTHIAE DRESSERI *Hiſtorien und Bericht von dem newlicher Zeit erfundenen Königreiche China, wie es nach den Umſtänden, ſo zu einer rechtmäſsigen Beſchreibung gehören, beſchaffen.* Leipz. 1597. 4. Halle 1598. 8. — Tribus opusculum abſolvitur libris. Primo deſcribitur Sina cum adiacentibus terris. Secundus agit de religione Sinenſium; tertius de regibus Sinae. *Herradum*, Ieſuitam, modo excitatum, nominat Dreſſerus ducem praecipuum. Falſa et anilia inſunt permulta, nomina propria prave ſcripta haud pauca. Dreſſer.

MARCELO DE RIBADENEYRA *Hiſtoria de las iſlas del Archipelago y reynos de la gran China, Tartaria, Cochinchina, Malaca, Siam, Camboya, Japon, y de lo ſuccedito en ellos, à los Religioſos deſcalſos della Orden del Seraſico Padre S. Franciſco, de la provincia de S. Georgio de las Philippinas.* Barcelona 1601. 4. — Extremae raritatis liber, cuius auctor, Franciſcanus e Hiſpania oriundus, ipſe terras in titulo memoratas obivit. Multis in rebus aliter ſentit ac ſcribit, quam Ieſuitae. de Ribadeneyra.

Hiſtoire de ce qui s'eſt paſſé aux royaumes de la Chine et du Japon, tirée des lettres écrites en 1619, 1620 *et* 1621; *traduite de l'Italien en François par le P.* Pierre Morin, *Jéſuite.* à Paris 1624. 4. Archetypum Italicum plane nos latet; nec ſcimus, numne unum idemque ſit, quod alius Ieſuita Francogallicus hoc titulo vertit: *Hiſtoire de ce qui s'eſt paſſé aux royaumes de la Chine et du Japon, tirée des* Hiſt. de ce qui s'eſt paſſé etc.

des lettres écrites en 1621 *et* 1622; *traduite de l'Italien en François, par le P.* Jean Bapt. de Machault, Jéſuite. à Paris 1627. 8.

Maldonado. D. FRANC. DE HERRERA MALDONADO *Epitome hiſtorial del Reyno de la China.* Madrid 1621. 8.

Semedo. ALVARO SEMEDO S. I. *Imperio de la China, y cultura evangelica en el, por los Religioſos de la Compania de Jeſus.* Madrid 1642. 4. Roma 1643. 4. (hoc titulo: *Relatione della grande monarchia della China*). *Francogallice* a *Lud. Coulon*, à Paris 1645. II Partes in 4. — *Avec l'hiſtoire de la guerre des Tartares, contenant les revolutions arrivées en ce royaume, depuis quarante ans, par* MARTIN MARTINI. à Lyon 1667. 4. *Anglice*, Lond. 1655. fol. cum tabb. geogr. et figuris aere expreſſis. — Auctor, natione Luſitanus, per duo et viginti annos in Sina commoratus ibique 1658 mortuus eſt. Hiſtoriam eius Sinenſem redegit et in lucem edidit *Emanuel de Faria y Souſa.* Saeculo ſuperiore plures hiſtoriae Sinicae ſcriptores hoc opere frequenter uſi ſunt. Editiones archetypi ſummae raritatis aeſtimantur, praecipue Madridenſis.

Cf. FREYTAGII Anal. litt. p. 845 ſq.

Greslon. ADRIEN GRESLON, Jeſuite, *Hiſtoire de la Chine ſous la domination des Tartares, depuis* 1651 *juſqu' en* 1669. à Paris 1671. 8.

Martini. MARTINI MARTINII, Tridentini S. I. Sinicae hiſtoriae Decas I, res a gentis origine ad Chriſtum natum in extrema Aſia, ſive magno Sinarum imperio geſtas complexa edita cura Collegii Monacenſis S. I. *Monachii* 1658 4. *Amſtelod.* 1659. 8. *Francogallice* a *le Peletier*, Pariſ. 1692. II Voll. in 12. — Eiusdem auctoris geographia imperii Sinici ſectione praecedente laudata. In opere praeſente hiſtoria Sinarum antiquiſſima exponitur, multis

ſane

ſane fabellis repleta: nihilo minus inſunt, quibus ſi artem criticam rite adhibeas, commode uti poſſis. Praeter decadem primam nullam habemus.

Eiusd. Regni Sinenſis a Tartaris tyrannice evaſtati depopulatique concinnata enarratio. *Antverp.* 1654. 12. *Colon.* 1654. 12. *Amſterd.* 1655. 12. ibid. 1661. 12. Cum figg. aen. Legitur quoque in calce Atlantis Sinici eiusdem auctoris. *Francogallice*, Pariſ. 1654. 8. *Theotiſce* Amſt. 1654. 12. Cum figg. aen. *Belgice* a G. L. S. Delft 1654. 12. Amſt. 1660. 12. *Italice* a *Climaco Latini*, Milano 1654. 8. *Luſitanice*, Lisboa 1657. 8. — Vel copia editionum ac verſionum, quorum numerus noſtro forte maior, teſtatur, quanta cupiditate libellus olim lectus fuerit; nec hodie eius uſus vanus erit, ſi mutationem iſtam rerum Sinicarum exacte ſcire velis. Conſuli tamen merentur etiam ſcriptores duo ſtatim ſequentes:

JUAN DE PALAFOX Y MENDOZA *Hiſtoria de la Conquiſta de la China por el Tartaro.* en Paris 1670. 8. *Francogallice* a *Collé.* ibid. 1670 8; et Amſterd. 1723. 12. *Anglice*, Lond. 1671. 8. — Auctor, multum a Ieſuitis vexatus cuiusque memoriam vel noſtro adhuc ſaeculo calumniis contaminare ſtuduerunt, mortuus eſt a. 1659, munere epiſcopi Oſmae in Caſtilia vetere functus. de Palafox.

FRANCISCI DE ROUGEMONT Hiſtoria Tartaro-Sinica ab anno 1660 ad annum 1668. Lovanii 1673. 8 — Auctor, Ieſuita, in Sina mortuus eſt a. 1671. de Rougemont.

ANDREAE MUELLERI Hebdomas obſervationum Sinicarum. *Coloniae Brandeburg.* 1674. 4; et in eius opuſculis mox recenſendis. Antequam haec colligeret, edidit librum ſequentem: Müller.

Speciminum Sinicorum ANDREAE MUELLERI, Greiffenhagii, decimae de decimis, una cum

Man-

Mantiſſis. ſ. l. 1685. fol. — Ineſt *diſquiſitio de Eclipſi paſſionali*, in Sinicis etiam annalibus deſcripta, quae res non ſolum in admirationem Huetium aliosque eruditos rapuit, ſed inſignem quoque confirmationem religionis Chriſtianae ſuppeditare viſa eſt, qua impulſus Müllerus diſquiſitionem hanc inſtituit, praemiſſo textu Sinico, notis genuinis deſcripto, cum lectione Mandarinica, ſynonymis variarum linguarum, et verſione Latina. Subiiciuntur notae ad hanc verſionem. Hinc ſequitur *Specimen Lexici Mandarinici*, per occaſionem vocabuli Xim, quod in textu iſto palmarium eſt. Poſtea ipſa de Eclipſi paſſionali diſquiſitio inchoatur, non magni, ut nobis quidem videtur, aeſtimanda. Adiunctus eſt catalogus librorum Sinicorum bibliothecae Electoralis Brandenburgicae, CCC circiter tomorum ſ. involucrorum, maxime manu ſcriptorum, in Mülleri bibliotheca exſtantium.

Eiusdem Opuſcula nonnulla orientalia uno volumine comprehenſa. *Francof. ad Oderam* 1694. 4. (Exſtare dicuntur libri exempla, quibus annus 1695 eſt praefixus). — Auctor rerum Sinicarum notitiam adeo egregiam aſſecutus erat, ut eo tempore ex Europaeis ſe ſuperiorem haberet plane neminem, poſtea vero eo plures. Opuſcula iſta, ſigillatim antea edita, res potiſſimum Sinicas illuſtrant. Primum nempe locum occupat *hiſtoria Chataica* ſ. Sinica, per ABDALLAM, patria *Beidavaeum*, qui ſaeculo XIII poſt C. N. vixit, *Perſice* conſignata. Hunc variarum in Oriente dynaſtiarum compendia hiſtorica ſcripſiſſe, et iis *lineae hiſtoriarum margaritariae* in ſua lingua feciſſe titulum obſervat. Omiſſis caeteris compendiis octavum ſolum (in quo a primo Sinarum, quem vocat, regem *Puon-cu* exorſus, usque ad poſtremum, quem *Altunchan* nuncupat, Abdalla progreditur) Perſice

non

non modo, ſed Latine etiam ex ſua interpretatione Müllerus exhibuit, ac notas ubique ſubiecit. *Theoph. Sigef. Beyer*, iudex harum rerum fide dignus, in Theſauro epiſt. Lacroziano T. I. p. 26 de hoc opuſculo ſic iudicat: „Optimus ſane Mül-„leri labor, ſed ex malis Perſicis inquinatius non-„nunquam vertit Latine.“ Sequitur: *Monumentum Sinicum cum commentario novenſili.* Tribus abſolvitur partibus, a. 1672 ſigillatim evulgatis. Praemittitur hiſtoria monimenti celebratiſſimi marmorei, quod anno poſt C. N. 780 exaratum et a. 1625 in provincia Xenſy ad eius metropolin Siganfu repertum fuiſſe dicitur, ut ſcriptura ex parte Sinica, ex parte Syriaca, hiſtoriam Chriſtianiſmi inter Sinas praedicati ſiſtat. Huius ante omnia lectionem ſeu phraſin cum verſione et metaphraſi paraphraſique copulatam communicat. Cum enim Athanaſius Kircherus in China ſua illuſtrata poſtea recenſenda, id produceret, novumque theologis A. C. ex illius contentis faceſſeret negotium, eius in ſe recipere examen Müllerus minime detrectavit, ac iſtud adeo non correctius modo edidit, verum tonos quoque vocabulis adiunxit, defectus apud Kircherum occurrentes ſupplevit, errataque ſuſtulit. Subiungitur commentarius, ab auctore appellatus, *novenſilis*, nempe: 1. *criticus*, circa editionem ipſius tabulae; 2. *grammaticus*, circa voces et notas, notarumque lectionem et interpretationem, item de ratione accentuum; 3. *philologicus*, circa Siniſmos; 4. *chronologicus*, circa deſignatas hoc loco epochas et tempora; 5. *proſopographicus*, circa nomina perſonarum, hiſtoriae item ſumma; 6. *notitiarum*, circa nomina officiorum tam externorum quam eccleſiaſticorum; 7. *geographicus*, circa nomina locorum; 8. *phyſicus*, circa res naturales, quarum aliqua fit mentio; 9. *theologicus*, circa fidei capita

rituumque obſervantiam, uti illa hic proponuntur. Haec ipſa ſunt auctoris verba. — *Hebdomas obſervationum Sinicarum*, et quidem 1. epitome hiſtoriae Sinicae antiquiſſimae iuxta ac recentiſſimae; 2. notitia Evangelii in Sinis; 3. elenchus regum Sinicorum, quotquot hodie Sinenſium annalibus nondum integre editis de nomine noti ſunt; 4. iconiſmus et deſcriptio herbae laudatiſſimae *Ginſeng* dictae; 5. memorabilis planetarum ſynodus; 6. ſpecimen commentarii geographici circa *Marci Poli Veneti* hiſtoriam orientalem; 7. hebdomadica dierum diſtributio eorumque denominatio a planetis Sinis etiam olim uſitata. — *Commentatio alphabetica de Sinarum magnaeque Tartariae rebus ex auctoris commentariis ſuper Marci Poli Veneti hiſt. orient. aliisque magno numero manuſcriptis excerpta ac ſaltim delibata.* — *Imperii Sinenſis nomenclator geographicus*, ut et eiusdem imperii mappa geographica plane nova, eaque e multo ampliore tabula, quam ſcil. ipſi Sinae ediderunt, in arctiorem formam redacta, plurimisque locorum partim nominibus, partim numeris nomina indicantibus, in Romano litterarum habitu veſtita, una cum praefatione de re geographica Sinenſium deque mappa Witſeniana. Hoc ſcriptum a. 1680 ſeparatim editum fuerat. — *Baſilicon Sinenſe*, ſeu primorum hominum, regum et imperatorum Sinenſium ſeries, nomina, cognomina, aetas, res quaedam geſtae, aliaque ab exordio ad noſtra usque tempora. A. 1679 primum editum. — *Epiſtolae duae* ano e-bææ, una *Moſis Mardeni*, Syri, qui ex Meſopotamia ſaeculo XVI in Europam venit, altera *Andr. Maſii*, Cliviaci Ducis conſiliarii, cum verſione et notis. Haec nihil ad Sinam. — *Diſſertationes duae* de Moſe Mardeno una; de Syriacis librorum ſacrorum verſionibus, deque Viennenſi Antiocheni

textus

textus novi teſt. editione, altera. Epiſtolae iſtae cum his diſſertationibus primum a. 1673, *Symbolae Syriacae* inſcriptae, editae fuerant.

Cf. Acta Erud. a. 1695. p. 17 ſqq.
(BAUMGARTENS) *Nachr. von einer Hall. Bibl.* T. I. p. 97 — 103.

PIERRE JOSEPH D'ORLEANS, *Hiſtoire des deux conquerans Tartares Chunchi et Camhi, qui ont ſubjugué la Chine.* à Paris 1688. 8. — Hic ſocius ordinis Ieſuitici, in prima libri parte ex relationibus Ieſuitarum hiſtoriam Tataricae expeditionis in Sinam praemittit, qua, oppreſſa regum indigenarum familia, imperium Sinae ad Tataros prevenit. Altius haec repetit ſcriptor, et antiquam Tatarorum irruptionem, quae a. 1281 accidit, et annos LX continuata fuit, breviter exponit: ſed praecipua primae partis materia eſt regnum illius *Chunchi*, quem a. 1644 *Amavanus* patruus et tutor in thronum Sinenſium evexit. Sequitur parte altera hiſtoria *Camhi*, quem pater *Chunchius* filium et ſucceſſorem reliquit octo annorum puerum. Ieſuitis poſtea mirifice favens, ideoque ſummis condecoratus laudibus. Subiungitur relatio itineris ſumtuoſiſſimi et moleſtiſſimi, ab imperatore in Tatariam orientalem, avitum regnum, a. 1682 ſuſcepti; aliusque anno ſequenti inſtituti. Multa notat auctor de ſacerdotibus Tatarorum, quos *Lamas* vocant. Differit inde de celebri illo muro, qui Tataros et Sinenſes diſterminat, eumque ſeptem illa decantata mundi miracula longe ſuperare exiſtimat. Additur libro appendix incongruens de obſidione et liberatione urbis Goae, Luſitanorum in inſula Indici littoris coloniae, relata ex litteris menſe Ianuario a 1685. Goae ſcriptis. d'Orleans.

Cf. Acta Erud. a. 1688. p. 382 ſqq.

Wagner. JOH. CHRISTOPH WAGNERS *mächtiges Kayſerthum Sina und die aſiatiſche Tartarey.* Augsburg 1689. fol.

Mentzel. CHRISTIANI MENTZELII, Phil. et Med. D. Conſiliarii et Archiatri electoralis Brandenburgici, *Kurze Chineſiſche chronologia, oder Zeitregiſter aller Chineſiſchen Kaiſer von ihrem alſo vermeinten Anfange der Welt bis hieher zu unſern Zeiten, in einer richtigen Ordnung von Jahren zu Jahren vorgeſtellt.* Berlin 1696. 4. — Liber extractus ex Catecheſi quadam Sinica, inſcripta: *Siao ul lun* ſive *hio* i. e. parvulorum filiorum ſermones ſ. doctrina. Ad inſtitutum felicius exſequendum, auctor in primis conducere arbitratur, ſi totius chronologiae Sinenſis decurſum, cum textu Sinico, ſed Latina et Germanica explicatione illuſtrato, exhibeat, ſua quoque adiecta, quam fovet, opinione, quam quidem duabus complexus eſt tabulis. In his ſiſtitur textus Sinicus, ut characteribus ſuis ab ipſis exprimitur, cum pronunciatione tum Latina tum Germanica. Quibus ſuccedunt ſinguli imperatores, ſecundum familias, in quas diſtincti ſunt, et eo, quo ſe exceperunt, ordine. De iis memoratur, quid unusquisque egerit, quid invenerit, quem animum adverſus ſubditos, et hi adverſus illum, geſſerint; ſtudioſe quoque annotatur tempus, quo quisque regnaverit, et ad noſtram, quam Chriſtiani ſequimur, chronologiam comparatur. In fine annectitur brevis relatio legationis Ruſſicae in Sinam anno 1693 et ſqq. ab Isbrando, ſupra memorato, obitae.

Roland. ERICI ROLAND de magno Sinarum imperio diſſertatio. *Holmiae* 1697. 8.

Notizie etc. *Notizie varie del' imperio della China, e di qualche altro paëſe adjacente; con la vita di Confucio.* Firenze 1697. 12.

Etat

Etat preſent de la Chine, en figures gravées par P. GIFFART, *ſur les deſſeins apportés au Roi par le P. J.* (JOACHIM) BOUVET, *Jeſuite.* à Paris 1697. fol. Excerptum exſtat in collectione itiner. Prevotiana T. V. — Auctor, ab imperatore Sinenſi, *Kang-hi*, a. 1693 in Europam miſſus, deſcribit iter ab urbe Pekin verſus Kanton. Idem exhibuit. Bouvet & Giffart.

Portrait hiſtorique de l'Empereur de la Chine, preſenté au Roi (de France). à Paris 1697. 12. à la Haye 1699. 8.

PHILIPPI COUPLET, Soc. Ieſ. Tabula chronologica Monarchiae Sinicae. *Vindob.* 1703. in 12 oblong. — Libellus adiectus etiam eiusdem auctoris *Confucio Sinarum philoſopho*, de quo ſectione proxima. Poſt praefationem ſive introductionem in chronologiam Sinicam ſeries regum ſ. imperatorum ipſa ſequitur, ab *Hoang-ti* a. 2697 ante Chr. nat. usque ad *Hiao-pim-ti* a. 1683 poſt Chr. nat. Singulis nominibus breviter narrata de rebus geſtis et regni mutationibus ſubiuncta ſunt. Appendix exhibet hiſtoriam decreti, a. 1692 in favorem Chriſtianiſmi dati. Subnexa eſt tabula imperii Sinici geographica ſat elegans, in qua praecipue loca notata, quibus Chriſtianis templa exſtruendi facultas data fuit. Couplet.

Cf. *Hamburg. Bibl. hiſt.* Cent. II. p. 94 ſqq.

FRANCISCI NOËL, Soc. Ieſu, Obſervationes mathematicae et phyſicae in India et China factae ab anno 1684 usque ad a. 1708. *Pragae* 1710. 4. — Quem librum ideo hoc loco excitamus, quia mappis et geographiae aeque ac chronologiae imperii Sinici emendandae egregie inſervit. Plurium enim urbium longitudo et latitudo determinata; illuſtrata varia ad aſtronomiam Sinicam Noël.

 ſpectan-

ſpectantia, nempe cycli, anni, menſes, dies, horae, conſtellationes, ſigna coeleſtia, et omnium ſtellarum nomina Sinica, una cum menſuris et ponderibus Sinicis. Reliqua libri utilis argumenta intelligi poſſunt ex *Actis Erud.* a. 1711. p. 383—390. Eiusdem fere argumenti liber eſt ſequens:

Souciet. E. SOUCIET, *de la Comp. de Jeſus*, *Obſervations mathematiques*, *aſtronomiques*, *geographiques et phyſiques*, *tirées des anciens Livres Chinois ou faits nouvellement aux Indes et à la Chine par les Peres de la Compagnie de Jeſus.* à Paris 1729. 4. Cum 8 tabb. aen. — Poſt obſervationes de aſtronomia Sinenſium et Indorum ſequuntur geographicae, nimirum: Deſcriptio inſulae *Poulo-Condor*, itemque urbis *Canton;* diarium itineris P. *Gaubilii* et *Jacobi* ab urbe Canton ad metropolin Sinenſem, Pekinum (inſertum etiam collectioni itiner. Prevotianae T. V.); epiſtola Gaubilii de longitudine urbis Aſtracan; ichnographia et deſcriptio Pekini; ſitus metropolis Coreae, *Kong-Ki-Tao;* commentatio de origine fluviorum *Irtis* et *Oby*, itemque de regionibus ſeptentrionalibus et orientalibus circa mare Caſpium; relatio Sinenſis de itinere ab urbe *Pekin* ad oppidum *Tobol*, atque inde in regionem Torgautorum, qui ad ſeptentrionem maris Caſpii incolunt, cum annotationibus, ad pronunciationem nominum propriorum, more Sinenſi, potiſſimum ſpectantibus; deſcriptio regionis *Tſe-wang-raptan;* excerpta ex litteris R. P. N. de mappa geographica regionis circa promontorium *Comorin*, itemque inſulae *Ceilan*. In obſervationibus chronologicis primo loco agitur de initio anni apud Sinenſes; deinde compendium chronologicum annectitur hiſtoriae priorum V imperatorum Mogolicorum, quod ex hiſtoria Sinenſi excerpſit P. *Gaubilius*. Appendicis loco additae ſunt obſervatio-

vationes quaedam de oris peninſulae intra Gangem, de Zodiaco Indorum, deque nominibus, quae iſta gens tribuere aſtris ac planetis ſolet. Denique poſtremum libri locum occupat tabula ſatis ampla, in qua longitudines et latitudines cum praecipuarum urbium Sinenſium et Indicarum, tum et omnium aliorum locorum in univerſo terrarum orbe, ex optimis auctoribus collectae exhibentur.

Cf. Acta Erud. a. 1730. p. 86—91.

THEOPHILI SIGEFRIDI BAYERI Muſeum Sinicum, in quo Sinicae linguae et litteraturae ratio explicatur. *Petropoli* 1730. 8. — Duos tomos hoc opus complectitur, quorum alteri auctor praefixit accuratam narrationem de progreſſu litteraturae Sinicae in Europa, ubi inde ab antiquiſſimis temporibus rem repetit, virorumque doctorum conatibus laudibusque recenſitis usque ad ſuam aetatem hiſtoriam deducit. Hanc excipiunt narrationem duo libri Grammaticae Sinicae. In altero volumine duo Lexica Sinica proponit, docetque, quomodo litterae Sinicae et diſponi per claſſes et ad prima elementa referri debeant. Porro dedit ſpecimen Lexici Sinici, quo mercatores uterentur, in quo aulae Sinicae officia bellique et pacis munia recenſentur, Grammaticamque tradidit linguae popularis, cuius uſus in provincia Chiu-Chieu viget. Attexuit etiam libellos aliquot, quorum lectio eorum animos iuvat, qui, quid aliis in regionibus homines agant, ſcire velint. Nam de Lexicis, de ſcriptura, de litteris, eloquentia, doctrina temporum, menſura et ponderibus Sinenſium expoſuit; de Confucii vita et ſcriptis quibusdam nos certiores reddidit, atque de originibus Sinicis, eo, ut inquit ipſe, conſilio egit, ut oſtenderet, Bayer.

deret, creatae univerſitatis qualis memoria apud Sinas exſtaret, et quam adeo non metuere debeamus ab eorum hiſtoria et chronologia, ne coeleſtis veritatis lux obſcuretur. *Abdallae Beidavaei* annales Sinicos longe doctius, Andrea Mullero, ante memorato, illuſtravit. Eſt profecto hoc muſeum liberaliter a Bayero inſtructum, atque facile oculos allicit multiplex rerum exquiſitarum varietas; placet etiam elegantia illa et venuſtas, qua totam ſupellectilem diſpoſuit atque polivit. Ipſe vero, ut ſolebat ſemper, modeſte de hoc opere iudicavit et aliquot annos poſt omiſſa quaedam aut perperam dicta cum ſupplevit, tum emendavit in alio libro, ita inſcripto:

T. S. BAYERI de horis Sinicis et cyclo horario commentationes: accedit eiusdem auctoris Parergon Sinicum de Calendariis Sinicis: ubi etiam quaedam in doctrina temporum Sinica emendantur. *Petropoli* 1735. 4. In quo non ſolum chronologiam Sinicam illuſtrat erroresque quosdam in doctrina temporum Sinica commiſſos tollit, ſed chronologiam quoque aliorum Orientis populorum attingit. Opportune etiam addidit duo monimenta Sinica, illuſtrando huic argumento quae maxime inſerviunt.

Huc etiam pertinent, quae Bayerus ſcripſit de re *numaria Sinenſium*, in *Miſcellaneis Berolinenſibus* T. V. p. 175 ſqq. Epiſtolae variae ad Bayerum de rebus Sinicis a viris doctis datae, quarum collectionem inſcripſit: *Commercium epiſtolare Sinicum;* ibid. p. 185; atque alia *de Ferdinandi Verbieſti S. I. ſcriptis Sinicis, praeſertim de eius globo terreſtri;* ibid. T. VI.

du Halde. J. (JEAN) B. (BAPTIST) DU HALDE, *de la Compagnie de Jeſus, Deſcription geographique, hiſtorique, chronologique, politique et phyſique de l'Empire de*

e la Chine et de la Tartarie Chinoiſe, enrichie des Cartes générales et particuliéres de ces Pays, de la Carte générale et des Cartes particuliéres du Thibet, de la Corée, et ornée d'un grand nombre de Figures et de Vignettes gravées en Taille-douce. à Paris 735. Tomi IV in fol. mai. (T. I. Alph. 5. plagg. 2, cum mappis 17 et tabb. aen. 7. T. II. Alph. 7. lagg. 20, cum tabb. aen. 8. T. III. Alph. 6. plagg. , cum tabb. aen. 5. T. IV. Alph. 5. plagg. 15, um mappis 25). *à la Haye* 1736. IV Tomi in mai. cum mappis et figg. aen. *Anglice*, Lond. 742. II Voll. in fol. Cum tabb. aen. Epitomen Anglicam operis Duhaldiani eamque nimis man- am exhibuerat *Richardus Brookes*, hoc quidem itulo: *General hiſtory of China, Chineſe Tartary, Corea and Thibet, done from the celebrated work of he Pere du Halde: in which are compriſed all the utentick accounts, formerly publiſhed by Lewis le Comte.* Lond. 1741. IV Voll. in 8. cum figg. aen. *Theotiſce*, Roſtoch. 1747 — 1749. IV Voll. in 4 mai. um tabb. aen. et praefatione interpretis, in qua ibri nonnulli de geographia et hiſtoria Sinica breviter indicantur. Tomo ſecundo huius verſionis raefixa eſt I. L. MOSHEMII hiſtoria Sinae eccleiaſtica recentiſſima, ſeparatim quoque edita, de ua poſtea. Tomo tertio et quarto praemiſſa eſt *Frereti* diſſertatio de chronologia et litteratura Siica. Tomo quarto, quo narrationes Francogalli e itineribus Ieſuitarum in Tatariam in compendium redactae, adiuncta eſt verſio operis Kaempferiani de Iaponia, de quo capite proximo. *Ruſſice*, ab *Ignatio de Teils*. Petropoli 1774 ſqq. 4. Cum figg. aen. — Opere Duhaldiano potiſſimum uſi ſunt compilatores collectionis itinerariorum Prevotianae T. VI, ubi et tabulae variae aeneae repetitae ſunt. — Excerpta exhibet col-

lectio itinerariorum Berolinenſis Theotiſca T. VI et VII. — In hiſtoria hac condenda uſus eſt auctor magno illo apparatu librorum a Sinis confectorum, ex quibus, quanquam caeteroqui multa continebant ad inſtitutum parum aut nihil prorſus facientia, hoc ſaltem profecit, ut de veritate earum rerum, in quibus deſcribendis exactiſſime inter illorum auctores conveniebat, certior redderetur. Praeterea autem cum miſſionariis, in Europam reverſis, Ieſuitis ſcilicet, ſententias diligenter contulit, dubias cauſſas quam plurimas perquiſivit, commerciumque litterarum cum miſſionariis, per Sinam omnem divagantibus, viginti quatuor annos et amplius continuavit; denique, toto iam opere abſoluto, cum Ieſuita *Contancino*, XXXII annos in Sina commorato, ac commodum Pariſios reduce, quicquid in litteras retulerat, communicavit, eiusque monitis ſuam in rem uſus eſt. Tali modo mediam quaſi ingreſſus viam, nec omnia, nullo habito diſcrimine, probavit, quae a Sinenſibus, rerum ſuarum magnopere praedicandarum ſtudioſis, conſignata erant, neque uni tantum cauſſae, relictis aliis omnibus, intentus, plura memoratu haud indigna praeteriit. Apponit etiam nomina miſſionariorum, quorum ſcriptis, ſive manu exaratis, ſive typis expreſſis, uſus eſt. Primo loco Sinenſe, qua patet, imperium generatim deſcribit, nihilque paene omittit, quod eo valet, ut naturae divitias, larga manu diſperſas, contueamur propius. Sequitur deſcriptio ampla magni muri, Tatarium a Sina ſeiungentis, dehinc populorum, *Si-fan* aut *Tu-fan*, ſuis olim legibus utentium, at inteſtinis bellis adeo debilitatorum, ut tandem a Sinenſibus ſubiugati fuerint. Tatarorum *Coconor*, nationumque *Lo-los* et *Miao-ſſe* res fuſe ob oculos ponuntur. Tum itinera *Buveti*, *Fontanaei* aliorumque

eſuitarum, ſeparatis temporibus per provincias omplures inſtituta, enarrantur. Poſtremum locum occupant Annales Sinenſes, imperatorumque in XXII dynaſtiis virtutibus vitiisque onſpicuōrum, res prave laudabiliterque geſtae. Multum eſt auctor in eo, ut fidem faciat, hiſtorias nperatorum, vel antiquiſſimorum, ab hominibus equalibus conſignatas et ad memoriam noſtram ervatas eſſe. Tomo II exponitur de antiquitate c magnitudine imperii, de potentia auctoritateque nperatoris, de ſigillis imperii, atque ſolennibus in orum traditione obſervatis, de reditibus ac exenſis, de imperatoris palatio, apparatuque, cum x palatio in publicum prodit. Tum de forma egiminis, de tribunalibus, Mandarinis, eorum fficio, poteſtate, ac honore, quo eos Sinenſes roſequuntur; de ſtatu bellico, exercitu, armis, aſtellis, munimentis, varioque maiorum tormenorum genere; de ordine in urbibus, viisque publiis, obſervato, de vectigalibus, curſoribusque ublicis, de nobilium ordine, educatione, vitae enere; de terrae fertilitate, agricultura, ac amore, uo complectuntur eos, qui eidem operam dant; le artificum induſtria, nec non plebis; de genio c indole, phyſiognomia, geſtibus, domibus Sinenium, ornatuque earum; de ſplendore, cuius in ineribus, pontibus, arcubus triumphalibus, poris, turribus, murisque conſtruendis, ac feſtis cebrandis peramantes ſunt; de caerimoniis, quando nter ſe inviſunt, vel munera dant, in litteris exrandis, feſtis, nuptiis, funebri denique pompa, onſuetis; de carceribus, ſeveraque in homines equam animadverſione; de lacubus, canalibus, t fluminibus, navigiisque maioribus ac minoribus; le monetae multiplici genere, de commerciis, de nodo, pigmentum, *vernis* dictum, porcellanae

vaſa,

vaſa, ſericumque, conficiendi, cui epitome and qui libri Sinenſis adiuncta eſt, quo docetur, quem admodum vermes educandi nutriendique ſint, ſerico abundare velis. His abſolutis, de lingu Sinenſi agit; nihilque intactum dimittit, quod a pronunciationem, orthographiam, noſtris nemp litteris, rem grammaticam, papyrum, atramen tum, penicillum, artem typis exprimendi, religan dique libros, pertinet. Sequitur enarratio ampl quo modo litteris imbuantur iuvenes; quot gra dibus, explorationibusque factis, ad munus Docto ris eniti debeant; porro epitome libri de felicitat ex ſcholis publicis in populum redundante; item alius eiusdem argumenti, auctore *Tſchu-hi*, ſul dynaſtia XIX *Song* dicta, florente; ſpecimen diſpu tationis, in *Hio*, ſ. loco conventuum a litterat celebratorum, habitae; translatio ſcripti, quo ex ponitur, quo modo ſocietas litteratorum homi num conſtituenda ſit. Res litteraria Sinenſi magnam huius tomi partem ſibi vindicat. Enume rat igitur auctor libros Sinarum canonicos, qui bus innititur imperium Sinenſe, ſupra a nobi commemoratos. Tomo III primo loco agitur d religione Sinenſium, v. c. de cultu antiquiſſim apud eos recepto, de variis ſectis etc. Excip haec hiſtoria religionis Chriſtianae in Sinam intro ductae, ibidemque adhuc florentis. Docetur porro quantum Sinenſes in litteris artibusque profecerin Auctor minime laudibus nimiis eos condecorat Quodſi, inquit, ingentem numerum bibliotheca rum, ſplendidarum omnino, quibus ſuperbiun Sinenſes, conſideres, exiſtimare poſſis, omnium quas orbis terrarum continet, nationum hanc eſ litteratiſſimam. At egregie falleris. Nullam enim ſpeculativarum, quas dicimus, diſciplinarum al iis excultam novimus, quamquam caeterum al

ingeni

ıgenii quadam vi iudicandique ſollertia non plane ınt deſtituti. Sed neque honeſta aemulatione ad nagna molienda incenduntur, nec, qui id tentaent, praemiis propoſitis, alliciuntur ad audenda ılura. Logica ac Rhetorica tantum utuntur naurali, Muſica minime culta, ac ea, quae aures ıermulceat. Arithmeticae magis ſunt ſcientes, et nſtrumento quodam, globulis chordisque inſtru:to, *Suan-pan* dicto, tam dextre uti norunt, ut, ıuantumvis celeriter numeros pronunciantem aſſeıuantur. Aſtronomiae, unicae fere matheſeos ıartis, quae a priſcis temporibus apud eos floruit, ıon ſunt ignari: at inſtrumentis utuntur, partim ncommodis, partim adeo imperfectis, ut noſtra onge poſt ſe relinquant, caet. Concludit tomum :xplicatio vocabulorum Sinenſium in tribus voluninibus occurrentium. Tomus IV rebus Tatarorum enarrandis deſtinatus eſt. Habes hic obſervationes geographicas ad Tatariam ſpectantes, ex miſſionariorum, tabulas geographicas adornantium, annotatis excerptas; tum de provinciis Tatarorum *Mantſchehu* et *Mongus;* obſervationes hiſtoricas *Gerbillonii* de Tataria magna, atque item geographicas de terris *Mongus;* exquiſitas de lingua Tatarorum *Mantſchehu* obſervationes; deſcriptiones duorum itinerum in Tatariam orientalem et occidentalem P. *Verbieſtii*, nec non octo itinerum in Tatariam *Gerbillonii;* obſervationes geographicas P. *Regis* de Corea, brevemque regni huius hiſtoriam, ex tribus Hiſtoricis depromtam; relationem ſuccinctam praefecti militaris *Bering* de itinere Kamtſchatkam verſus eo fine ſuſcepto, ut exploraret, utrum hae terrae Americae ſeptentrionali ſint contiguae, an mari eo pertingi poſſit; denique P. *Regis* obſervationes geographicas et hiſtoricas de regno Thibetano. Hiſce annexus eſt

catalo-

catalogus quarundam latitudinum et longitudinum ex dimenſionibus geometricis ortarum. Vocabulorum Tataricorum et Sinenſium explicatio operi vaſto finem imponit.

Cf. Acta Erud. a. 1736. p. 145—156.

Viani. *Iſtoria delle coſe operate nella China da Monſignor Gio.* (alias Carolus) *Ambrogio Mezzabarba, Patriarca d'Alezzandria, Legato apoſtolico in quel impero et di preſente Veſcovo di Lodi; ſcritta dal* P. VIANI, *ſuo confeſſore e compagno nella predetta Legazione.* in Parigi (ſeu potius *Turini*) 1739. 8. in Venezia 1760. 8. Ampla excerpta exhibet *Bibliotheque raiſonnée des ouvrages des Savans de l'Europe* T. XXV. P. I et II; et collectio itiner. Prevot. T. V. cuius auctor his tantum excerptis uſus eſt. — Poſt reditum e Sina *Viani* variis muneribus eccleſiaſticis functus, Neapoli circa finem anni 1738 mortuus eſt. A. 1720 cum Mezzabarba iſto in Sina fuit. Sub forma diarii breviter, ac perſpicue, quae obſervaverat, deſcribit, eiusque narrationes de Ieſuitarum artibus aſtutiisque in Sina praecipue digna ſunt, quae ſtudioſe perpendantur. Quo magis ſacerdotes iſti in librum huncce invehantur, eo certiorem fidem eidem conciliant.

de Guignes. DE GUIGNES. *de l'Acad. royale des inſcriptions et belles lettres, Hiſtoire générale des Huns, des Turcs, des Mogols et des autres Tartares occidentaux etc. avant et dépuis Jeſus-Chriſt jusqu' à préſent; precédée d'une introduction contenant des Tables chronologiques et hiſtoriques des Princes qui ont regné dans l'Aſie: ouvrage tiré des livres Chinois et des Manuſcrits orientaux de la bibliotheque du Roi (de France).* T. I et II. à Paris 1756. T. III 1757. T. IV. 1758. V Voll. in 4. *Theotiſce* a *Ioh. Carolo Daehnert*, Prof. et Bibliothecario Grypiswaldenſi, *Grypiswald.* 1768-1771. V Voll.

Voll. in 4 min. Excerpta nonnulla, ad veterem Aſiae, praecipue Sinae, hiſtoriam ſpectantia Theotiſce reddidit ac propoſuit *Ioh. Salom. Semler* in *Erläuterungsſchriften zur allgemeinen Welthiſtorie* Halle 1761. 4.) T. V. p. 1—47[b]. — Aliorum populorum Aſiaticorum hiſtoriae, vel titulo teſtante, opus doctiſſimum quidem dicatum: magna tamen eius pars in hiſtoria Sinica diſcutienda ac narranda verſatur, plura etiam in hiſtoriis aliarum gentium e libris Sinenſibus ab auctore petita ſunt. Novam ſpeciem hiſtoria Aſiae hoc opere induit. Auctor, ut multa alia nova taceamus, primus detexit, Turcas, Hunnos et Mongalos unicum, magnum et perantiquum populum fuiſſe, cuius partim in Tartaria diſperſa monimenta, templa, et quae ſunt huius generis reliqua, usque ad noſtram aetatem priſtinam eius magnitudinem domeſticam teſtentur. Annos iam MCC ante Chr. nat. veſtigia iſtius gentis in hiſtoria reperit Deguigneſius: certiora autem inde ab a. CCIX ante Chr. natum, quo nimirum tempore *Teu-man* Hunnorum dux Sinis terrori eſſet. Quorum Tatarorum opes hi tandem ſic diminuerunt, ut victorum fama omnem paene terrarum orbem pervagaretur. Diſperſorum enim turbae variae verſus occidentem demigrantes infeſto agmine in Romanum perrexerunt imperium. Attilae res geſtae inde ortae. Aliae Hunnorum familiae Sinae finibus inhaerentes tandem dominationi Tatarorum, *Scheu-ſchen* dictorum, ſubiectae. Alii in Sina ipſa nova condiderunt regna. Quum poſtea Tatari iſti in Oriente relicti, auſpiciis cuiusdam *Tu-muen*, novo imperio ortum dediſſent; Turcarum nomine ſe inſigniverunt, factique ſunt domini Tatariae, Sinis ad caurum ſitae. Mox diviſi in Turcas orientales et occidentales, illi fines usque ad Perſiam et ad imperium Byzantinum

tinum protenderunt poſteriusque ipſum invaſerunt Ungri, Uzi et Patzinaci eiusdem ſtirpis ſunt. Interea alii Turci, *Hoeike* dicti, Tatariam ſubiugarunt illosque priores ſuppreſſere. Plures Turcarum catervae, *Seljucidae* appellatae, Perſiam invaſerunt aliaque parte verſus Conſtantinopolin usque pervenere. Tum quinque eorum imperia orta, Perſianum, Niceanum, Damaſcenum, Halebenſe, Caramanicum. Alia e Turcis olim ſervis inſtituta in Aegypto, Syria, partibusque Indiae ſeptentrionalibus. Dum vero hi in Aſia occidentali regnarent, Dſchinkischanus, oriundus ex eodem Mongolorum populo, victoriis, ac devaſtationibus faciem Aſiae orientalis permutavit. Perſia et Sina his Tataris paruerunt. Timur eiusdem gentis nomen fuit paullo recentius notiusve. Nec, quibus viis Turcae ſ. Osmani in Aſia, Africa et Europa ſedes ſibi paraverint, ignotum. Nova igitur iſta cum multis aliis non minus cognita dignis in Deguigneſii opere expoſita et comprobata diſciplinae hiſtoricae accreverunt. Tomi primi pars prima ſ. volumen primum paene integrum chronologiae dicatum; aerae nimirum Aſiaticae variae, Sinicae potiſſimum, indicantur et illuſtrantur. Tabula ampla, quadraginta fere paginas occupans, atque exacta ſiſtit comparationem annorum Sinenſium, Graecorum, Arabicorum ac Perſicorum, aliis etiam uſibus profutura. Prolegomena haecce excipit brevis Aſiae hiſtoria chronologica, octo in libros diviſa. Primus et ſecundus agunt de Sinis; tertius de Corea, et Iapania, ut et de Thibeto et India; quartus de orientalibus, quintus de occidentalibus Tataris ſ. de Hunnis, in quorum hiſtoria exponenda ſummus operis cardo vertitur. Subiuncta eſt eidem libro hiſtoria chronologica ducum magnorum Ruſſiae. Liber ſextus Arabibus,

ſepti-

ſeptimus Perſis gentibusque finitimis, octavus denique Francis ſic dictis, qui tempore expeditionum cruciatarum in Syria finitimisque regionibus atque in inſula Cypro regna condiderunt. Tomi primi parti alteri ſ. volumini II, introductionis loco, praefixa eſt deſcriptio Tatariae geographica, hauſta maximam quidem partem e veteribus Sinenſium libris, haud tamen neglectis obſervationibus Marci Pauli Veneti aliorumque medii aevi ſcriptorum. Quae geographia antiqui et medii aevi diligentia exactiſſima confecta eſt. Defectus tabulae geographicae vix excuſari poterit. Sequitur hiſtoria ipſa, XXII libris, quorum priores ſex huic tomo, ſeptimus usque ad decimum quartum tomo ſecundo ſ. volumini III, reliqui IV ac V inſunt. Et libri quidem quatuor priores ſiſtunt hiſtoriam Hunnorum proprie ſic dictorum; quintus usque ad decimum quartum Turcarum multiplicem progeniem; decimus quintus usque ad viceſimum Mogolorum ſ. Mongolorum variorum; liber autem viceſimus primus fata Mamlicarum Bahariticorum ſeu Turcarum de Captſchac, Aegyptum occupantium; viceſimus ſecundus denique hiſtoriam Mamlicarum Bordgiticorum, originemque Turcarum Osmanicorum. — Verſio Theotiſca nonnulla habet, quibus archetypum caret. Sic volumini ſecundo ac tertio praefixa eſt verſio libelli Francogallici: *Deſpotiſme de la Chine;* tertio etiam, *Deguigneſii* diſſertatio de Chriſtianis ſaeculo ſeptimo poſt Chr. natum in Sina habitantibus; quarto, eiusdem *Mémoire, dans lequel on prouve, que les Chinois ſont une colonie Egyptienne*, et eiusdem epiſtola ad auctores ephemeridum Trivultienſium. De quibus omnibus paullo poſt. Volumen verſionis Theotiſcae ultimum inſtructum eſt indice copioſiſſimo talique operi maxime neceſſario. —

Laudibus eidem debitis addendum: 1) auctorem quidem multo maiore diligentia in materie operis colligenda et conſtruenda uſum fuiſſe, quam plures popularium eiusdem: tamen deſideratur ubique fere ars critica, qua idem fontes narrationis examinare, eorumque fidem atque uſum demonſtrare debuiſſet. Recte enim interrogari poteſt: numne fontibus, quos nominat, re vera uſus ſit? Omnibus quidem voluminibus praefiguntur verba: *e libris Sinicis et MStis orientalibus bibliothecae regiae Pariſinae;* quod tamen de primo ac ſecundo ſolum valere videtur: in reliquis condendis manifeſto ſubſidiis aliis, v. c. *Gaubilii* hiſtoria Mongolica, uſus eſt. Dubitatio etiam oritur, an auctor fontes iſtos recte in uſus ſuos converterit: certe ſcriptorum teſtimonia in margine, more Gallico, admodum negligenter ſunt adſcripta; 2) iure etiam interrogari poteſt: Uſusne eſt auctor hiſtoricis occidentalibus eadem ratione, qua orientalibus, eosque inter ſe rite contulit? 3) dubia haud contemnenda contra auctoris ſententiam de Hunnorum et Turcarum communi origine moveri poſſent; 4) genere dicendi uſus eſt minime grato, diffuſo potius ac ſterili. — De aliis momentis, ad hiſtoriam ipſam ſpectantibus, diſputarunt cum auctore Ieſuitae, auctores ephemeridum: *Mémoires de Trevoux*, quibus Deguigneſius modeſte docteque reſpondit in epiſtola paullo ante memorata, inſerta diario iſti Francogallico, quod inſcribitur: *Journal des Savans.* Praecipue eſt in eo, ut probet, hiſtoriam Sinicam minime tanta antiquitate frui, qualem Ieſuitae iactent.

Cf. *Goetting Anzeig.* a. 1758. p. 1153 — 1158. 1169-1172. coll. p. 1239 ſq. (cuius cenſurae auctor *I. C. Gatterer*). *Allgem. teut. Bibl. Anhang zu dem 1ſten bis 12ten Bande*, Voll. II. p. 993 — 1010. T. XVII. p. 588 ſqq.

VOYEU DE BRUNEM B. et P. D. M. *Hiſtoire de la conquête de la Chine par les Tartares Mantcheoux; à laquelle on a joint un accord chronologique des annales de la monarchie Chinoiſe, avec les epoques de l'ancienne hiſtoire, dépuis le deluge juſqu' à Jeſus-Chriſt.* à Lyon 1754. II Voll. in 12. Prior libri pars *Theotiſce* legitur in additamentis ad operis Duhaldiani interpretationem Theotiſcam (*Roſtock.* 1756. 4.), et in hiſtoria univerſali ampliſſima, Anglice ſcripta (T. XXV. p. 152—248 ſecundum verſionem Theotiſcam Halenſem). — Nomen in operis fronte fictum denotat Ieſuitam JOSEPH JOUVE, mortuum a. 1758. Maiorem partem, ſcilicet volumen primum integrum alterumque a p. 1—206, occupant libri quinque, ex opere tunc temporis inedito Ieſuitae MAILLA, de quo poſtea, ſpeciminis quaſi loco in lucem publicam editi, in quibus hiſtoria mutationis memorabilis ſaeculo ſuperiore in Sina per Tataros factae exponitur. Additur voluminis alterius p. 207-318 epitome hauſta e libro Latine ſcripto a Ieſuita, IOHANNE BAPTISTA REGIS, Pequini a. 1737 mortui, ita inſignito: Concordia chronologiae annalium Sinenſis imperii cum epochis hiſtoriae noſtrae ſacrae et profanae, a creatione mundi usque ad initium aerae Chriſtianae. Qua epitome errores chronologici centies confutati inepte ſunt recocti. Voyeu de Brunem & Jouve.

Cf. *Bibliotheque des Sciences et des beaux arts* T. II. P. II. p. 412—435.
BAUMGARTEN *Nachrichten von merkwürd. Büchern* T. VII. p. 173 ſqq.

(FRANC. MARIAE DE MARSY et RICHERII) *Hiſtoire moderne des Chinois, des Japonnois, des Indiens, des Perſes, des Turcs, des Ruſſes etc. pour ſervir de ſuite à l'hiſtoire de Mr. Rollin.* à Paris 1754 ſqq. Supra, Vol. I. P. I. p. 130, ubi de ſcriptoribus de Marſy.

 hiſto-

hiſtoriae univerſalis relatum eſt, huius compilationis iam meminimus. Volumini quidem primo ineſt deſcriptio brevisque hiſtoria regni Sinici, ex opere Duhaldiano ac hiſtoria univerſali Anglicana modo memorata potiſſimum depromta. Auctor tamen nimiam hiſtoriae Sinenſis antiquitatem haud agnoſcit, fabellasque plures explodit.

de Guignes. DE GUIGNES *Mémoire, dans lequel on prouve, que les Chinois ſont une colonie Egyptienne; lû dans l'Aſſemblée publique de l'Acad. Roy. des Inſcriptt. et belles lettres le* 14 *Nov.* 1758. *Avec un Précis de M. l'Abbé* BARTHELEMY *ſur les lettres Pheniciennes, lû dans l'Aſſemblée publique le* 12 *Avr.* 1758. à Paris 1759. 8. Et in Commentariis eiusdem Academiae T. XXIX. *Theotiſce*, in *Bremiſchen Magazin* T. VI. p. 166 ſqq. — Bartholomaei diſſertatiuncula nihil nunc ad nos. Deguigneſius ingenioſus aeque ac doctus hypotheſin tradidit, poſtea, ubicunque tandem occaſio ſe oſtenderet, variis modis exornatam, inter Aegyptios veteres nempe atque Sinenſes hodiernos tantam intercedere ſimilitudinem, ut poſteriores priorum coloniam eſſe facile ſibi perſuadeat. Quae cum meris coniecturis, iisque valde lubricis, inniterentur, popularis auctoris, haud minus doctus, litterarumque Hebraicarum et Arabicarum adeo peritior, ſequenti libello hypotheſin iſtam impugnavit:

Deshauterayes. *Doutes ſur la Diſſertation de M. de Guignes, qui a pour titre: Mémoire, dans lequel on prouve, que les Chinois ſont une colonie Egyptienne; propoſés a Meſſ. de l'Acad. Roy des Belles-Lettres par M.* LE ROUX DESHAUTERAYES, *Prof. Roy. en langue Arabe, Interprête du Roi pour les langues orientales, et Aſſocié de l'Acad. d'Angers.* à Paris 1759. 8. — Auctor tria in primis negat: litteras ſeu characteres Sinicos ſigna eſſe hieroglyphica ex alphabeto Phoe-

Phoenicio; dynaſtias Sinenſium priores duas reges ſiſtere, qui in Aegypto potius quam in Sina regnaſſent; coloniamque Aegyptiacam a. 1122 ante Chriſtum natum Sinam petiiſſe, atque novam imperatorum dynaſtiam condidiſſe. Quibus reſpondit Deguigneſius hoc libello:

Reponſe de M. DE GUIGNES *aux Doutes propoſées par M. Deshauterayes ſur la diſſertation, qui a pour titre: Mémoire etc.* à Paris 1759. 8. Cuius vero reſponſionis argumentum hucusque nobis haud innotuit. de Guignes

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1760. p. 1277—1283.

DORTOUS DE MAIRAN, *de l'Académie françoiſe etc. Lettres au R. P. Parrenin, Miſſionaire de la Compagnie de Jeſus à Pekin, contenant diverſes queſtions ſur la Chine.* à Paris 1759. 12. — *Nouvelle edition, augmentée de divers opuſcules ſur différentes matiéres* (quae opuſcula minime ad hiſtoriam Sinicam ſpectant) *à Paris* 1770. 8 mai. — de Mairan.

IOH. CHRISTOPHORUS GATTERER, ſaepe a nobis laudatus, epitomen hiſtoriae Sinenſis ſuccinctam, claram, ordineque lucido procedentem, duce potiſſimum Deguigneſio, exhibuit in *Handbuch der Univerſalhiſtorie* etc. (Goetting. 1764. 8 mai.) P. II. T. I. p. 335—345. De cuius operis oeconomia v. bibliotheca noſtra Vol. I. P. I. p. 222 ſq. Gatterer.

DE L'ISLE et PINGRE' *Plan de Pekin et la deſcription de cette ville.* à Paris 1765. de l'Isle et Pingré.

IOH. EBERHARDI FISCHERI, *hiſt. et antiquitatum Prof. P. O. Academiaeque ſcientiarum, quae Petropol. eſt, ſocii* († 1771) de variis nominibus imperii Sinarum titulisque imperatorum exercitatio; in *eiusd.* Quaeſtionibus Petropolitanis ab *A. L. Schloezer* editis (Goetting. et Gothae 1770. 8.) Fiſcher.

p. 77-96. — Nomen imperii Sinici non eſſe perpetuum, ſed una cum dynaſtia ſive gente imperatoria ſemper mutari, docetur. Sic hodie appellari *Daj-dzin:* patrum vero noſtrorum memoria geſſiſſe nomen *Daj-min*, a nomine gentis, quae illo tempore ſceptra imperii Sinici tenuit. Coniicitur porro, unde perpetua illa nomina *Sinae* et *Kitajae* ad exteras gentes celebratiſſima orta ſint. In exponendis nonnullis imperatoris Sinici titulis auctor potiſſimum ſecutus eſt fidem *Hilarionis Roſſochini*, ſupra propter eximiam litteraturae Sinicae intelligentiam a nobis laudati.

Boyſen. FRIEDRICH EBERHARD BOYSEN *Geſchichte der Sineſer, vom Urſprunge ihres Reichs an, bis auf unſre Zeiten;* in *eiusdem Allgemeinen Welthiſtorie, die in England durch eine Geſellſchaft von Gelehrten ausgefertiget worden, in einem vollſtändigen und pragmatiſchen Auszuge.* *) (Halle 1771. 8 mai.) T. IX. p. 1-533. — Auctor in hac epitome conficienda ſecutus eſt in primis *Duhaldium*, *Deguigneſium*, *Marſyum*, *Gattererum*, *Moshemium*, poſtea commemorandum. Tabula geographica, ſecundum rationes Danvillii et Haaſii delineata, adiecta eſt.

de Pauw. *Recherches philoſophiques ſur les Egyptiens et les Chinois. Par Mr. de P**** (DE PAUW, Canonicus Xantenſis in ducatu Clivienſi). à Berlin 1773. II Voll. in 8. à Geneve 1774. II Voll. in 12 mai. *Theotiſce* a *Ioh. Georg. Krünitz.* Berlin 1774. II Voll. in 8. — Ea potiſſimum mente opus hocce compoſitum, ut veteres Aegyptii cum Sinenſibus comparentur, ſententiaque Deguigneſii, poſteriores priorum coloniam ſive progeniem eſſe, confutetur. Volumine priore, in duas partes ſectionesque quinque diviſo, auctor inquirit in rem domeſticam vivendique genus, atque in conditionem pictu-

*) Cf. Bibl. Hiſt. Vol. I. P. I. p. 126 ſq.

picturae, ſculpturae et chemiae utriusque populi: poſteriore, itidem in quinque ſectiones diviſo, in rem architectonicam, religionem, formamque regiminis. In quo negotio auctor fere ſemper in eo eſt, ut Sinas ad gentes incultiſſimas abiectiſſimasque releget. Rem ſuam ita ſane egit, ut doctrina copioſa ac multiplex, ingenium divinum, iudiciumque acutiſſimum ubique paene eluceat, nosque in eius admirationem rapiat: at, ſi paullo penitius eius ſententiae perluſtrentur, facile apparebit, eum ingenio nimium indulſiſſe modumque in diiudicandis populorum moribus inſtitutisque exceſſiſſe; fontes hiſtoriae Aegyptiacae et Sinicae ſaepe neglexiſſe, rivulosque impuros ſecutum fuiſſe; regulas artis criticae rariſſime adhibuiſſe. Dum idem aliorum hypotheſes deſtruere conatur, ipſe novas, minime probandas, condere ſtudet. Tantum enim abeſt, ut in diſquiſitione cuiusdam argumenti omnia facta hiſtorica eo ſpectantia ſtudioſe colligat rectoque ordine diſponat, et ex iis ſine partium ſtudio veritatem puram derivet, ut potius mente praeoccupata ſibi fingat, quae poſtea e ſcriptorum teſtimoniis tanquam certa extorquere conetur. Nec placent ſententiae quaſi ex tripode dictae, iis praeſertim in locis, ubi, rebus verbisque paullo cautius expenſis, ſplendida auctoris pauperies perlucet. Haud raro enim teſtimonia ſcriptorum veterum Graecorum Romanorumve auctor ſiniſtre interpretatus eſt; quid? quod a par-iculari, ut verbis dialecticis utamur, ad univerſale onclusiones perduxit. Cum Aſiae ſive Orientis iptoribus familiaritatem minime intimam, ſibi ta-n perneceſſariam, contraxiſſe videtur. Nihilo ius interſperſae ſunt de rebus variis obſervatio-ac ſententiae egregiae plauſuque altioreque ine dignae.

Cf. *Goetting. Anzeigen* a. 1773. p. 670–680. 828–837.
Philologiſche Bibliothek (Goetting. 1774) T. II. p. 419–442. 471—501. Auctor huius cenſurae, C. MEINERS, ea ſolum, quae de Aegyptiis traduntur, diiudicat, et more quidem ſuo i. e. dexterrime.
Auserleſ. Bibl. der neueſten teutſchen Litt. (Lemgov. 1774) T. VI. p. 142—171. Cuius cenſurae auctor I. MAUVILLON.
Allgem. teut. Bibl. T. XXX. p. 12—40.

Larcher. Nec defuere Pauvio adverſarii v. c. LARCHER, qui exhibuit: *Reponſe aux deux premières ſections des Recherches philoſ. ſur les Egyptiens et les Chinois;* in *Journal des Savans* a. 1774. Maii. Super Aegyptiacis nonnullis, praeſertim ſuper Herodoti fide, diſputat Larcherus, Pauvio certe ſuperior in ſcriptorum Graecorum interpretatione.

de Guignes. Ibidem DEGUIGNESIUS hypotheſin ſuam tueri annifus eſt, adverſario ſuo temeritatem et impudentiam in diſputando, ignorantiam linguarum orientalium, Sinicae potiſſimum, atque calumnias in teſtimonia ſcriptorum fide digna obiiciens.

Cf. *Goetting. Anzeigen* a. 1774. p. 933 ſqq.

Huc quoque referendae ſunt annotationes in Pauvii librum, inſertae operi ſequenti:

Mémoires concernant etc. *Mémoires concernant l'Hiſtoire, les Sciences, les Arts, les Moeurs, les Uſages etc. des Chinois. Par les Miſſionnaires de Pekin.* à Paris 1776—1783. IX Voll. in 4. Cum figg. aen. Voluminis primi verſio Theotiſca prodiit, diſſertationibus notisque ornata a C. MEINERS, Lipſ. 1778. 8 mai. — Opus ortum traxit e commercio epiſtolarum, d[…] cem per annos cum Ieſuitis, Pequini miſſionar[…] continuato, praecipue vero cum duobus Ieſ[…] Sinicis, qui iuvenes e patria egreſſi, novem a[…] in Francogallia vixerunt, ibique non ſolum l[…] huius regni diſciplinaque theologica imbuti, v[…] etiam cognitione rerum phyſicarum, chem[…] et

et technologicarum inſtructi, a. 1765 in patriam redierunt. Ipſi tamen doctrinae Sinicae, certe ſolum in Gallia vixere, tam parum gnari fuerunt, ut litem inter Deguigneſium et Deshauterayum propter ſimilitudinem litterarum hieroglyphicarum ortam, dirimere minime potuerint. Breviter argumenta operis tradamus. Tomum *primum* occupant ſex diſſertationes. Prima, eaque ampliſſima, de Sinarum antiquitate agit. Auctor, Ieſuita KO, alter Sinarum modo memoratorum, modeſtior reique criticae peritior Ieſuitis Europaeis, hiſtoriae patriae ſuae certae antiquitatem nimiam minime arrogat. Veram hiſtoriam Sinicam cum dynaſtia demum tertia, a. 1122 ante Chr. natum, incipere; ortum characterum, quibus Sinae in ſcribendo utuntur, eſſe ignotum; hiſtoriam Sinarum litterariam vix ultra undecimum ante Chr. natum ſaeculum progredi, aliaque auctor affirmat atque comprobare ſtudet. Sequuntur obſervationes novae ac praeclarae de fide librorum Sinenſium canonicorum, ſupra a nobis deſcriptorum; copioſae quidem de libro Schu-king. Negatur omnis Sinarum cum Aegyptiis cognatio, ut et ſimilitudo, figurarum hieroglyphicarum utriusque gentis. De his figuris copioſe, accurate docteque agit ſubſequens epiſtola AMIOTI, ante iam ſeparatim edita hoc titulo: *Lettre de Pekin ſur le genie de la langue Chinoiſe et la nature de leur ecriture ſymbolique comparée avec celle des anciens Egyptiens.* à Bruxelles 1765. Cum multis figg. aeneis. Idem AMIOT exhibet verſionem et illuſtrationem inſcriptionis ampliſſimae ab imperatore hodierno, KIEN-LONG, in memoriam belli, cum Tataris Eleutis ſeu Oeloetis a ſe geſti, quo ſtirps haec Tatarica omnis paene fuit deleta. Additus eſt index urbium aliorumque locorum regni Eleutici. Sequitur eiusdem impe-

ratoris inſcriptio in memoriam migrationis Torgautarum a littoribus Wolgae et Jaiki in imperium Sinenſe, a. 1771 confectae. Ad hiſtoriam eiusdem migrationis pertinet ſequens AMIOTI epiſtola, quam excipiunt obſervationes in locum quendam itinerarii Francogallici, a *Chappe d'Auteroche* editi, de rebus a Calmiccis a. 1757 geſtis. Ultimum locum occupat verſio duorum ſcriptorum monaſtium. — *Tomus ſecundus* continet ſequentia: 1. AMIOTUS nimiam hiſtoriae Sinicae antiquitatem, quam Jeſuitae ſtabilire quovis modo ſtuduerunt, ipſeque *Ko*, modo laudatus, haud agnoſcit, fulcire et comprobare nititur: minime tamen monimentis teſtimoniisque fide dignis id fit, ſed ſomniis et coniecturis vanis. 2. Obſervationes, paullo ante a nobis laudatae, centum et quinque in *Pauvii* librum (p. 365 — 547), quibus auctores probant, ſcriptorem ingenioſum Sinis nimium detraxiſſe ratione politiae, agriculturae et opificiorum: veriora eſſe, quae de ſtatu artium liberalium omniumque fere diſciplinarum ſenſerit. Carere tamen facile poſſe ac velle Sinas pluribus artibus, quibus Europaei pretium nimium ſtatuant. Varia etiam auctores afferunt, quibus fides omnino deneganda videtur. 3. De bombycibus feris. 4. Deſcriptio fraxini Sinicae. 5. De bombace ſ. bombaſo. 6. De arundine bambos. 7. Hortus See-makuangi, poëma. — *Tomus tertius.* 1. Vitae Sinenſium illuſtrium LII, maximam partem Europaeis haud memorabilium, ſatis ſiniſtre compoſitae. Commenta haud pauca, tomo primo exploſa, in his vitis recocta ſunt. Nec meliores ſunt imagines nonnullorum Sinarum aeri inciſae. 2. AMIOTI epiſtola de exſtirpatione gentis *Miao-tſee*, anno 1775 patrata. 3. Alia narratio de eadem. 4. De plantarum receptaculis et hypocauſtis, in Sina uſita-

tatis. 5. Deſcriptio plantarum aliquot Sinica-
m. — *Tomus quartus:* 1. Doctrina Sinenſium
tiqua et nova de liberorum obedientia erga pa-
ntes. Excerpta ſiſtuntur ſtudiis philoſophorum
pniſſima e libris Sinicis, actis publicis, carmini-
s caet. e quibus nimia ſane poteſtas parentum
liberos clariſſime apparet. Alia de gentis Sini-
e ordinibus variis ac de nimia caerimoniarum
ſervantia inſunt. 2. De re Sinarum pecuniaria
uſuraria. Quae diſſertatio plura offert nova
ituque profecto digna, male vero narrata. 3. De
riolis. 4. De libro *Si-yuen*, ad medicinam fo-
nſem pertinente. 5—7. Alia ad rem medicam
ectantia. 8. De capra Indica ſ. moſchata. 9. De
antis quibusdam. — *Tomus quintus:* 1. Deſcri-
io Sinae ſummaria, Pariſiis confecta, plane ſu-
rflua et vitioſa. 2. Vitae Sinenſium rebus bene
aveque geſtis illuſtrium. 3. De monimento Chri-
ano, ſuperiore ſaeculo in Sina reperto, a nobis
pra memorato. 4. De ratione Sinarum, vinum,
ceram et acetum parandi. 5. De uvis paſſis.
De quibusdam medelam ferendi modis. 7. De
gno parvo Hami. — *Tomi ſexti* maxima pars
omprehendit hiſtoriam deſcriptionemque artis
uſicae apud Sinas. Additae ſunt aliae AMIOTI
aſtigationes libri Pauviani, quarum nonnullae iti-
em caſtigatione egere videntur. Sequitur de-
riptio caerimoniarum inſanarum, in exſequiis ma-
is imperatoris hodie regnantis obſervatarum. —
omi ſeptimi, octavi ac *noni* argumenta hucusque
os latent. — Bona malis, inutilia utilibus in hoc
pere vaſto mixta eſſe, vel ex indice hoc brevi
atebit.

Cf. *Goetting. Anzeigen* a. 1777. *Zugabe* p. 529—542.
a. 1778. *Zug.* p. 705—714. a. 1779. *Zug.* p. 785—
796. a. 1780. *Zug.* p. 529—534. (Auctor huius cen-
ſurae C. MEINERS perhibetur).

GAT-

GATTERER *hiſtor. Journal* T. XVI. p. 148—17
Quatuor volumina priora ſolum recenſita, a Gatt
rero quidem ipſo, ut nobis certe videtur.

Meiners. Interpretatio tomi primi operis modo recen
Theotiſca a *Bergmanno* quodam elaborata et
Hiſsmanno recognita, digna ſane, ad quam rede
mus. Editor enim, CHRISTOPH. MEINER
Prof. philoſ. Goettingenſis, eidem adiecit do
prorſus egregia, notas modo ſuccinctas, mod
et saepius quidem, copioſiores. De Sinis min
ſentit magnifice. Ex ipſorum gentis huius laud
torum teſtimoniis vel narrationibus haud raro m
nuit opiniones ſplendidas, de eadem vulgo co
ceptas. Quo magis dolendum, reliquas oper
Francogallici diſſertationes, ſaltem praeſtantiore
hucusque Theotiſce redditas haud fuiſſe. — Co
ferantur, quae idem vir ſagaciſſimus tradidit d
Sinenſium religionibus, in primis de Confucii diſ
plina, in hiſtoria doctrinae de vero Deo (*Lemgo*
1780. 8.) p. 141—161.

Cf. *Goetting. Anzeig.* a. 1778. p. 929—933.
Allgem. teut. Bibl. T. XLI. p. 243—249.

Hiſt. generale de la Chine. *Hiſtoire générale de la Chine, ou Annales de ce
Empire, traduites du Tong-Kien-Kang-Mou, par
le feu Pere* JOSEPH ANNE MARIE DE MOYRIA
DE MAILLA, *Jeſuite François, Miſſionnaire à Pe
kin; publiées par M. l'Abbé* GROSIER, *et dirigé
par M.* LE ROUX DES HAUTERAYES, *Conſeiller
Lecteur du Roi, Profeſſeur de l'Arabe au Collég
Royal de France, Interprête de Sa Majeſté pour le
langues orientales. Ouvrage enrichi de Figures et d
nouvelles Cartes Géographiques de la Chine ancienn
et moderne, levées par ordre du feu Empereur Kanghi
et gravées pour la première fois.* à Paris 1777-1784
XII Voll. in 4 mai. — Interpres Francogallicus
P. *Mailla* († 1748) in praefatione copioſe narrat,
quo

io modo liber Sinarum hiſtoricus celeberrimus, *ong-kien-kang-mu*, variis imperatorum et erudi-rum Sinicorum curis ſenſim ortus ſit. Ipſi non lum, verum etiam editores verſionis ſummis udibus opus extollunt. At alii, arte critica magis ſtructi atque ab opinionibus praeiudicatis alieni, verſas plane ſententias tuentur. Multum ineptia-m minutiarumque in eo conſpiciunt, praeclari, uctuoſi ac novi parum. Fruſtra quaeſiveris re-m magnarum illuſtrationes copioſiores et ex-ctiores, quam antehac libri ſuperiores, a nobis citati, praebuerint. Mutationes permultae, quas nperium Sinicum olim ſentiit, eadem ſemper ra-one, naeniarum modulo, exponuntur. Sinarum riptores chronici ſtudioſe ea ſolum, quae Sinis um omnibus regnis maioribus tyrannidi ſubiectis ommunia ſunt, notaſſe, quae vero genti ſuae ropria, mores, ritus, leges, religionem caet. alio-m quoque populorum ſibi ſubiectorum, negle-iſſe videntur. Nil paene in voluminibus iſtis in-enias, niſi defectiones ſolis lunaeque, cometas, 'atarorum invaſiones, rebelliones minorum ty-annorum, faſtum pompasque procerum, eunu-horum atque muliercularum. His chordis nar-atio fere ſemper oberrat. In praefationibus *Gro-ſerii* et *Deshauterayi* cenſurae ſatis acerbae in ſen-entias varias *Deguignesii* et *Pauwii* occurrunt. Tabula geographica, volumini primo addita, mnes antehac editas ſuperat.

Cf. *Goetting. Anzeig.* a. 1777. *Zug.* p. 593—605. a. 1778. p. 54 ſqq. 825—829. a. 1779. *Zug.* p. 797. Decem volumina operis ſub cenſuram vocata a C. MEINERS.

GATTERERS *hiſtor. Journal* T. XVI. p. 175—191. Voluminum octo priorum recenſus ineſt.

Cf. etiam C. G. VON MURR *Journal* P. I. p. 82-94.

SECTIO

SECTIO IV.

Scriptores de ſtatu Sinenſium civili, reli-giofo, militari, domeſtico.

Kircher. ATHANASII KIRCHERI, e Soc. Ieſu († R*omae* 1680) China, monumentis qua ſacris qua profanis, nec non variis naturae et artis ſpectaculis, aliarumque rerum memorabilium, tum de China tum de Tataria, vicinaque India enarrationibus fuſe agitur. Opus ob incognitarum hucusque rerum novitatem rarum et curioſum. *Amſtel.* 1667. fol. Cum figg. aen. *Belgice*, a *I. H. Glazemaker*, Amſt. 1668. fol. Cum figg. aen. *Francogallice* a *F. S. Dalquié*, ibid. 1670. fol. (Additum eſt vocabularium Sinico - Gallicum). — Kircherus nunquam Sinam vidit: ſed omnem operis materiem ſumſit e relationibus et epiſtolis ſociorum propagandae Chriſtianae religionis cauſſa in Sina verſantium. Cum vero admodum credulus fuerit, multa irrepſere fabuloſa ac falſa. Caute igitur opere, ſaeculo ſuperiore haud parvi aeſtimato, utendum eſt. Pars prima, cui reliquae ortum debent, ſiſtit monimentum, paſſim a nobis memoratum, a. 1625 in Sina repertum. Auctor illius iam meminerat in *Prodromo Copto* (Rom. 1636), adverſarium autem, qui eiusdem fidem impugnaret, nactus, hunc in primis refellere ſtudens, opus hocce ſuſcepit. Hiſtoriam rationemque monumenti Kircherus ſeptem capitibus deſcripſit, integrumque cum inſcriptione aeri incidi curavit. Reliqua huius partis capita continent obſervationes in tabulam ſeu columnam iſtam marmoream, v. c. in crucem, quae in illa conſpicitur, in momenta fidei Chriſtianae, quorum eadem meminit, in nomina ſacerdotum Syriacorum, in illa expreſſa caet. Parte ſecunda agitur de diverſis itineribus per Sinam,

iam, decem capitibus. Oſtendere praecipue auctor ſtudet, qua ratione Chriſtianiſmus in longiſſime diſſitis Orientis regionibus propagatus fuerit. Propterea deſcribit inſtituta Chriſtianorum, qui a S. Thoma nomen habent; refert de moribus ritibusve populorum, quos *Albertus Dorvillius* et *Gruberus*, ante a nobis excitati, viſerunt; regnum magni Mogolis itineraque in eodem inſtituta deſcribit. Sequitur narratio de itinere *Marci Paulli*, Veneti, et *Haithonis*, Armeni. Extremum occupat relatio de propagatione Chriſtianiſmi in partibus Orientis, de emendatione Kalendarii Sinici, atque de Ieſuitarum modis in emendandis hominibus, Chriſtianiſmo contrariis. Pars tertia agit de idololatria, in Tataria, Sina atque Iaponia uſitata, potiſſimum de Brahmanis, ex mente Kircheri auctoribus ſuperſtitionum ex Aegypto primum petitis. Signa, quibus Brahmani in ſcribendo utuntur, quinque tabulis aeneis delineata exhibentur. Pars quarta undecim capitibus ſiſtit natura arteque facta in imperio Sinenſi, ſitum igitur illius ſolumque, regiminis formam, urbes, mores veſtitusque incolarum, montes, lacus, flumina, plantas, animalia, lapides. Omnia figuris aeri inciſis illuſtrata. Parte quinta auctor potiſſimum deſcribit arte facta, hominibus proficua v. c. pontes, magnis ſumtibus exſtructos; murum Sinicum celebratiſſimum; canales; inventionem artis typographicae pulverisque pyrii; tormentorum bellicorum et campanarum effectionem. Sexta parte capitibus quinque agitur de Sinarum re litteraria. Ieſuitae e Sina reverſi ipſi ad commenta Kircheriana ſtupuiſſe dicuntur. Quapropter nonnulli opus hocce *Chinenſis Athanaſii phantaſiam* appellarunt.

Cf. (BAUMGARTEN) *Nachrichten von einer Hall. Bibl.* T. VIII. p. 146—153.

Baudier. MICHAEL BAUDIER *Hiſtoire de la Cour du Roy de la Chine.* à Bruxelles 1608. 12. Libris mediocribus iure accenſetur.

Curieuſe Aanmerk. *Curieuſe Aanmerkingen der byſonderſte Ooſt- en Weſt-Indiſche verwondernswaardige Dingen von China.* Utrecht 1686. 4. Cum figg. aen.

Confucius Sinarum philoſophus etc. CONFUCIUS Sinarum philoſophus ſive ſcientia Sinenſis Latine expoſita. Studio et opera PROSPERI INTORCETTA, CHRISTIANI HERDTRICH, FRANCISCI ROUGEMONT, PHILIPPI COUPLET, Patrum ſocietatis Ieſu. Iuſſu Ludovici Magni eximio miſſionum orientalium et litterariae reipublicae bono e bibliotheca regia in lucem prodit. Adiecta eſt tabula chronologica Sinicae monarchiae ab huius exordio ad haec usque tempora. *Pariſiis* 1687. fol. — Prooemialis declaratio, quam auctores vocant, duabus partibus abſolvitur, quarum prior continet relationem de libris Sinarum canonicis, eorumque philoſophis: poſterior tradit horum principia. Sequitur Confucii vita, atque poſt eam opus ipſum e ſermone Sinico in Latinum translatum, cuius liber primus Sinis audit *Ta-hio* ſ. magna ſcientia; ſecundus *Chum-yum* ſ. medium ſempiternum; tertius *Lun-yu* ſ. ratiocinantium ſermones. Omnes Confucii eiusque aſſeclarum doctrinam de virtutibus ac vitiis tradunt. Tabula chronologica ſubiuncta in duas partes diſpeſcitur, quarum prima recenſet imperatores, qui ante C. N. apud Sinenſes ad clavum imperii ſederunt, et initium capit ab *Hoam ti*, et in *Hiao-pim-ti* terminatur: altera enarrat imperatores poſt C. N. et initio facto ab eodem *Hiao-pim-ti*, ſeriem imperantium usque ad *Cam-hi* a. 1683. Quibus tabulae chronologicae partibus duae diſtinctae praemittuntur praefationes, in quibus non

pauca

pauca ad Sinenſium chronologiam cognoſcendam ſpectantia occurrunt. Poſt tabulam chronologicam imperii Sinarum et rerum in eo notabilium brevis admodum ſynopſis, et tabula genealogica trium familiarum imperialium monarchiae Sinicae exhibetur. Digna quidem eſt rara haec collectio, quae attente legatur et examinetur, quia omnium plurimum ad cognoſcendam litteraturam et philoſophiam Sinicam attulit: verum enim vero notandum, hanc editionem Confucii mancam eſſe et mutilam, plus quam dimidia ſua parte, quodque Ieſuitae minus bona fide egerint, et tam Gallorum regem, quam Pontifices Romanos deceperint; id quod oſtendit *Aymonius*, verbi divini apud Haganos olim miniſter. Is enim in Actis Eruditorum Lipſ. a. 1713. p. 46 ſqq. editionem operis integram promiſit. Inter alia: Prolixa, inquit, praefatio, ſub forma Diſſertationis praeliminaris praemittenda, cuius dimidia pars manu ipſius P. Coupletii, Generalis Miſſionariorum Sinenſium Ieſuitarum Procuratoris, ſcripta, evidenter in parte ſecunda detegit, neceſſariam fuiſſe Societati operum Confucii depravationem, partim ut reliqui Miſſionarii Romae damnarentur, partim ut a Pontifice et miſſiones Ieſuitarum, Chriſtianiſmum adoptando cultum Sinenſium idololatricum infucantium, et ſcripta ab iisdem in Europa ſuper diverſis his materiis edita approbarentur. Multa, pergit, falſa maximi momenti hic indicabuntur, quae reliqui Galliae et Italiae Ieſuitae commiſerunt, imitati P. Coupletium eiusque collegas hac in re praeeuntes, edendo hoc opus, non niſi reſectis et mutatis omnibus, quae ſyſtemati Ieſuitarum videbantur adverſa, ſupreſſo inſuper integro textu Sinenſi, ut gloſſas plane ſenſui litterali Aphoriſmorum Confucii aliorumque philoſophorum Sinenſium contrarias ſub-

ſtituerent caet. Aymonius promiſſis ſuis non ſtetit; cauſſas indagare haud potuimus.

Cf. Acta Erud. a. 1688. p. 254—265.
FREYTAGII Analecta litt. p. 267.
(BAUMGARTENS) *Nachr. v. einer Hall. Bibl.* T. VIII. p. 154—164.
CLEMENT T. VII. p. 264 ſqq.

Relation nouv. *Relation nouvelle de la Chine, contenant la deſcription des particularitez les plus conſiderables de ce grand Empire; traduite du Portugais par le* S. B. (Abbé Bernou) à Paris 1688. 4.

Hyde. THOMAS HYDE Epiſtola de menſuris et ponderibus Serum ſeu Sinenſium, ubi etiam de ingenti illo muro, qui apud eos, eorumque novo anno, nec non de herbae Cha collectione ſuperſtitioſa, omnium nomina exhibentur lingua Serica, ſubiunctis characteribus propriis, adiecta *Eduardi Bernardi* de menſuris et ponderibus antiquis libris tribus (*Oxon.* 1688. 8.); et emendatior auctiorque in Th. Hydii Syntagmate diſſertationum, a *Greg. Sharpe* collectum (*Oxon.* 1767. 4.) P. II. p. 409 ſqq. Hac occaſione monemus, collectioni iſti Sharpianae adiectam eſſe tabulam imperii Sinici geographicam, e maiore quadam redactam. Idem Sharpius ſubiunxit Appendicem de lingua Sinenſi etc. indicemque ſcriptorum idem argumentum tractantium. Nobis vero, qui in hoc opere ad linguas litterasque pertinentia non curamus, eo morari non licet.

l'Empereur de la Chine. *L'Empereur de la Chine avec toute ſa cour en habits ordinaire et de ceremonie.* à Paris ſ. a. in fol. Tabulis aeneis omnia repraeſentata atque hiſtoricis explicationibus illuſtrata ſunt.

Faquinetti. FAQUINETTI Reflexions ſur le culte de la Chine; avec la Reponſe .... 4.

Lettre

Lettre de Meſſieurs des Miſſions etrangeres au Pape ſur les idolatries et ſuperſtitions Chinoiſes.... 8.

Lettre à Mſgr. le Duc de Maine ſur les ceremonies de la Chine. à Paris 1700. 12.

PROSPERI INTORCETTAE *teſtimonium de cultu Sinenſi.* Pariſ. 1700. 8. Intorcetta.

FR. XAVIERII acta de ritibus Sinenſium politicis. *Pariſ.* 1700. 8. Xavierius.

Lettre de Mr. MAIGROTT *à M. Charmot au ſujet de la Religion des Chinois....* 1701... Maigrott.

Lettres d'un Docteur de l'Ordre de St. Dominique ſur les Ceremonies de la Chine au P. le Comte, Jeſuite. à Cologne 1701. 8. Lettres etc.

Anciens traitez de divers auteurs ſur les ceremonies de la Chine, avec des notes de Monſieur DE LEIBNIZ; in G. G. *Leibnitii* Epiſtolis ad diverſos a *Chr. Kortholt* editis (Lipſ. 1734. 8.) Vol. II. p. 163—504. Offeruntur hoc loco ſequentia: *Traité ſur quelques points de la religion des Chinois; par le R. Pere* NICOLAS LONGOBARDI, *ancien Superieur des Miſſions de la Compagnie de Jeſus à la Chine. Nouvelle edition faite depuis celle de Paris l'an* 1701. 12. (nobis ignota) *et augmentée avec des remarques ſur le manuſcrit de Mr.* de Leibniz. Longobardus, natione Siculus, Pequini miſſionarius mortuus eſt a. 1655, anno aetatis 90. Quid Sinenſes de Deo rebusque divinis ſtatuant, clare exponit auctor; Leibnitzius in notulis diſputantis perſonam haud raro ſuſtinet. — *Traité ſur quelques points importans de la Miſſion de la Chine. Par le* R. P. ANTOINE DE SAINTE MARIE, *Prefet apoſtolique des Miſſionaires de l'Ordre de S. François dans ce Royaume; adreſſé au R. P. Louis de Gama, Jeſuite, Viſiteur des Provinces de la Chine et du Japon: et envoyé à N. S. Pere le Pape, et aux Em. Cardinaux de la ſacrée Congregation etablie pour les affaires qui re-* Anciens traitez etc. Longobardi. de Ste. Marie.

gardent la propagation de la Foy. Traduit d'Eſpagnol. Nouvelle edition faite depuis celle de Paris de l'an 1701 *in* 12, (nobis quoque ignota) *et augmentée avec des remarques ſur le manuſcrit de Mr.* de Leibniz. Potiſſimum narratur de modis, quibus Sinenſes Confucium colere ſolent, deque aliis rebus ad religionem pertinentibus. — *Lettres XVIII de Monſ.* de Leibniz *ſur la philoſophie Chinoiſe à Monſ. de Remond, Conſeiller du Duc Regnant et Introducteur des Ambaſſadeurs.* Quid Sinae de Deo, de primo rerum principio, de anima eiusque immortalitate ſentiant, exponitur; ſimulque de characteribus, quibus Fohi uſus ſit in ſcriptis ſuis. — Excerpta ex epiſtola MATURINI VEYSSIERE LA CROZE prid. non. Dec. 1720 ad *Seb. Kortholtum* data. Veteres Sinenſes inter Atheos eſſe referendos contenditur, atque de antiquitate philoſophiae Sinicae exponitur. Aliud excerptum ex epiſtola quadam Lacrozii agit de Longobardi tractatu de Sinenſium religione. Unde diſcimus, *Navarretum*, ſupra a nobis laudatum, Longobardi libellum Hiſpanice reddidiſſe notasque locupletes adieciſſe.

Inſunt quoque volumini tertio collectionis eiusdem epiſtolarum Leibnitianarum p. 1—22 varia, res Sinicas, religionem praecipue ac philoſophiam, illuſtrantia.

Fouquet. FOUQUET, Epiſcopi Eleutheropolenſis, Tabula chronologica hiſtoriae Sinicae, connexa cum cyclo, qui vulgo *Kiat-ſe* dicitur. *Romae* 1729. — Quidam e proceribus Tatarorum vices regis Cantoni gerens hanc tabulam ab 1720 e magnis annalibus Sinicis compoſuiſſe dicitur.

Chambers. WILLIAM CHAMBERS, *Architect, Member of the Imperial Academy of Arts at Florence, Deſigns of Chines Buildings, Furniture, Dreſſes, Machines and Utenſils, engraved by the beſt hands, from the Origi-*

Originals drawn in China. To which is annexed a Deſcription of their Temples, Houſes, Gardens etc. London 1757. fol. Opus ſplendidiſſimum nil niſi tabulas aeneas continet, praeter introductionem, Anglice et Gallice ſcriptam. Cf. *Bremiſches Magazin* (1758). T. II. p. 405—416. Anglum haud pauca, veritati non ſatis conſentanea, proferre, harum rerum aeſtimatores affirmant. *)

Brevem deſcriptionem commerciorum in Sina exhibet *New Univerſal Magazine* a. 1755. Febr. p. 47 ſqq. Quae Theotiſce legitur in *Bremiſchen Magazin* (1757). T. I. p. 605—610.

Miſcellaneous pieces relating to the Chineſe. . . . 1763. Miſcell. pieces.

Deſpotiſme de la Chine par M. A. in *Journal des Savans*, a. 1767. *Theotiſce* a I. C. *Daehnert*, in eiusdem verſione operis Deguigneſiani ſupra laudati, cuius volumini ſecundo et tertio opuſculum iſtud praefixum eſt. Auctor anonymus quidem, ſed, ut videtur, bene rebus Sinicis inſtructus, ſeptem capitibus agit de imperio Sinico in genere, de Sinarum legibus reque litteraria, de legum ac iuſtitiae cura, de re aeraria, de imperatoris poteſtate et auctoritate, de vitiis, quibus regiminis Sinici forma laborat. Deſpotiſme de la Chine.

Art militaire des Chinois, ou Recueil d'anciens Traités ſur la guerre, composés avant l'ère chrétienne par différens Generaux Chinois; Ouvrage ſur lequel les aſpirans aux grades militaires ſont obligés de ſubir des examens. On y a joint dix preceptes addreſſés aux troupes par l'Empereur YONG-TCHENG, *Pere de l'Em-* Hiſt. milit.

*) Utrum ex hoc opere an aliunde verſio libelli ſequentis orta ſit, dicere non habemus: *Ueber die orientaliſche* (ſ. potius *Sineſiſche*) *Gartenkunſt; eine Abhandlung aus dem Engliſchen des Hrn.* WILL. CHAMBERS. Gotha 1775, 8.

l'Empereur regnant, et des planches gravées pour l'intelligence des exercices, des evolutions, des habillemens, des armes et des inſtrumens militaires des Chinois. Traduit en François par le P. AMIOT, *Miſſionnaire à Peking, revû et publié par M.* DE GUIGNES. à Paris 1772. 4. Cum figg. aen. XXI coloribus diſtinctis. — Praefatio tradit notitiam ſcriptorum Sinenſium de re militari et de heroibus nonnullis Sinicis, qui ex Amioti ſententia nec Alexandro nec Caeſari cedunt. Prima operis pars compoſita dicitur a *Sun-tſe*, praefecto copiarum, quingentis annis ante Chriſtum natum; ſecunda, ab *U-tſe*, duce bellico, circa a. 425 ante C. N. tertia, a *Jang-Kin*, quoque ante C. N. vivente. Omnes potiſſimum in eo verſantur, ut officia ducum et militum doceant et inculcent: nec tamen ars ipſa bellica neglecta eſt.

Cf. *Goetting. Anzeigen* a. 1772. p. 993—998.

Geisler. ADAM FRIEDRICH GEISLER *Character, Sitten und Meinungen der Chineſer und Cochinchineſer, aus den Berichten älterer und neuer Reiſenden geſchildert.* Halle 1782. 8 mai. — Compilatio nullius pretii; maioris aeſtimanda ſequens:

Heinze. VALENTIN AUGUST HEINZE *Beſchreibung der Chineſer, aus den beſten Reiſebeſchreibungen geſammlt.* Leipz. 1784. II Voll. in 8. Quae duo volumina quoque conſtituunt quintam et ſextam partem operis: *Bibliothek der Geſchichte der Menſchheit*, a *C. C. L. Hirſchfeld* a. 1780 coepti et a *Heinzio* continuati.

SECTIO V.

Scriptores de progreſſu religionis Chriſtianae apud Sinenſes.

Guzman. LUDOVICI DE GUZMAN *Hiſtoria de las Miſſiones* etc. (Alcala 1601 fol.) ſupra cap. XIV ſect. VI lauda-

laudatus. Hoc loco ſequentia addere poſſumus: Auctor, Ieſuita Hiſpanus († 1605) ipſe Sinam non vidit. Opus libris XIII abſolvitur, quibus initia, progreſſus, propagatio Chriſtianae religionis tum caeteris in regionibus comprehenduntur, tum maxime in Iaponenſi regno; et Ieſuitarum labores (et miracula), profani idolorum ritus, variae et inter ſe diſcrepantes ac ſuperſtitioſae ſectae, diverſi hominum mores et conſuetudines facili ſtilo perſcribuntur.

FERNÃO GUERREIRO *Relaçam anual* etc. Cf. l. c. Guerreiro.

Hiſtoria de la entrada de la Chriſtianidad en el Japan y China etc. traduzida dal Latin del P. HORAC. TURSELLINO *por el P.* Pedro de Guzman. *Valladolid* 1603. 4. Archetypum Latinum forte idem, quod alibi laudatum invenimus: HOR. TURSELLINI Litterae annuae Societatis Ieſu anni MDXCIII. Turſellinus.

NICOLAI TRIGAULTII, Soc. Ieſu, de Chriſtiana expeditione apud Sinas ſuſcepta ab Societate Ieſu, libri V, in quibus Sinenſis regni mores, leges atque inſtituta, et novae illius eccleſiae difficillima primordia accurate et ſumma fide deſcribuntur. *Auguſtae* 1615. 4. *Lugd.* 1616. 4. Aucti ab auctore et recogniti *Coloniae* 1617. 8. (Omnes editiones rarae). *Francogallice* a *Franciſco de Richebourg-Trigaut.* Pariſ. 1616. 8. *Hiſpanice* ab *Eduardo Fernandez* .... 1621. 4. — Auctor, natione Belga, patria Duacenſis, Indiam, Perſiam, Arabiam deſertam, Turcici partem imperii peragravit. Septimo tandem poſt anno, quam in Europam redierat, Sinam petiit, multas eius regni provincias pervagatus eſt, neophytis inviſendis augendisque, et novis etiam expeditionibus tentandis. Demum cum ſe totum ad res Sinicas conſcribendas con- Trigaultius.

rüiſſet, ſublatus e vivis eſt a. 1628. Licet igitur ipſe in Sina diu verſatus fuiſſet, tamen plura huius libri argumenta petiit ex MATTHAEI RICCII, itidem Ieſuitae, commentariis, quod vel titulus editionis Colonienſis docet.

Eiusdem annuae litterae e regno Sinarum, annorum MDCX et XI. *Auguſtae* 1615. 4. *Antverp.* 1618. 8. — Plura alia de rebus Sinicis v. c. Annales regni Sinenſis, idem Trigaultius paraverat, quae vero, quantum nos ſcimus, lucem publicam haud viderunt.

Semedo. ALVARI SEMEDO (cuius ſupra mentio facta) *Imperio de la China, y cultura evangelica en el por los Religioſos de la Compagnia de Jeſus.* Madrid. 1642. 4.

Martini. MARTINI MARTINII (aliquoties iam memorati) brevis relatio de numero et qualitate Chriſtianorum apud Sinas. *Coloniae* 1655. 12.

Sozzinus de Sarzana. ANTONII SOZZINI DE SARZANA Expeditiones Ieſuitarum Chinenſes. *Neapoli* 1662. 4. Liber Italice ſcriptus ſic laudatur in bibl. Struvio-Buderiana p. 190. Nos nihil amplius de eodem reperire poſſumus.

Schall. Hiſtorica relatio de ortu et progreſſu fidei orthodoxae in regno Chinenſi per Miſſionarios Soc. Ieſu ex litteris eorundem Patrum, praecipue R. P. IOH. ADAMI SCHALL. *Viennae* 1665. 8. *Ratisbon.* 1672. 8. Quae editio Vindobonenſi praeferenda. — Schallius, Colonienſis, regibus Sinae indigenis iam ante ob aſtronomiae ſcientiam charus et honoratus: ſed a novo rege Tataro augmentum honoris renitens licet accepit, praeſes mathematicorum conſtitutus. Illa dignitate, quae inter primarias regni habetur, ad ſingulare imperatoris iuvenis commodum egregie uſus eſſe dicitur, ſalutaribus monitis eum inſtruens, et ſimul Chriſtianiſmum

in

n provinciis illis promovens. Mortuo autem illo, eſuitae et ſacerdotes atque miſſionarii omnes aut egno pulſi, aut in vincula conjecti fuerunt, in uibus etiam Schallius vitam finiit. Quae ab a. 581 usque ad 1669 in Sina Chriſtianiſmi propagandi cauſſa facta ſunt, in hoc libro narrantur. dition i Ratisbonenſi adiecta eſt deſcriptio Sinae eographica; Proſperi Intorcettae compendioſa arratio de ſtatu miſſionis Chinenſis ab a. 1581 sque ad a. 1669; eiusdem catalogus miraculorum aet.

FERDINAND VERBIEST *Lettre ecrite par luy e la Chine, où l'on voit l'etat preſent du Chriſtianiſme ans cet Empire et les biens qu'on y peut faire pour e ſalut des ames.* à Paris 1682. 4. Verbieſt.

Eiusd. *Lettre ecrite par luy de la Cour de Pekin ur un voyage, que l'Empereur de la Chine a fait l'an 683 dans la Tartarie occidentale.* à Paris 1684. 4. — erbieſtus, Ieſuita, ex Flandria oriundus, tantum pud imperatorem Kang-hi valuit, ut ab eo rogaus Chriſtianorum ſacra reſtitueret, ſacerdotes iectos revocaret, perſecutores puniret, et Schallii nemoriam publico diplomate honoraret. Haec t alia, iter praecipue ab imperatore in Tatariam rientalem, avitum regnum, ſuſceptum, copioſe eſcribuntur. Narratur quoque de muro iſto famoſo, Tataris olim obiecto.

Catalogus Patrum Societatis Ieſu, qui poſt obium St. Franc. Xavierii ab a. 1581 in imperio Siarum Ieſu Chriſti fidem propagarunt; ubi ſinguorum nomina, ingreſſus, praedicatio, mors, ſepulura, libri Sinice editi, recenſentur; e Sinico Laine redditus a P. PHIL. COUPLET. *Pariſ.* 1686. 8. Catal. Patrum Soc. Ieſ.

Hiſtoire des differends entre les Miſſionaires Jeſuites d'une part, et ceux des Ordres de St. Dominique et de St. François de l'autre touchant le culte, que Hiſt. des differends etc.

les Chinois rendent à leur Maitre Confucius, à leur ancetres, et à l'idole Chin-hoang. 1692. 12.

Leibnitz. G. G. L. (i. e. GUIL. GODEFR. LEIBNITII) Noviſſima Sinica, hiſtoriam noſtri temporis illuſtratura. ſ. l. 1697. 8. Editio ſecunda ſ. l. 1699. 8. — Poſt praefationem luculentam legitur IOSEPHI SUARII, Luſitani, Ieſuitae ac miſſionarii Sinenſis, Pequinenſisque collegii aulici Rectoris, libellus, quo et miſſionariorum in annunciando per Sinam Chriſtianiſmo ſtudium et obiectas in arduo negotio difficultates et felicem tandem, impetrato a. 1692 ſolenni pro libertate Chriſtianiſmi edicto, conatuum eventum ſtudioſe enarravit. Subiunxit editor opuſcula alia ad Sinenſem hiſtoriam ſpectantia, v. c. epiſtolam ad eum a CLAUDIO PHILIPPO GRIMALDI, Ieſuita, perſcriptam.

Cf. Acta Erud. a. 1697. p. 491 ſqq.

le Gobien. CHARLES LE GOBIEN, *de la Comp. de Jeſus, Hiſtoire de l'Edit de l'Empereur de la Chine en faveur de la religion Chreſtienne. Avec l'eclairciſſement donné à Monſeigneur le Duc du Maine ſur les honneurs que les Chinois rendent à Confucius et aux Morts.* à Paris 1698. 12. — Poſtquam auctor in praefatione praecipua quatuor ſectarum, in quas univerſa Sinenſium natio diviſa eſt, ſcita ſuccincte recenſuiſſet, a primordiis religionis Chriſtianae hiſtoriam ſuam orditur, repetitque ea, quae in libellis a nobis iam excitatis tradita ſunt, praecipue Riccii, Schallii, Verbieſtii, Intorcettae, Gerbillonii, Buveti, merita. Fuſius narratur hiſtoria edicti ipſa, impedimenta ipſi obiecta, plauſus, quo a Chriſtianis per totum imperium exceptum, et effectus in convertendis plurimis Sinenſibus, etiam Mandarinis non infimi ordinis. Exponit auctor poſtea hiſtoriam belli et pacificationis Sinenſes inter et Ruſſos a. 1688 per

peractae, aliorſum minus cognitam. Et Ieſuitae huic negotio interfuerunt. Appendix, in libri epigraphe memorata pertinet ad cognitionem controverſiae, quae olim Ieſuitas inter et Dominicanos de cultu Confucii et defunctorum agitabatur. Notum enim, Ieſuitas neophytis ſuis nonnullas caerimonias cultus divini apud Sinenſes uſitatas conceſſiſſe, ne Sinae a fide Chriſtiana conſilioque eam amplectendi deterrerentur: Dominicanos contra et Franciſcanos, operam quoque Chriſtianiſmo in Sina dantes, eosdem ritus a Ieſuitis neophytis permiſſos, ceu ſuperſtitioſos et idololatricos traduxiſſe. Auctor contendit, totam controverſiam eo redire, ut intelligatur, quam tandem Sinenſes de Confucio et hominibus defunctis animo conceptam habeant opinionem, num eos ut deos venerentur, nec ne? Dominicanos quidem hoc affirmare, et ad iſtud comprobandum varia teſtimonia ex libris Sinenſium producere. Sed hiſce alia teſtimonia in contrarium non minore copia iam pridem a Ieſuitis eſſe oppoſita. Ieſuitis tamen hic potius credendum eſſe, quam Dominicanis, Noſter putat, eo quod, ob varias quas affert rationes, ſententiae et opiniones Sinenſium non poſſint non illis magis perſpectae eſſe, quam his; et quae ſunt reliqua.

Cf. Acta Erud. a. 1699. p. 490-501. a. 1700. p. 169—173.

Hiſtoria cultus Sinenſium, ſeu varia ſcripta de cultibus Sinarum, oblata Innocentio XII Pontifici Maximo; adiuncta appendice ſcriptorum Patrum Societ. Ieſu, eiusdemque hiſtoriae continuatione. *Coloniae* 1700. 8. — Ex hoc libro, quae Dominicanorum caeterorumque miſſionariorum, a Ieſuitis diſſentientium, hac de re ſit ſententia, quibusve rationibus et argumentis eam tueantur, Hiſt. cultus Sinenſ.

Y cogno-

cognoſcere licet. Praecipue id agit *Nicolaus Charmot*, cuius notae in obſervationes a Ieſuitis in Mandatum *Maigroti*, Vicarii Apoſtolici et Epiſcopi Cononenſis electi, ſacrae Congregationi ſancti, quod vocant, officii exhibitas, conſcriptae, primo loco comparent, et praecipuam libri partem abſolvunt. Huic igitur ſi adhibenda fides, Ieſuitae id unice egerunt, ut quaeſtionem facti confunderent cum quaeſtione iuris, cum tamen modo de illa prius rite conſtet, de hac non poſſit ullum facile ſupereſſe dubium.

Cf. Acta Erud. a. 1700. p. 173—180.

Hac ex lite orti ſunt libelli ſequentes:

Alexandre. (NOËL i. e. Natalis ALEXANDRE) *Apologie des Dominicains Miſſionaires de la Chine, ou Reponſe au Livre du P. de Tellier, intitulé: Defenſe des nouveaux Chretiens, et à l'Eclairciſſement du P. le Gobien ſur les honneurs que les Chinois rendent à Confucius et aux Morts.* à Cologne 1699. 12. *Italice* ibid. eod. 12.

Eiusd. *Conformité des ceremonies Chinoiſes avec l'idolatrie Grecque et Romaine, pour ſervir de confirmation à l'Apologie des Miſſionaires Dominicains, par un Religieux Docteur* etc. à Cologne 1700. 12. *Italice*, ibid. 1701. 8.

Gobianus. IOH. DAMIANI GOBIANI Diſſertatio apologetica de Sinenſium ritibus politicis. *Leodii* 1700. 8.

Lettres de Louis Cicé aux Jeſuites ſur les Idolatries de la Chine. à Cologne 1700. 8.

Furtado. FRANC. FURTADO (Ieſuitae Luſitanici † 1653) Informatio antiquiſſima de praxi miſſionariorum Sinenſium Soc. Ieſu circa ritus Sinenſes. *Pariſ.* 1700. 8.

Apologia pro decreto Alexandri VII et praxi Ieſuitarum circa cerimonias, quibus Sinae Confucium

ium et progenitores mortuos colunt. *Lovanii* 1700. 8.

Six Lettres d'un Docteur; ou Relation des Aſſemblées de la Faculté de Theologie de Paris, tenues en Sorbonne ſur les opinions des Jeſuites touchant la religion, les cultes et la morale des Chinois, avec la Cenſure de cette Faculté. à Cologne 1701. 8.

Difeſa del giudizio formato della S. Sede Apoſtolica nel di 20 Nov. 1704 *intorno ai Riti et Ceremonie Cineſi.* Torino 1709. 4. — Decreti iſtius ſumma huc redit, quod reſponſa pontificalia ad quaeſita in cauſſa rituum Sinenſium ab omnibus et ſingulis miſſionariis cuiuscunque Ordinis, etiam Ieſuitici, obſervari debeant, ſuſpenſa tamen interea eorundem reſponſorum publicatione.

Mémoires pour Rome ſur l'etat de la religion Chretienne dans la Chine. 1709. 4. *Suite de ces Mémoires.* 1710. 8.

Acta cauſſae rituum ſeu ceremoniarum Sinenſium. *Romae* (1710). 4.

Obſervationes circa expoſitionem rituum Sinenſium factam S. Congregationi, primum Italice, nunc Latine impreſſae. ſ. l. 1710. 8.

Riſpoſta dei Signori delle Miſſioni ſtranieri alla proteſta ed alle rifleſſioni dei Padri Gieſuiti intorno il ſacrificio Cineſe. Roma 1710. 4.

Apologia delle Riſpoſte date del Procuratore del Cardinale di Tournon, alli cinque Memoriali del Padre Provana intorno il ſacrificio Cineſe, contro le oſſervazioni fatte ſopra di eſſe, da un Autore anonimo. 1710. 4.

JOH. MAURITII *Afgoden-Dienſt der Jeſuiten in China.* Amſterd. 1711. 8. Cum figg. aen. — In hoc libro auctor, qui quondam fuerat Frater Ordinis Dominicanorum poſtea vero religionem Reformatam amplexus eſt, graviter admodum in Mauritius

ſocie-

ſocietatem Ieſuitarum invehitur. Primo loco ſiſtit excerpta ex litteris *Iohannis de Palafox de Mendoza*, Epiſcopi Angelopolitani, quibus Ieſuitas apud Innocentium X Papam Romanum, a. 1649 accuſavit. Subiunguntur quaeſtiones a *Ioh. Bapt. Morales*, Dominicano et miſſionario Sinenſi, de ratione vivendi ac docendi, qua Ieſuitae in Sina utuntur, propoſitae, una cum reſponſionibus Congregationis de propaganda fide de a. 1645. Has excipit brevis relatio eorum, quae ſpectant ad declarationem imperatoris *Kang-hi*, circa coeli, Confucii et avorum cultum a. 1700 datam, a Ieſuitis Pequini facta. Cui relationi ſubiunguntur excerpta ex relationibus Pariſienſibus, quae antea de miſſione et itinere Cardinalis *de Tournon* Francogallice a praefectis academiae miſſionariorum, quae Pariſiis eſt, fuerunt editae. Sequuntur denique animadverſiones ipſius Mauritii, quibus acta Ieſuitarum acriter perſtringit.

Cf. Acta Erud. a. 1711. p. 281 ſqq.

Minorelli. *Examen des fauſſetez ſur les cultes Chinois avancées par le P. Jovenci, traduit d'un ecrit Latin, composé par le P.* MINORELLI. à Cologne 1714. 8. — Minorelli ſocius ordinis Dominicanorum fuit.

Relation de la nouvelle perſecution de la Chine, juſqu' à la mort du Cardinal de Tournon. 1714. 12.

Eſſame e difeſa del Decreto dal Cardinale di Tournon ſopra le coſe dell' Imperio della China. Roma 1728. 4.

Anecdotes ſur l'état de la religion dans la Chine. à Paris 1733. II Voll. in 12. — Multa, Jeſuitis haud grata, praecipue eorum perſecutiones adverſus Cardinalem *Tournon*, narrantur.

Mosheim. JOHANN LORENZ MOSHEIM *Beſchreibung der neueſten chineſiſchen Kirchengeſchichte.* Roſtock 1748.

748. 8. Adiecta quoque eſt praefationis loco voluminis ſecundo verſionis Theotiſcae operis Du- haldiani ſupra recenſiti (Roſt. 1748. 4). — Con- tinet ſuccinctam et exactam relationem de rixis in- ter Ieſuitas alioſque miſſionarios in Sina obortis, ſaepeque a nobis commemoratis, hauſtam quidem quoad maximam partem e ſcriptis a nobis in hac ſectione allatis. Contra hunc libellum poſt Mos- hemii mortem prodiit ſequens:

FLORIANI BAHR, *des Collegii S. I. in dem Kaiſerthum China Rectors, allerneueſte chineſiſche Merkwürdigkeiten und zugleich gründliche Widerle- gung vieler ungleicher Bericht und Irrungen, welche Herr Joh. Lorenz Mosheim, Canzler bey der hohen Schule zu Göttingen, in ſeine Erzählung der aller- neueſten chineſiſchen Kirchengeſchichten hat einflieſſen laſſen; aus Pekin geſchrieben.* Augsburg und Inſprug 1758. 8. — Leviora quaedam auctor recte qui- dem in narratione Moshemiana notavit atque cor- rexit: at maiora momenta Ieſuitis contraria, tan- tum abeſt, ut rationibus firmis confutaverit, ut potius eadem maiorem vim ac fidem inde lucren- tur. Placet in primis enumeratio omnium miſſio- num Ieſuiticarum eo tempore inter gentes Chri- ſtianiſmo contrarias inſtitutarum. Bahr.

Cf. *Goetting. Anzeig.* a. 1758. p. 752 — 760.

DE GUIGNES *Recherches ſur les Chrétiens établis à la Chine dans le VII ſiècle* (lues le 7 Dec. 1753); in *Mémoires de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XXX. p. 802 — 819. *Theotiſce* ab I. C. *Daehnert*, in ope- ris Deguigneſiani ſupra recenſiti verſione, tomo quidem tertio, p. 35 — 57. — Maxime in eo eſt auctor, ut demonſtret, Bonzios de Fo, quorum in annalibus Sinicis ſaepe fit mentio, eſſe Chriſtia- nos, et quidem ſectae Neſtorianae, atque moni- de Guignes.

mentum

mentum illud, a. 1625 in Sina repertum, ſaepius-cule a nobis nominatum, minime eſſe opus fraudis, ſed re vera ſaeculo poſt Chr. nat. octavo a Neſtorianis poſitum fuiſſe. His et aliis auctor doctiſſimus tantam fidem conciliari ſtuduit, ut vix de harum rerum veritate dubitare liceat.

Memorie ſtoriche etc. *Memorie ſtoriche dell' Eminentiſſ. Monſignor Cardinale di Tournon, eſpoſte con monumenti rari ed autentici non più dati alla luce. Opere diviſa in otto volumi.* Vol. I. In Venezia 1761. 8. — Poſt praefationem, qua controverſia ſuper caerimoniis Sinarum religioſis deque Cardinalis Turnon miſſione exponitur, tribus partibus offeruntur epiſtolae eiusdem Cardinalis de perſecutionibus, quibus Ieſuitae eum affecerunt; porro itinerarium ab inſula Teneriffa verſus urbem Pondicheri, a Turnonio compoſitum; relatio de veneficio, quo Ieſuitae eundem e medio ſuſtulerunt, deque eius morte a 1710; et quae ſunt reliqua.

CAPVT

CAPVT XVIII.

SCRIPTORES DE REBUS IAPONICIS SIVE IAPANICIS.

Multos, capite ſuperiore laudatos ſcriptores de Sina huc quoque eſſe trahendos, facile patet; nonnullos etiam e capite decimo quarto de ſcriptoribus Indiae orientalis.

Iaponenſibus aeque ac Sinenſibus eſſe hiſtoricos domeſticos, plures ſunt teſtati v. c. *Kaempferus*, qui multa ex annalibus Iaponicis in opus immortale, de quo infra, transtulit, et *Deguignesius*, qui in opere, capite ſuperiore recenſito, annalium libro, unico, quod in bibliotheca regia Pariſina aſſervatur, T. I. p. 145 ſqq. uſus eſt. Notemus nunc alios ſcriptores!

Inter Europaeos primus ſcriptor de Iaponia referens eſt MARCUS PAULUS, *Venetus*, de quo ſupra Vol. I. P. II. p. 9 ſqq. Marco Polo.

Cartas que los Padres y Hermanos de la Compañia de Jeſus, que andan en los Reynos de Japon eſcrivieron a los de la miſma Compañia desde el año 1549 *haſta el* 1571; *en las quales ſe da noticia de las varias coſtumbres y idolatrias de aquella Gentilidad: y ſe cuenta el principio, y ſucceſſo, y bondad de los Chriſtianos de aquellas partes.* En Alcala 1575. 4. De hoc libro rariſſimo nil praeter titulum comperire licuit. Cartas etc.

EMANUELIS ACOSTAE de Iaponicis rebus epiſtolarum libri IV; in *eiusd.* rerum a Societate Ieſu in Oriente geſtarum ad a. 1568 commentario. De quo videatur Bibl. noſtrae cap. XIV. ſect. VI. Acoſta.

Lettere del Giapone de gli anni 1574, 75, 76 *ſcritte dalli Padri della compagnia di Gieſu, et di Portugheſe, tradotte nel volgare Italiano.* Roma 1578. 8. Lettere del Giapone.

Lettere ſcritte del Giapone, dell' anno 1577. Roma 1579. 8.

Lettere delle coſe del Giapone, dell' anno 1579 *inſino al* 1581. Roma 1584. 8.

Lettera annuale del Giapone del 1582. Roma 1585. 8.

Auviſi del Giapone de gli anni 1582, 83 *et* 84. *Con altri della Cina dell'* 83 *et* 84; *cavati dalle lettere della Compagnia di Gieſu.* Roma 1586. 8.

Lettere del Giapone, et della Cina, de gl' anni 1589 *et* 1590; *ſcritte al R. P. Generale della Comp. di Gieſu.* Roma 1591. 8. Venetia 1592. 8. — Omnes iſtae Ieſuitarum relationes de Iaponia atque de illorum conatibus ad Chriſtianiſmum promovendum eiusdem moduli ac pretii ſunt, cuius eorundem relationes de Sina, capite ſuperiore commemoratae. Auctores nobis ſunt ignoti: forte omnes ſcripſit *Ludovicus Froës*, Ieſuita Luſitanus, ab a. 1565 in Iaponia vivens usque ad a. 1597, quo Nangaſacki mortuus eſt. Certe *Philippus Alegambe* in Bibliotheca ſcriptorum Societatis Ieſu p. 311 commemorat Epiſtolas XXVI huius *Froëſii* de rebus Iaponicis ab anno Chriſti 1563 usque ad a. 1592 ſcriptas, quas exſtare affirmat apud varios auctores, qui epiſtolas Indicas in unum corpus collegerunt. Eiusdem *Froëſii* litteras annuas Iaponenſes anni 1591 et 1592, editas *Colon. Agripp.* 1596. 8. laudatas invenimus. Idem Alegambius excitat ſcripta *Froëſii* huc pertinentia ſequentia:

Froës.

Hiſtorica relatio de legatione regis Cinenſium ad Taicoſamam regem Iaponum anno 1596 inſtituta, et de horrificis prodigiis legationem proxime antegreſſis. . . .

Hiſtorica relatio de rebus per Iaponiam anno 1596 a Patribus Societatis Ieſu, durante perſecutione, geſtis. . .].

Hiſto-

Hiſtorica relatio de glorioſa morte XXVI Crucifixorum pro Chriſto in Iaponia die V Februarii a. 1597 ſub Taicoſama rege. *Mogunt.* 1599. 8.

Narratio mortis Quabacondoni ſeu Taicoſama imperatoris Iaponiae. . . .

GUIDO GUALTIERI *Relationi della venuta de gli Ambaſciatori Giapponeſi à Roma.* Roma 1585. 4. — Ineſt non ſolum relatio rerum geſtarum a legatis, a quibusdam principibus Iaponicis Romam, ad Papam Gregorium XIII miſſis, ſed etiam deſcriptio Iaponiae. Gualtieri.

IOH. BAPT. PERUSCHI (*Ieſuitae Romani* † *Romae* 1598) hiſtorica relatio de regis Mogor, a magno Tamerlane oriundi, vita, moribus et ſumma in Chriſtianam religionem propenſione; deinde de omnium Iaponiae regnorum proxima ad regnum Chriſti converſione, collecta ex Epiſtolis a. 1592, 1594 et 1595, inde datis. *Mogunt.* 1598. 8. Archetypum Italum *Romae* 1597 in 8 prodiiſſe dicitur. Peruſchus ſ. Peruſcus.

IOAN. HAYI (*Ieſuitae Scoti, Academiae Muſſipontanae Cancellarii* † 1607) de rebus Iaponicis, Indicis et Peruanis Epiſtolae recentiores, in librum unum coacervatae. *Antverp.* 1605. 8. *Colon* 1605. 8. Hay.

FRANCISCI PASII (*Ieſuitae Bononienſis, Viſitatoris miſſionum Sinicarum et Iaponicarum* † *Macai* 1612) Relatio hiſtorica rerum in Iaponiae regno geſtarum ann. 1603, 1604, 1605, et parte 1606, ternis annuis litteris comprehenſa, edita primum Romae a 1608 Italice, nunc vero Latine reddita. *Moguntiae* 1610. 8. Paſius.

Relatione della ſolenne entrata, fatta in Roma da Fil. Franc. Faxicura, Ambaſciadori per Idate Maſamune, Rè di Voxu nel Giapone, alla Santità di N. S. Papa Paolo V. Roma 1615. 4. *Hiſpanica* forte huius libri verſio eſt, quae in Catalogo bibl. Relatione etc.

Ludewigianae P. I. p. 335 laudatur, hoc titulo: *Actos de la Audiencia publica, dada de Paulo V. Pontifice maximo, a los Embajadores del Rey Voxu Xapon.* Mexico 1626. 8. *Latine* ibid. eod. 8.

Amati. *Iſtoria del Regno di Voxu del Giappone, dell' antichità, nobiltà, e valore del ſuo Re Idate Maſamune, e dell' Ambaſciata inviata alla Santità Papa Paolo V, e delli ſuoi ſucceſſi; con altre varie coſe di edificazione, e guſto ſpirituale de' lettori, per il Dotter* SCIPIONE AMATI, *Romano, Interprete dell' Ambaſciata.* In Roma 1615. 4. *Theotiſce*, Rothweil 1617. 4. — Charlevoix, aliique Ieſuitae haud optime de hoc libro ſentiunt: alieni contra a partium ſtudio auctoris, iureconſulti Romani, candorem veritatisque ſtudium laudibus proſequuntur.

Trigault. NICOL. TRIGAUTII (ſupra memorati) Rei Chriſtianae apud Iaponios Commentarius, ex litteris annuis Societatis Ieſu, annorum 1609, 1610, 1611, 1612 collectus. *Aug. Vind.* 1615. 8.

Eiusd. de Chriſtianis apud Iaponios triumphis, ſive de graviſſima ibidem, contra Chriſti fidem perſecutione exorta, anno 1612 usque ad a. 1620, Libri V, in annos totidem, ex annuis Societatis Ieſu litteris, continua hiſtoriae ſerie diſtributi; cum MATTHAEI RADERI auctario et iconibus Sadelerianis. *Monachii* 1623. 4. *Francogallice* ....

Pineyro. LUYS PINEYRO, *de la Compañia de Jeſus* († Olyſſipone 1620) *Relacion del ſucceſſo, que tuvo nueſtra ſanta fé, en los reinos de Japon, desde el anno* 1612 *haſta el de* 1615. Madrit 1617. fol. Laudatur propter copioſiorem rerum expoſitionem.

Morejon. PEDRO MOREJON, *de la Compañia de Jeſus, Hiſtoria y relacion del Japon, desde el anno* 1612, *haſta el de* 1615. Lisboa 1614. 4. ibid. 1617. 8.

Eiusdem *Hiſtoria y relacion de los ſuccedidos en los reynos de Japon y China, desde l'anno* 1615 *haſta*

haſta el de 1619. Lisboa 1621. 4. Auctor miſſionariis celeberrimis eiusque ſcripta praeſtantioribus a Ieſuitis adnumerantur. Idem Italice ſcripſit Relationem martyrii, quod in Iaponia per ignem anno 1626 conſecuti ſunt IX de Societate Ieſu et XII alii; adiunctam annuis Ieſuitarum Litteris anni 1625. *Romae* 1632.

A brief relation of the perſecution lately made againſt the Catholick Chriſtians in the Kingdom of Japon. Lond. 1616. 4. Relatio hauſta e litteris Ieſuitarum annuis ſuperioribus. Brief Relation.

Relatione delle coſe piu notabili ſcritte negli anni 1619, 1620 *et* 1621 *della Cina al Molto Rev. P. Mutio Vitelleſchi.* In Milano 1625. 8. Relatione etc.

DIEGO DE SAN FRANCISCO (*Predicador y Commiſſario de Japon*) *Relacion verdadera y breve de la perſecucion y martyrios, que padecieron por la confeſſion do nueſtra ſanta fè catholica en Japon quince religioſos de la Provincia de S. Gregorio de los deſcalſos del Orden de N. Seraphino P. S. Franciſco de la Islas Philipinas. Adonde tambienſe trata de otros muchos martyres Religioſos de otras Religiones, y ſeculares de differentes eſtados. Todos los quales padecieron en Japon, deſde el de anno* 1613 *haſta el de* 1624. En Manila 1625. 8. Liber, ob locum impreſſionis, ſummae raritatis. Adiecta eſt narratio de legatione Iaponica ſaepe memorata ad Papam Paulum V. de S. Franciſco.

Relazione delle perſecuzioni moſſe contro la Fede di Criſto nel Giappone dal 1628—1630. Milano 1635. 8. *Francogallice* Pariſ. 1635. 8. *Latine a Ioan. Bollando.* Antverp. 1635. 8. Auctor eſt ANDREAS PALMIERO, Ieſuita. Palmiero.

FRANÇOIS SOLIER (Ieſuitae † 1628) *Hiſtoire eccleſiaſtique des isles et royaumes du Japon, depuis ſa fondation juſqu' en* 1624. à Paris 1627. II Voll. in 4. Solier.

Orfanel et Collado.

Hiſtoria eccleſiaſtica de los ſucceſſos de la Chriſtianidad de Japon, desde el anno de 1602, que entro en el la Orden de Predicatores, haſta el de 1620. Por el Padre JACINTO ORFANEL, *Miſſionario de la Orden de Predic. y Padre* DIEGO COLLADO, *de la miſma Orden.* Madrid 1633. fol. — Auctores, ſocios ordinis Dominicani, multis in rebus Ieſuitis contra dicere, quilibet, hiſtoriae eccleſiaſticae haud ignarus, nobis vel non monentibus, intelliget.

Lucas et Caron.

Rechte Beſchryvinge van het Koninghryk van Japan, door PHILIPS LUCAS *ende* FRANÇOIS CARON, *beſtaende in verſcheyde Vragen, beantwoort in den Jare* 1636. In 's Gravenhage. 4. Cum figg. Idem liber, ut videtur, hac epigraphe: FRANCOYS CARON *Beſchryvinge van Japan.* Amſt. 1652. 4. 's Gravenhage 1661. 4. — *Anglice* a *Caſp. Manley,* Lond. 1663. 8. *Theotiſce* cum *Iodoci Schulzii* deſcriptione regni Siamici et *I. I. Merklini* deſcriptione itineris in Indiam orientalem, novemque aliis libellis, res Iaponicas et Siamicas exponentibus, a *Chriſtoph. Arnold,* Norimb. 1663. cum figg. aen., ibid. 1672. 8. cum figg. aen. Poſterior editio habet etiam *Henrici Hamelii* itinerarium de Corea. *Francogallice* cum annotationibus *Henrici Hagenaar* .... et in *Recueil de Voyages de la Comp. des Indes orient.* T. V. p. 381 ſqq. Cum auctori notae iſtae Hagenaari diſplicerent, tradidit *Melchiſedeco Thevenot* itinerarium novis curis elaboratum, quod ille demum edidit T. I. P. II. collectionis itinerariorum ſaepius a nobis commemoratae (1664). Haec editio ab auctore caſtigata exſtat etiam in *Recueil de Voyages au Nord* T. IV. p. 32-242. — Merito magni aeſtimata erat haec Iaponiae deſcriptio, antequam opus Kaempferianum in lucem publicam prodiret. Auctor enim puer iam delatus

in

in Iaponiam, cum eſſet caſteriophylax navi et ſaepius praeter culpam a navarcho verberibus mulctaretur, abdidit ſe, ubi iam cum navi erat abeundum. Deinde informatus procuratorum Belgicorum inibi degentium beneficio in legendo, ſcribendo et ſupputando, haec feliciter apprehendit, et inſuper Iaponicam linguam perdidicit ita, ut promte illa uteretur, quod ante eum nullus Belga potuerat. Hanc ob cauſam ad maiora mercimonii munera paullatim adhibitus, tandem factus eſt Director mercaturae in Iaponia nomine Belgarum, et ſocius Senatus Indici, qui nomine Belgarum Foederatorum in India inſtitutus eſt. Altiora poſtea adſpirans, Belgis Bataviae id recuſantibus, indignatione accenſus, Luſitanis operam ſuam dicavit: *) Europam inde petens, mari merſus eſt prope Ulyſſiponem a. 1674. De *Philippo Luca*, cuius prima libri editio mentio facit, notitiae nihil ad nos hucusque pervenit.

Relation de la decouverte de la terre de Jeſſo, ou d'Eſo, au Nord du Japon, par le vaiſſeau Caſtricom en 1643; in *Recueil de Voyages au Nord* T. IV. p. 1 — 17. Relation etc.

ANTONIO FRANCISCO CARDIM (Ieſuitae Luſitani, miſſionarii Indici † 1609) *Relatione della provincia del Giapone.* Roma 1643. 8. *Francogallice* hac epigraphe: A. F. Cardim *et* Franc. Baretto *Relation des miſſions de Jeſuites au Japon, au Malabar, en l'isle de Ceylan et en d'autres lieux, compris ſous le nom des provinces du Japon et du Malabar de la Compagnie de Jeſus. Traduite du Portugais et de l'Italien par* Jacquin Machault. *à Paris* 1646. 8. Cardim.

BERNHARDI VARENII (*Medici Amſtelodamenſis, qui et Geographiam univerſalem elaboravit* † . . . .) Varenius.

N 4 De-

*) Non popularibus ſuis, Francogallis, ut ſupra (Vol. II. P. I. p. 357 ſq.) ab aliis inducti tradidimus.

Deſcriptio regni Iaponiae et Siam. Amſtelod. ap. Elzer. 1649. 16. Titulo pleniore, quo ſimul libri contenta indicantur: *B. Varenii* Deſcriptio regni Iaponiae et Siam. Item de Iaponiorum religione et Siamenſium. De diverſis omnium gentium religionibus. Quibus, praemiſſa Diſſertatione de variis rerum publicarum generibus, adduntur quaedam de priſcorum Afrorum fide, excerpta ex Leone Africano. *Cantabrigiae* 1673. 8. Hanc Iaponiae deſcriptionem numerum rerum publicarum Elzericanarum claudere, Varenius teſtis eſt in diſſ. de rebus publicis huic libello praemiſſa. Quae Belgae in primis ac Luſitani, idiomatibus ſuis uſi, de Iaponia retulerunt, diligenter Varenius collegit, in ordinem et certa capita diſtribuit, obſcura illuſtravit, atque Latine publici iuris fecit.

Cf. *Hamburg. Bibl. hiſt.* Cent. IX. p. 242 ſq.

Marini. Supra cap. XV de ſcriptoribus rerum Tunquinenſium laudatus IOH. PHIL. MARINI in *Hiſtoria e relatione della miſſione del Giappone e Tunchino.*

Montanus. ARNOLD MONTANUS (eccleſiaſtis Belgici) *Denkwürdige Geſandſchafften der Oſt-Indiſchen Geſellſchaft in den vereinigten Niederlanden an unterſchiedliche Kayſer von Japan etc. aus den Schriften und Reiſe-Verzeichniſſen gemeldter Geſandten gezogen.* Amſterd. 1669. fol. Cum figg. aen. *Francogallice* hac epigraphe: *Ambaſſades memorables de la Compagnie* etc. à Amſterd. 1680. fol. à Leyde 1686. II Voll. in 12. à Paris 1687. II Voll. in 12.

Obſervationes etc. *Some obſervations concerning Japan, its ſituation, temperature, productions, cuſtoms etc. made by an ingenious perſon, that hath many years reſided in that country; as they were communicated in French by M. I. whence they are thus Engliſh'd by the Publiſher;* in *Philoſ. Tranſact.* a. 1669. T. IV. p. 983—986.

Extract

Extract d'un Journal authentique du Voyage Extract etc.
ue les Anglois firent au Japon en 1673; in Appen-
ice ad verſionem Francogallicam operis Kaem-
feriani mox laudandi p. 73 ſqq.

Hiſtoire de l'Egliſe du Japan, par Mr. l'Abbé Craſſet.
T. à Paris 1689. II Voll. in 4. Editio altera,
raefixo vero auctoris nomine, CRASSET, Ieſui-
te, *Pariſ.* 1715. II Voll. in 4. *Italice* .... *Luſita-
ice* a *Maria Antonia de S. Bonaventura e Menezes.*
)lyſſip. 1750. 12. — Solierii opus ſupra exci-
itum auctor non ſolum meliore ſtilo expreſſit,
erum etiam in rectiorem ordinem redegit, nar-
ationem exactiorem reddidit, continuavitque inde
b a. 1624, quo idem finitur. Praemittitur de-
criptio regni Iaponici geographica, phyſica et
olitica, in qua tamen nihil occurrere videtur,
uod non dictum fuerit prius. Hiſtoria ipſa, libris
X diviſa, quorum decem priora primum, poſte-
iora alterum volumen occupant, incipit a prima
aponicarum inſularum cognitione, quae Luſita-
is circa a. 1541 contigiſſe fertur, ubi in primis
rancifci Xaverii miracula ſic dicta nimia ac mo-
ſta cura enumerantur ſummisque laudibus extol-
antur. Latiſſime exponitur Chriſtianiſmi propa-
atio in terris iſtis, libro III, IV, V et VI. Septimo
efertur de legatione trium regum Iaponicorum
erſus Romam; octavo de ulteriore Chriſtianiſmi
rogreſſu; nono oſtenditur mutatio rerum Chri-
ianarum, offenſo imperatore a Luſitanis merca-
oribus et navarchis, minus ei quam cupiebat ob-
equentibus, eorumque malis moribus, ex quibus
ccaſionem nacti ſunt aemuli Chriſtianorum, ut
os de hypocriſi, et Ieſuitas ſpeciatim de inſidiis
d ſubiiciendam peregrino imperio Iaponiam ca-
umniarentur. De belli, quod Iaponiae imperator
ontra Sinarum regnum, auſu temerario et ut

Chriſtianos ſubditos in illo conſumeret, molit[…] eſt, laeto principio, ſed funeſto fine, et de ſtre[…]nua opera, quam duces militiae Chriſtiani illi n[…]varunt, memoratu digna hoc libro recenſent[…] Libro X narratur aucta calamitas Chriſtianorum e[…] delatione Hiſpani cuiusdam ex inſulis Philippin[…] qui Luſitanos, a quibus in cauſſa iniuſta pro vot[…] non erat tractatus, apud imperatorem criminat[…] eſt: nec parum nocuiſſe ab auctore noſtro Ieſuit[…] dicitur imprudentia monachorum, qui ex ordin[…] Dominicano et Franciſcano in Iaponiam venera[…] ſed apertius ſacra procurabant, quam ut latere i[…] hoſtes religionis poſſet. Mira ſunt, quae hoc libr[…] leguntur de luxu et opibus imperatoris, eiusdem-que tyrannide et ſaevitia. — Inde a libro XI ſe[…] voluminis ſecundi primo incipit narratio de per-ſecutione Chriſtianorum immaniſſima, cuius prae-ludium modo paullo ante memorata fuerat, coept[…] nimirum a. 1597. Continuantur libro XII, XII[…] et XIV relationes de crudeliſſimis Chriſtianorum vexationibus. L. XV martyrum plurium, in pri-mis Caroli Spinolae, fata ac ſupplicia ample expo-nuntur. Libris XVI, XVII, XVIII, XIX multa a[…] incredibilia ſaevitiae exempla conduntur. In qui-bus omnibus tradendis auctor minutiarum ſtudio laborat ad nauſeam usque. Refert v. c. ſingula-res preces ad b. Mariam virginem ab iis, qui ſup-plicium paſſi ſunt, compoſitas integras. Omnium, quae L. XX narrantur, maxime paradoxa et cre-ditu difficillima ſunt, quae de Marcello Franciſco Maſtrilli, Ieſuita Neopolitano ac miſſionario Iapo-nico, auctor mentitur. Omnis hiſtoria ad a. 1653 perducta obſervationibus nonnullis in eandem ab-ſolvitur.

Cf. Acta Erud. a. 1690. p. 173 — 182. p. 239 — 249. BAUMGARTENII *Nachrichten von merkwürd. Bü-chern* T. III. p. 126 — 147.

ENGEL-

ENGELBERT KAEMPFERS, *weyl. D. M. und* Kaempfer.
*ochgräfl. Lippiſchen Leibmedicus, Geſchichte und Be-
hreibung von Japan; aus den Originalhandſchriften
r Verfaſſers herausgegeben von* Chriſtian Wilhelm
ohm. *Erſter Band.* Lemgo 1777. *Zweiter und
tzter Band.* ibid. 1779. 4. Cum tabulis geogra-
iicis aliisque figg. aen. (XLV). *Anglice* ex ar-
ıetypo Theotiſco, tum temporis nondum typis
ulgato, ſuadente archetypi poſſeſſore, Hans
loane, a *Ioh. Caſp. Scheuchzero*, Helveto, collega
ocietatis regiae Londinenſis collegiique medici
usdem urbis, *Londini* 1727. II Voll. in fol. Cum
gg. aen. *Francogallice* ex hac Anglica verſione a
les-Maizeaux, *) *Hag. Comit.* 1729. T. I et II cum
ppend. I Vol. Cum figg. aen. ibid. 1731. III Voll.
ı 12. (Cuius editionis mentionem invenimus ſo-
ım apud Lengletum; nec indicatur, figuraene ſint
dditae). *Belgice*, Amſterd. 1733. fol. *Theotiſce* e
erſione Anglica, et quidem negligentiſſime ac
ıutilate, omiſſisque figuris aeneis, ſimul cum ver-
one operis Duhaldiani de Sina, cuius voluminis
uarti partem alteram eamque maiorem conſtituit,
Roſtoch. 1749. 4. Opus etiam varie in compen-
ium redactum, nimirum in collectionis itinerar.
revotianae T. XI; in collectione itinerar. Berolin.
T. VII; in *Bibliothek der neueſten Reiſebeſchreibun-
en* (*Frankf. und Leipz.* ſ. potius Norimb.) T. V.
1782); et a *Frid. Caſim. Medicus*, Francof. et Lipſ.
783. 8. — Operis huius, omnia praecedentia
ongiſſime ſuperantis auctor, Lemgovio-Lippia-
us, natus a 1651, litteris bonis, hiſtoriae praeci-
ue naturali artique medicae, linguisque variis
inde

*) Ita *Dohmius* in Praef. p. XXXVIII: *Charlevoix* contra in operis mox recenſendi T. II. p. 699 interpretem Francogallicum nominat NAUDE, *François refugié à Londres.*

inde a prima adoleſcentia ſedulo miroque cu fructu ſtuduit. Cupido peregrinandi immenſa effe cit, ut legationi, a rege Sueciae in Ruſſiam Perſiam a. 1683 ſqq. miſſae, lubenter ab epiſto eſſet. Cum legatis per Finniam, Livoniam, Ru ſſiamque ad aulam, ut tunc audiebat, Moſcovi cam pervenit. Inde cum iisdem per Tataria Caſanenſem ad mare Caſpium progreſſus eſt; qu traiecto Perſiam cum finitimis vidit provincis cumque in regno Isſahanenſi per biennium com morarentur Legati, privatis ille excurſionibus va cavit, donec tandem a dimiſſa legatione ſe expe diret. Tum, ſuo relictus arbitrio, in Aegyptum cogitabat, vocabatur in Georgiam archiater, varis que conditionibus laceſſabatur: ſed praevaluit de nuo amor viſendi regiones quam longiſſime diſſita Quare locum dedit invitationi architalaſſi Batavo rum, qui claſſe ſua Ormuſienſem infeſtabat ſinum atque chirurgus in iſta eſt conſtitutus. Cum eoden in Arabiam, indeque in terras magni Mogolis regna Malabarica, inſulam Selan, et regionen ſinus Gangetici conceſſit. Deinde ſecundum lit tora Sumatrae in Iavam deportatus, et ex eius metropoli in ulteriores provincias atque inſulas progreſſus eſt. Bataviae inde a Septembri a. 1689 usque ad Maium anni ſequentis verſatus, iter in ſtituit in regnum Siamicum, quo ipſo opus, cuius hic mentio fit, incipit. Menſe Iulio a. 1690 Iapa nenſe regnum petiit, ibique commoratus eſt usque ad d. 31 m. Oct. a. 1692. Sub initio a. 1694 in Belgium pervenit, indeque patriam repetiit, ubi archiater comitis Friderici Adolphi de Lippe con ſtitutus, mortuus eſt d. 2 m. Nov. a. 1716. Vir hicce praeſtantiſſimus non ſolum multiplici erudi tionis copia atque experientia mirifica, ſed etiam animi candore veritatisque ſtudio raro effecit, ut

deſcri-

:ſcriptio eius regni Iaponici omnes ſuperiores
ıtecellat. Quinque libris iisdemque capitibus plu-
bus, ea eſt diviſa. Primus inchoat deſcriptione
neris, Batavia verſus Siam ſuſcepti, brevemque
gni Siamici deſcriptionem exhibet. In ipſo iſto
ıro traditur deſcriptio Iapaniae geographica, vel
t ſcriptoribus Iapanicis vel ex propriis diſquiſitio-
bus petita, eaque copioſa et accurata. Sequun-
ır coniecturae de Iaponenſium origine eorumque
nilitudine vel diſſimilitudine cum Sinenſibus.
nem libri primi imponit deſcriptio Iapaniae phy-
:a, haud minus diligenter ac copioſe elaborata.
iber ſecundus tradit hiſtoriam regni civilem
ıtumque politicum; tertius, ſtatum religioſum,
ctas in primis Iaponenſium religioſas ac philoſo-
ıicas, quarum doctrinas varias tanta diligentia et
gacitate expoſuit atque expedivit, ut ipſe Kaem-
eri adverſarius, Ieſuita *Charlevoix*, hoc in nego-
ɔ laudem illi denegare haud potuerit. Liber
ıartus ſiſtit primo loco deſcriptionem uberrimam
bis Iapaniae primae, Nangaſacki dictae. Poſtea
aempferus tradit hiſtoriam commerciorum Luſi-
norum, Belgarum ac Sinenſium cum urbe iſta;
ldit relationem de propagatione et exſtirpatione
hriſtianiſmi, de Luſitanorum eiectione e regno
o. Liber quintus comprehendit obſervationes
ırias, a Kaempfero in duobus itineribus ab urbe
angaſacki usque ad urbem Iedo inſtitutas. Licet
itur popularis noſter permulta hoc in opere
aeſtiterit, quae ante eum nemo: tamen plura
ſiderabis; ſic ſtatum domeſticum, militarem ac
terarium, obſervationibus quidem ſparſim im-
ixtis, leviter tantum auctor pertractavit. Forte
de his plura addidiſſet, ſi ipſe opus typis man-
ıre potuiſſet. Fateamur tamen neceſſe eſt, Kaem-
erum iſtud ad finem illum paraviſſe. Nec vero
ipſi,

ipſi, nec popularibus Germanis tam felicibus eſſe contigit, ut archetypum Theotiſcum primo loco in publicum prodiret, ſed ut id ipſum verſionibus antea notum fieret. Quinquaginta demum annos poſt Anglicae verſionis editionem *Dohmii* eiusque redemtoris cura aſſidua factum, ut archetypum Theotiſcum operis egregii nobis exhibitum fuerit. *Dohmius* quidem civitati litterariae obtulit aliquot plagulas hoc inſignitas titulo: *Nachricht, die Urſchrift der Kaempferiſchen Beſchreibung von Japan betreffend.* Lemgo 1774. 8mai. Quibus ſignificavit, ſe archetypum Kaempferianum ſecundum bina apographa, quorum alterum forte a Kaempfero ipſo ſcriptum, eſſe editurum, ſi numerus eruditorum, qui operi nomina dare vellent, ſufficiens conſcriptus foret. Fuit feliciter. Tum *Dohmius, Büſchingii* auſpiciis et conſiliis, qui et antea ephemeridibus ſuis eruditis hominibus doctis ſalivam moverat, opus aggreſſus, inter ſe contulit bina iſta apographa verſionemque Scheuchzeri Anglicam; meliora veriorave, quae ſibi viſa ſunt, ſelegit; ſtilum Kaempferi obſoletum comtiorem reddidit, ita tamen, ut ſenſui verborum rebusque narratis nullo modo officeret. Nec in hoc negotio arduo ſubſtitit diligentia viri incomparabilis: verum ſimul eruditione multiplici atque ingenii ſagacitate ita uſus eſt, ut annotationes haud paucas contextui ſubiiceret, atque in calce tomi poſterioris adderet diſſertationes ex Kaempferi Amoenitatibus exoticis, quae res tangunt Iapanicas. Quid? quod praeter haec multo plura praeſtitiſſet, niſi popularium ardor his in rebus languiſſet. Edere nimirum voluit, praefatione teſte, alia Kaempferiana v. c. Perſiae deſcriptionem ampliſſimam, itinerarium eiusdem integrum, Londini in Muſeo Britannico latentia, cuius praefecti, ſenſu nobiliſſimo com-

ommoti, hos theſauros Dohmio tradidiſſent, ni
Germanorum torpor tunc temporis obſtitiſſet:
orte hodie felicior talis editor eſſet, vel ſit An-
lus, vel Germanus. Promtuarium inſuper Iapa-
icum parare voluit Dohmius, quo omnia, quae
e regno Iapanenſi unquam Europaeis innotuere,
olligere ac condere voluit. Verum et haec ſpes
ecolaſſe videtur.

Cf. BAUMGARTENII *Nachr. von merkwürd. Büchern* T. IX. p. 229—242.

BUESCHINGII *wöchentl. Nachr.* a. 1773. p. 239. 249 ſqq. a. 1775. p. 113 ſqq. a. 1776. p. 275 ſq. a. 1777. p. 209 ſq. a. 1779. p. 54 ſq. 286 ſq.

Goetting. Anzeig. a. 1777. p. 689—695. a. 1779. p. p. 795—799.

Auserleſene Bibl. der neueſten teutſchen Litter. (Lemgov.) T. XII. p. 500—519.

Allgem. teut. Bibl. T. XXXIV. p. 5—13. T. XL. p. 28—34.

(MEUSELII) *Fortgeſ. Betracht. über die neueſten hiſt. Schr.* T. IV. p. 300—306.

De Miſſione Legatorum Iaponenſium ad Ro- manam curiam rebusque in Europa ac toto in iti- nere animadverſis dialogus, ex ephemeride ipſo- rum legatorum collectus, ac in Latinam linguam converſus ab *Eduardo de Sande*, Societ. Ieſu Sacer- dote. *In Macaenſi portu* Sinici regni in domo So- cietatis Ieſu. 1690. 4. Liber Iaponice ac Latine typis expreſſus ſummaeque raritatis, Iaponenſibus ſcriptus a Ieſuitis, qui hac via iisdem opiniones magnificas de ſtatu regnorum Europaeorum, au- lae in primis Romanae, excitare ſtuduerunt. De Iapania igitur nihil inde diſcas. De miſſione etc.

Lettre de M. DELISLE *à Mr. Caſſini, ſur la queſtion que l'on peut faire, ſi le Japon eſt une iſle;* in *Journal des Savans du* 31 *Mai* 1700. p. 403-414; et in *Recueil de Voyages au Nord* T. IV. p. 17—31. Deliſle.

(PETRI

Charlevoix. (PETRI FRANCISCI XAVERII) DE CHARLEVOIX, *de la Compagnie de Jeſus, Hiſtoire et Deſcription generale du Japon; où l'on trouvera tout ce qu'on a pu apprendre de la nature et des productions du pays, du caractere et des coutumes des habitans, du gouvernement et du commerce, des revolutions arrivées dans l'Empire et dans la religion; et l'Examen de tous les auteurs, qui ont écrit ſur le même ſujet. Avec les faſtes chronologiques de la decouverte du nouveau monde. Enrichie de Figures en taille-douce.* à Rouen 1715. III Voll. in 12 mai. Editio multo auctior ſeu novum opus, cuius etiam titulum deſcripſimus, *à Paris* 1736. II Voll. in 4. *ibid.* 1736. IX Voll. in 12 mai. *ibid.* auctior et emendatior 1754. VI Voll. in 12 mai. — Auctor ipſe editionem primam oblivioni tradidit. En ſecundae oeconomiam! Poſt faſtos, titulo memoratos, huic operi haud neceſſarios, liber ſic dictus *praeliminaris* ſequitur, in quo capitibus XVI agitur de nomine ac diviſione regni, de eius ſtatu naturali, de urbibus, villis, hortis, de viis rationeque peregrinandi, de populi origine et antiquitate, ingenio indoleve, eruditionis artiumque cultura, de ſtatu civili, de Dairi ſ. imperatore haereditario, de Cubo-Sama ſ. duce bellico ſupremo, de priſca Iaponenſium religione, quam Sinto vocant, de ſectis religioſis variis, de lingua ſacra, de ritibus funebribus et nuptialibus, de ſacerdotibus ſeu Bonzis. Adiecta eſt (p. 139—176) ſeries chronologica imperatorum haereditariorum a monarchia Iaponica condita usque ad finem ſaeculi ſuperioris. — Hiſtoria regni ſubſequens XX libris abſolvitur. Initium fit ab a. 1542, quo Luſitanis Iapania primum innotuit, clauditurque in fine ſaeculi ſuperioris ſ. potius initio praeſentis. Res geſtae Ieſuitarum aliorumque Romano-Catholicae religionis ſacerdotum in Iapa-

Iapania ad hanc religionem ibi propagandam, fata Chriſtianorum et perſecutiones ſimiliaque utramque fere paginam faciunt. Ieſuitam argutum ubique perſpicias. — Poſt nonnullas additiones ad hiſtoriam pertinentes ſequitur Supplementum amplum ad librum praeliminarem, capitibus XV diſpertitum, quibus ineſt deſcriptio urbis Nangaſaki, templorum praecipuorum in vicinia urbis Meaco, feſti cuiusdam, Matſury dicti etc. Agitur porro, de hominibus colicis eorumque apud Iapanenſes curatione, de moxa, de animantibus variis, de piſcibus et cochleis, de plantis et agricultura, de mori generibus quibusdam, de Thea, de ambaro etc. Separatim ſubiuncta eſt Kaempferi deſcriptio plantarum Iaponicarum earumque uſus. Finem facit enumeratio ſcriptorum, qui ante Charlevoiſium de regno Iaponico retulerunt.

Cf. BAUMGARTEN l. c. T. III. p. 147—154. Eſt notitia primae editionis.

Relation des guerres civiles du Japon, où l'on voit ce qui s'eſt paſſé de plus important pendant trente huit ans qu'elles ont duré. à Paris 1722. 8. Relation etc.

IOH. CHRISTOPH ADELUNG in opere: *Geſchichte der Schifffahrten und Verſuche, welche zur Entdeckung des nordöſtlichen Weges nach Japan und China von verſchiedenen Nationen unternommen worden* (Hal. Sax. 1768. 4.) de quo alibi; pro ſcopo ſuo de Europaeorum variis conatibus, regnum Iaponicum detegendi, perſcrutandi eoque fruendi diligenter agit, libro quidem quinto p. 439—504. Adelung.

Liber Baro DE HAREN a. 1769 edidit diſſertationem de Batavorum ratione agendi cum Iaponibus, qua praecipue eosdem defendere conatur contra accuſationes quasdam, quarum vi Luſitanos atque Chriſtianiſmum calumniati dicuntur; in de Haren.

Second Recueil philoſophique et littéraire de la Société typographique de Bouillon. à Bouillon 1769. 12. Eadem poſtea ſeparatim, forte etiam auctior prodiit hac epigraphe: *Recherches hiſtoriques ſur l'Etat de la Religion Chrétienne au Japon, relativement à la nation Hollandoiſe. Traduites du Hollandois de Mr. le Baron* ONNO-SWIER DE HAREN, *Gouverneur de Weſt-Stellingwerf, Commiſſaire général de l'Infanterie Suiſſe de la Republique de Hollande.* à Londres et à Paris 1778. 8. De archetypo Batavo, utrum ubive typis expreſſum fuerit, nec ne, plane nihil nobis conſtat. Laudatam etiam reperimus editionem *Pariſ.* 1781. 12. Editionem a. 1778 ſub cenſuram vocant *Goett. Anzeig.* a. 1779. p. 812-815.

Reichel. *Kratkaja Iſtorija o Japonſkom' Ghoſudarſtwje, iz' doſtowjern' iich' izwjeſtij ſobrannaja* (i. e. Brevis hiſtoria imperii Iaponici, e relationibus fide dignis compoſita). *Moſkwa* 1773. 8. — Auctor, IOH. GODOFR. REICHEL, Profeſſor hiſtor. Moſchovienſis, natione Germanus († 1778) Kaempferum alioſque ſcriptores inter ſe contulit, eaque quae certa ſcituque digna ſibi viſa ſunt, ſine fuco lectoribus tradidit. Ruſſi aliam imperii Iapanenſis deſcriptionem idiomate ſuo expreſſam atque a. 1768 Petropoli ſecunda vice editam habent: haud magni tamen ea aeſtimanda dicitur.

Georgi. Recentiora nonnulla anteaque Europaeis ignota de Iaponia tradit IOH. GOTTLIEB GEORGI, ſocius acad. ſcientiar. Petropol. in *Bemerkungen (auf) einer Reiſe im Ruſſiſchen Reiche im J.* 1772. (*Petropol.* 1775. II Voll. in 4.) T. I. p. 2 ſqq. Memorabilis in primis ſchola nautica in urbe Sibirienſi Irkutzk inſtituta, cuius praeceptores ſunt Iaponenſes, a quibus etiam Georgi accepit, quae de Iaponia refert.

CAROLI

CAROLI PETRI THUNBERG (D. Med. Upſal. Medici navalis Batavorum in itinere Iapanico a. 1775) *Curious Account of the Inhabitants of the Empire of Japan, their Government, manners and cuſtoms; in a Letter to Joſeph Banks, Eſq. Preſident of the Royal Society;* in *Philoſ. Tranſact.* T. LXX. (a. 1780). *Theotiſce* in *Goth. gel. Zeit.* a. 1780. p. 776 — 780; et in *Götting. Taſchenbuch zum Nutzen und Vergnügen* a. 1782. p. 1 — 15; et in verſione Theotiſca ſcripti Francogallici mox indicandi. Non lecta, ſed devorata eſt epiſtola, licet haud multo plura inde diſcamus, quam Iaponenſes hodie eosdem eſſe, quos Kaempferus ante centum annos viderat ac deſcripſerat. Maioris momenti eſt: Thunberg.

Eiusdem *Tal om de Mynt-Sorter, ſom i äldre och ſednare tider blifvit ſlagne och varit gångbare uti Kejſaredömet Japan.* Stockh. 1779. 8. *Theotiſce* a *Ioh. Theod. Pyl*, Stendal 1784. 8 mai. Cum figg. aen. Nemo ante Suecum doctiſſimum de monetis Iaponicis tam clare et accurate Europaeos inſtruxit.

Cf. *Goetting. Anzeig.* a. 1780. p. 753 ſqq.

Obſervations critiques et philoſophiques ſur le Japon et ſur les Japonnois. à Amſterd. 1780. 8. *Theotiſce*, Vratislav. 1782. 8. — Fruſtra nova in hac ſcriptiuncula de Iaponia eiusque incolis quaeſiveris, nec quidquam, quod *criticen* aut *philoſophiam* redoleat, niſi forte paradoxa auctoris de deſpotiſmo huc referre velis. Laudatorem inſuper Iaponenſium ineptum agit. Obſerv. crit.

Silentio haud prorſus praetermittenda ſunt, quae IOH. GEORG. KRUENITZ, ex optimis relationibus de Iaponia congeſſit in *Oekonom. Encyclopaedie* (Berol. 1780. 8.) T. XXIX. p. 88 — 165. Krünitz.

CAPVT XIX.

SCRIPTORES DE REBUS TATARICIS ET MONGOLICIS.

Fiſcher. IO. EBERHARDI FISCHERI Coniecturae de gente et nomine Tatarorum, item de priſcis Mogolis eorumque lingua; in *eiusd.* Quaeſtionibus Petropol. a Schloezero editis (*Goett. et Gothae* 1770. 8.) p. 41-76. — Auctor ipſe nil aliud pollicetur, quam concluſiones, quas quidem ex ſedulá lectione et collatione recentiſſimorum auctorum eorum, qui de rebus Sinicis, et item aliorum, qui de Tataricis rebus ſcripſere, coniectura elicere potuit. Nihil tamen attulit, niſi quod idoneis teſtimoniis confirmare potuerit. Oſtendere potiſſimum ſtudet, I. priſcos illos Tataros in confiniis Sinarum poſitos, nullo nec ſanguinis nec linguae vinculo copulatos fuiſſe cum iis, qui hodie audiunt Tatari, ſed eſſe plane alienigenas; II. gentes illas, per Aſiam Europamque ſparſas, quas communi vocabulo Tataros appellare ſolemus, originis eſſe Turcicae; III. Mogolos priſcos ante Tſchingis-Chanum pariter fuiſſe originis Turcicae, cognatione iunctos cum iis, quos hodie Tataros vocamus, eademque lingua uſos fuiſſe; IV. Mongolos, qui ſunt hodie, ex colluvione variarum gentium, praecipue Kalmakorum, natos, eorum et linguam adoptaſſe.

Harenberg. IOH. CHRISTOPH. HARENBERGII Epiſtola de Tatarorum origine; in *I. Oelrichſii* Germaniae litteratae opuſculis (*Brem.* 1772. 8.) T. I. Nil novi.

* * *

Tataris et Mongolis inde ab a. 1241 Europae etiam partes, Hungariam, Poloniam, Sileſiam in primis, devaſtationibus immanibus infeſtantibus

Pon-

Pontifices Romani legatos miſerunt, ad inhibendas eorum rapinas ac caedes. Innocentius IV nimirum a. 1245 ASCELINUM, ſocium ordinis Dominicani, *Simonem de St. Quintino*, *Alexandrum* et *Albertum*, eiusdem ordinis, atque IOHANNEM DE PLANO-CARPINI eiusque fratrem *Benedictum*, ſocios ordinis Franciſcani, ad Tataros miſit. E quibus ASCELINUS et IOH. DE PLANO-CARPINI in litteras retulerunt, quae memorabilia apud Tataros ſibi viſa eſſent. Quarum relationum epitome tradita in VINCENTII BELLOVACENSIS Speculo hiſtoriali L. XXXI; e quo omnes reliqui editores hauſerunt. *Latine* exſtat v. c. in *Reineri Reineccii* hiſt. orient. (1585); *Anglice* in *Hakluyti* et *Purchaſii* collectionibus. Ex hac verſione enata eſt *Francogallica* in *Bergeroni* collect. itinerar. et in collectione itiner. Prevotiana, cum tabula geographica et figg. aen. Haud quidem prorſus contemnenda offerunt monachi iſti: multa tamen etiam inepta et incredibilia. Plurima, quae de Tatarorum moribus narrant, hodie quoque de iisdem valent. Ioh. de Plano-Carpini copioſior eſt Aſcelino. Aſcelinus.

Idem fere ſentiendum de itinerario GUILIELMI DE RUBRUQUIS, Franciſcani, miſſi a Ludovico IX ſ. ſancto, Galliarum rege, e Syria, ubi tum expeditioni cruciatae interfuit, ad Chanum ſive ducem Tatarorum ſupremum, anno quidem 1253; redeuntis a. 1255. Rubruquis ipſe deſcriptionem itineris epiſtolis Latinis, ad regem ſuum datis, huius iuſſu mandaverat. Quarum partem cum verſione Anglica in lucem publicam edidit *Hakluytus* in collect. itinerar. T. I. *Purchaſius* autem primus e codice manu ſcripto, Cantabrigiae aſſervato, verſionem integri itinerarii mutatis epiſtolis in capita, exhibuit, in collect. itinerar. T. III. Rubruquis.

Bergeronus poſtea idem itinerarium, collatis duobus apographis, ſecundum verſionem Anglicam Francogallice reddidit, idque mappa geographica et figuris aeneis ornavit. Epitome ampla exſtat in collectione itiner. Prevotiana.

Marco Polo. MARCUS PAULUS, Venetus, diu quoque, a. 1272 et ſqq. inter Tataros verſatus, itinerarium nobiliſſimum condidit, de quo egimus in huius bibliotheca Vol I. P. II. p. 9 ſqq.

Haithonus. HAITHONUS, ſive HAYTO, ſive AITHONUS, ſive AYTANUS, Armenus ex regia ſtirpe, monachus Ordinis Praemonſtratenſis in Cypro, librum de Tataris Francogallice Pictavii, ex mandato Clementis V, Pont. Rom. dictavit *Nicolao Salconi;* qui eum deinde, eodem Pontifice mandante, a. 1307 tranſtulit Latine; ſed ſaeculi illius more, quo tantopere barbaries regnabat. In extremo vero hoc opere LX capitibus diviſo, Haitho etiam deſcribit iter ſive, ut interpres Nicolaus vertit, *paſſagium* terrae ſanctae. Relationes hauſiſſe dicitur e hiſtoricis Tataricis fide dignis, e narratione avunculi litteris conſignata atque ex propria experientia, ſiquidem ipſe magnam iuventutis partem inter Tataros cum Turcis bella gerentes triverit. Verſio iſta Latina primum prodiit *Hagenoae* per *Menardum Molther* 1529. 4. Poſtea inter ſcriptores de novo orbe, *Baſil.* 1555. fol. in *Reineri Reineccii* Chronic. Hieroſolym. P. II. (*Helmſt.* 1585. 4) atque cum Marco Paulo, ex editione *Andreae Mulleri, Colon. Brandenburg.* 1671. 4. *Francogallice* a *F. Ioh. de Longdit,* Benedictino, a. 1351; quae verſio prodiit *Pariſ.* 1529. fol. Alia vero in *Bergeroni* collectione itinerariorum.

Gonçalez de Clavijo. GONÇALO ARGOTE DE MOLINA DE LA MONTERIA *Hiſtoria del gran Tamerlan e Itinerario de* GONÇALEZ DE CLAVIJO, *con Diſcorſo por* Gon-

Gonçalo Argote de Molina. *Sevilla* 1582. fol. et inter *Cronicas de los Reyes de Caſtilla* (Madrid 1782. 4.) Vol. III. — *Gonzalez de Clavijo*, comes legatorum Caſtilianorum, a rege Henrico III ad Timurum miſſorum, copioſe deſcripſit hiſtoriam itineris, non autem Timuri. Inſunt tamen, quae ad cognoſcendum huius ingenium et ad geographiam terrarum Mongolicarum faciant. Urbs imperii primaria, Samarcand, haud negligenter deſcripta. Recentior editor Hiſpanus addidit memorabilia Timuri obſervatu digna ex opere *Garciae de Silva Figueroa* ſupra Vol. I. P. II. p. 55 ſq. a nobis commemorato. Deſunt iſta in verſione Wicquefortii Francogallica, ab Hiſpano anonymo prima vice typis mandata.

MARTINI BRONIOVII DE BIEZDZFEDEA deſcriptio Tartariae. Item Transſylvaniae ac Moldaviae, aliarumque vicinarum regionum deſcriptio GEORGII A REICHERSDORFF. Praeterea GEORGII WERNERI de mirandis Hungariae aquis hypomnemation; addita tabella lacus mirabilis ad Cirknitz. *Colon. Agripp.* 1595. fol. Hi tres ſcriptores quoque adiecti ſunt *Ant. Poſſevini* Moſcoviae. ibid. eod. Broniovii Tartaria etiam exſtat in *Ruſſia ſeu Moſcovia itemque Tartaria.* Lugd. Bat. ap. Elzevir. 1630. 16. — Broniovius, vir felici ac verſatili ingenio, qui cum philoſophiae atque geometriae cognitione, naturalem etiam prudentiam, rerumque publicarum uſum et intelligentiam coniunxerat, eximia Latinae dictionis elegantia, quae ſcriberet, comitante. Quarum quidem virtutum meritis Stephani, fortiſſimi Poloniae regis, dignus erat aulicus vocitari, bellica virtute, ſcriptis a ſe editis, et legationibus ad diverſos principes prudenter obitis, clarus. Maxime illa ad Tataros in Tauricam Cherſoneſum, quo, e Ruſſia rediens Broniovius.

 a bello

a bello Lucenſi, fuerat a rege miſſus, novemque menſibus apud barbaros detentus; ubi auſu et ſumtu ingenti luſtratis omnibus oppidis, pagis, portubus et munitionibus, conſuetudines quoque et leges ipſorum diligenti cura et labore notavit, ſimulque tabulis aeneis illuſtravit.

Bruce ſ. Bruſſus. GUILIELMI BRUSSI (BRUCE) de Tartaris diarium. Francof. 1598. fol. — Auctor, Scotus, fautorem nactus Ioannem Zamoſcium, magnum cancellarium et ſupremum militiae Polonae praefectum, Antonio Spinolae, Genuenſi, ibi innotuit, qui legationem ad Tataros obierat (circa a. 1579), a quo varia de hac gente audivit, eaque litteris breviter conſignavit. Idem ſcripſit *Conſilium de bello adverſus Tartaros gerendo.* Colon. Agripp. 1595. fol.

Cf. *Hamb. Bibl. hiſt.* Cent. X. p. 222.

Bergeron. PIERRE BERGERON, *Pariſien, Traité des Tartares, de leur origine, païs, peuples, moeurs, religion, guerres, conquêtes, empire, et ſon etenduë; de la ſuite de leurs Chans et Empereurs; Etats et Hordes diverſes juſqu' aujourd'hui. Le tout recueilli de divers Auteurs, Mémoires et Relations antiques et modernes.* Edita eſt haec Bergeroni narratio de Tataris cum eiusdem collectione paſſim a nobis laudata, cuius fere partem ſecundam conſtituit. Primum prodiit Pariſ. 1634. 8. (quae editio rara). Deinde in *Recueil de divers Voyages faits en Tartarie, en Perſe et ailleurs* etc. à Leyde, chez *Pierre van der Aa* 1729. 4. Denique *à la Haye* 1735. 4. — Dextre uſus eſt Francogallus doctus prioribus de Tataris ſcriptoribus in componenda hac deſcriptione, licet poſtea ex Abulgaſio aliisque ſtatim recenſendis auctoribus meliora edocti ſimus.

ABU-L-GHÂSI MOHHAMED BAHÂDUR, ſive Abulgaſi ıt vulgo minus recte audit, ABULGASI BAGA-ıUR ſ. BAYADUR, *Chan* (i. e. Princeps ſ. Rex) ompoſuit hiſtoriam gentium Tatarico-Mongoli-arum valde memorabilem. Ipſe oriundus e regia amilia, utpote paterno ac materno genere a Tſchingis-Chano deſcendens, atque ipſe rex aut rinceps urbis Urgens et viciniae in Choraſmia, varias quidem vices expertus, diuque inter Perſas n cuſtodia verſatus eſt; quo factum, ut ingenium ro modulo nationis admodum perpoliret. Et ex Perſicis quidem ſcriptoribus potiſſimum eam, quam duobus ante obitum annis coepit, hiſtoriam lingua Turcica compoſuit. Morte praeventus anno Hegirae 1074 ſ. anno poſt Chr. nat. 1663, filio librum perficiendum edendumque reliquit. Qui duobus poſt annis feliciter exiit in publicum, hac inſtructus epigraphe: *Haſain Kitap Schaſak Turki* i. e. Liber genealogiae Turcarum, ſeu potius Chanorum Mongolicorum vel Mogoricorum. Quae igitur de priſtinis temporibus traduntur, ſumta ſunt ex libro, quem *Chodſa Raſchidt*, iuſſu Gaſan Chani, ex eadem Tſchingis-Chani familia Perſiae regis, optima documenta ac monimenta ad opus tam arduum ſubminiſtrantis, concinnaverat. Qui quidem Chodſa Raſchidt Abulgaſio idem eſſe videtur cum *Fadlallah*, ſaepius a Petito la Croix in hiſtoria Tſchingis-Chani citato. Caetera dubium non eſt, quae proxima temporibus Tſchingis-Chani referuntur geſta, et ſequentia, fide omnino digna eſſe; reliqua ex traditionibus hauſta non aeque certa videntur. Deducitur genealogia Tſchingis-Chani et reliquorum Tatariae principum ab ipſo Adamo per ſingulas generationes, admiſſo ſaltem unico hiatu CCCC annorum, quibus Mongolorum in Irgana Kon incluſorum res incertiores fuiſſe cre-

duntur. Ex Nui tamen ſ. Noachi nepote, et Iaphis ſ. Iapheti filio natu maximo Turk proſapia ulterius deducitur. A Turco enim per continuam ſucceſſionem principatus perveniſſe dicitur ad Alanza Chanum, cuius duo fuere filii, *Tatar* et *Mungl* vel *Mogul*, capita duarum familiarum. In Tatarorum gente ſucceſſio regum continua usque ad Siunz Chanum; in Mungli familia paullum interrupta: ſed regnavit tamen in ea temporibus Siunzi Il Chanus. Quo ab illo victo, et gente Mongolorum ad internecionem fere caeſa, qui reliqui erant, per aliquod tempus errabundi deferuntur in regionem montibus undique clauſam et inacceſſam, quam Irgana Kon vocarunt, in qua ſe ad CCCC annos abſcondunt. Tum vero prodeuntes iterum mox omnes gentes vicinas in poteſtatem redigunt. Ex hac adeo quoque gente ex regia familia continuata ſucceſſione ortus eſt Tſchingis-Chan, cuius res latiſſime in Aſia atque Europa geſtae fuſe exponuntur. Filii eiusdem memorantur quatuor: Zuzi, Zagatay, Ugaday et Taulay; inter quos diviſae provinciae regni vaſtiſſimi: uni tamen eorum Ugadayo principatus tributus in caeteros ex voluntate patris, accedente etiam electione procerum; unde Magni Chani nomen ceu excellentius caeteris ortum. Et ſucceſſor quidem Magni Chani a proceribus lectus plerumque, qui ex familia natu vel meritis maximus eſſet. Ex Ugadayi adeo familia brevi eminentior haec dignitas in familiam Taulayi tranſiit, priore familia oppreſſa. Nec ipſa hiſtoria Taulayanae familiae ulterius quam ad Cublayi tempora, quibus maxime floruit hoc imperium, Sina omni ſub iugum coacta, perducitur. Zagatayi poſteri in Transoxiana regnarunt, unde et regioni nomen per aliquod tempus, usque ad aetatem Timuri, a quo prin-

principatu deiecti ſunt, ſuccedente in eorum locum Timuri familia et poſteris, qui et ipſi ſedes et imperium in Indiam tranſtulerunt, unde Mogolicae Indiae nomen, ita tamen ut apud Perſas propter veteres ſedes huius Timuricae familiae Mogoles illi Indici Zagatayenſium appellationem etiamnum habere memorentur. Taulayi Chani reliquà familia, quae Magnum etiam, ut dictum, Chanatum obtinuit, in Perſia quoque regnavit, pluribus ex ea regibus Chriſtianis imperantibus; tandem diſſidiis et rebellionibus ad incitas redacta et a Zuzianis oppreſſa. Sola ſupereſt Zuzii gens, in plures familias diviſa, quarum potior in Kipſac Captſchac dominatum ſtabilivit, Ruſſiamque per aliquod tempus tenuit. A Zuzii quoque filio, Togay Timur, Chani Crimenſes deſcenderunt, ut et ab alio filio eiusdem Usbek ortus, qui a ſuis adeo amatus, ut nomine eius, quod hodiernum uſurpatur in locis, quibus conſederunt, ſe appellaverint. Copioſius tandem recenſetur familia, ex Zuzio deſcendens, Scheybani Chani, qui quidem Ruſſiae et Germaniae urbes quasdam tenuiſſe a Bahaduro narratur: quod vero ab eodem familiae Europaeorum principum regumque plurium originem ſuam repetant, inter commenta illius, ex relatione incerta hauſta, procul dubio referendum eſt. Potiſſimum vero Choraſmiam tenuit haec Scheybani familia, ex qua *Abulgaſi Bahadur* noſter oriundus. Hiſtoria Choraſmiae huius, non niſi infinita bella et tumultum alterum ex altero natum, perfidiam conſanguineorum, levitatem populorum, latrocinia in vicinos urbiumque direptiones narrans, uberius recenſeri vix meretur. Caeterum hiſtoria haec finitur morte Abulgaſidae Bahaduri anno aerae Chriſt. 1665. In notis, ab editore Francogallico adiectis, geographia, hiſtoria et natura

natura regionum Aſiae ſeptentrionalis interdum ſatis fuſe explicatur, nullo quidem ordine, niſi quem mentio ipſorum locorum in contextu ſuggerebat. Sic de Calmuccis ſ. Calmyccis et Coſacis multa ibidem referuntur. Quibus vero e fontibus hauſtae ſint notae iſtae, editor in praefatione ſolummodo his verbis vagis innuit: *On les a recueillies d'une quantité de Memoires Authentiques.*

Haec igitur hiſtoria e codice manu ſcripto Tatarico primum ſumtibus ducum bellicorum Suecicorum, a Ruſſis proelio Pultavienſi captorum ac in Sibiria detentorum, in quibus Phil. Ioh. de Strahlenberg, in linguam Ruſſicam, et ex hac ab ipſis varias in linguas, v. c. a Strahlenbergio in Theotiſcam, translata eſt. Prima typis vulgata verſio fuit Francogallica, quam editor accepiſſe ab interprete ipſo, cuius nomen vero haud tradit, affirmat: alii eandem e Theotiſca ortam dicunt. Editor iſte quoque anonymus audit *Varenne de Mondaſſe*, copiarum Gallicarum olim praefectus. En huius verſionis inſcriptionem: *Hiſtoire genealogique des Tatares, traduite du Manuſcript Tartare* d'Abulgaſi-Bayadur-Chan, *et enrichie d'un grand nombre de Remarques authentiques et tres curieuſes ſur le veritable Eſtat préſent de l'Aſie ſeptentrionale. Avec les Cartes geographiques neceſſaires.* Par D***. à Leyde 1726. 12 mai. Ex hac verſione anonymus, annotationibus contextui, ubi apte ſatis viſum fuerit, immixtis, condidit *Deſcription de la Tartarie*, inſertam tomo X collectionis, hoc titulo ornatae: *Recueil des voyages au Nord.* Epitome libri exſtat in collectionis itinerar. Prevot, T. VII. Anglicae quoque verſionis, e Francogallica ortae, paſſim mentio fit. Quum autem verſio Francogallica, adeoque omnia ex iſta hauſta, errorum ac vitiorum plena ſit; egregie ſane actum, quod verſio

verſio Theotiſca, ex archetypo Tatarico confecta, in lucem publicam prodierit. Elaboravit olim iſtam *Daniel Gottlieb Meſſerſchmid*, ſeu ut ipſe audire maluit, *Mechaeropoeus*, artis medicae doctor a. 1721. Cuius autographum cum ante decem fere annos in bibliothecam academicam Goettingenſem perveniret, ab eiusdem praefecto ſupremo, C. G. Heynio, traditum I. C. Gatterero, qui illud ſtilo Theotiſco hodierno accommodavit, tamen ſine ſententiarum ſeu rerum detrimento, typisque demum exſcribi iuſſit in commentariis ſuis criticis, *hiſtoriſches Journal* inſcriptis, tomo quidem XII. p. 1—96. T. XV. p. 1—96. T. XVI. p. 1—148; hoc quidem titulo: *Haſain Kitap Schaſak Turki, das iſt, Geſchlechtbuch der Mungaliſch-Moguliſchen oder Mogoriſchen Chanen, nebſt einigen, von ihnen ſowohl, als von Tatariſchen Chanen abgeleiteten Stämmen: von einem, aus dem Zingiſchen Geſchlechte abſtammenden Chareſmiſchen Chan* Abulgaſi Bagadur Chan. *In der Chareſmiſchen Hauptſtadt Chiwa: im J. C.* 1663. *Aus einer Türkiſchen Handſchrift ins Teutſche überſetzt von ſel. D.* Meſſerſchmid. — Notas haud adiecit. *) — *Latinam* huius operis interpretationem ex archetypo Turcico adornaſſe *Theophilum Sigefridum Bayerum*, diſcimus ex Novis Actis Eruditorum a. 1732. p. 356, ubi etiam ſpecimen operae collocatae exhibitum (p. 357-366). Cf. etiam Act. Erud. Supplem. T. IX. p. 200—206. — *Ruſſice* e verſione Francogallica ab anonymo *Petropoli* ſine anni mentione, verum circa

*) Academia ſcientiarum imperialis Petropolitana aliam poſſidet verſionem, ex archetypo Tatarico confectam a *Georgio Iacobo Kehr*; quam, quum incomtior eſſet, *Io. Eberhardus Fiſcher* perpolivit, quantum per imperitiam linguae Tataricae fieri potuit.

circa a. 1770, duobus voluminibus in 8. — Cf. H. L. C. *Bacmeiſter Ruſſiſche Bibl.* T. IV. p. 556 ſqq.

Martini. MARTINI *Relation de la Tartarie orientale;* in *Recueil de Voyages au Nord* T. IV. p. 365 — 413. Deſcribuntur regna Tatarica Niutſche, Niulhan, Tanyu, Samahania et Sifan, aliorumque ad Tatariam non pertinentium, Laos, Gannan atque Corea.

Avril. PHIL. AVRIL *Deſcription de la grande Tartarie et des differens peuples qui l'habitent;* in eiusdem *Voyage en divers etats d'Europe et d'Aſie, pour decouvrir un nouveau chemin en la Chine.* à Paris 1691. 4. ibid. 1692. 4. ibid. 1693. 12. Cum figg. aen. *Theotiſce* a *Lud. Frid. Viſcher*, cum eiusdem annotationibus. *Hamburg.* 1705. 8. — Auctor, Ieſuita, ſuperiorum iuſſu, novam et commodam verſus Sinam viam terreſtri peregrinatione indagare ſtuduit. Quo in negotio verſatus eſt ab a. 1685 usque ad a. 1691. Varia, ab aliis antea non obſervata, notavit.

Voyages etc. *Voyages de l'Empereur de la Chine dans la Tartarie* etc. à *Paris* 1685. 12. — Inſunt relationes itinerum duorum Sinenſis imperatoris in Tatariam a Ieſuita VERBIEST, Imperatoris comite, conſcriptae. Alterius de itinere a. 1683 ſuſcepto, ſupra Cap. XVII. Sect. V. meminimus: altera orta occaſione itineris a. 1682 peracti. Subiuncta eadem eſt operi Duhaldiano de imperio Sinenſi. Ineſt quoque tomo IV collectionis itiner. verſus ſeptentr. (*Voyages au Nord*), atque tomo VII collectionis itiner. Prevotianae. *Anglice* exſtat in narratione Hiſpani Soto de Florida. *Lond.* 1687. Ambae relationes plures obſervationes de Tataria orientali et occidentali continent ſcitu minime indignas, v. c. de urbe Ula, olim regia Tatarorum; de indole terrarum iſtarum naturali. Addita eſt narratio

de

le Hiſpanorum ex Mexico navigatione in Cali-
orniam a. 1683 facta; de qua alibi.

Cf. Acta Erud. a. 1686. p. 259 ſqq.

Similia itinera, et quidem octo ab a. 1688 Gerbillon.
usque ad a. 1698, in Tatariam occidentalem, cum
mperatore Sinenſi Kanghi vel eius iuſſu peregit
OH. FRANCISCUS GERBILLON, Ieſuita Fran-
cogallicus. Multo plura vidit et conſignavit, quam
Verbieſt, cuius vero relationes introductioni quaſi
eſſe poſſunt narrationibus Gerbillonii; quas qui-
dem Duhaldius ſubiunxit operi ſaepius memorato.
Epitomen amplam ſcite compoſitam exhibet col-
lectio itinerariorum Prevotiana T. VII. Occaſio-
nibus, multa videndi et obſervandi, aliis peregri-
natoribus plerumque abſcondita, egregie uſus eſt
Gerbillon, arte mathematica inſtructus, qua loco-
rum ſitus et deſcriptiones rectius exhibere potuit,
quam vulgus peregrinantium. Adiuncta ſunt no-
tata ſuper tempeſtatis mutationibus, ſuper varia
ſoli natura, ſuper Tatarorum indole etc. Nec
deſunt figurae aeri inciſae.

NICOLAI WITSEN *Noord- en Ooſt-Tartarye,* Witſen.
*of te Bondigh Ontwerp van eenige dier Landen, en
Volken, zo als voormaels bekent zyn geweeſt.* T'Am-
ſterdam 1692. fol. ibid. 1705. fol. Cum figg. aen.
Editio prior quidem nec tam ſplendida, nec tam
ampla eſt, quam poſterior, quippe quae ornata
etiam eſt tabulis geographicis figurisque eleganti-
bus: habet iſta tamen loca, in hac non obvia.
Utraque vero usque ad dies noſtros tantae erant
raritatis, ut codicum manu ſcriptorum inſtar aeſti-
marentur. Et inter haec operis exempla pauciſſi-
ma vix unum vel alterum exſtitit, cui non deeſſent
vel tabulae geographicae vel indices. Auctori
enim accuratiſſimo anxieque paene exacto nec

prior

prior nec poſterior editio ſatisfecit, ita ut utramque preſſerit ſuppreſſeritque, utque ne amiciſſimis quidem exſtare opus innoteſceret. *) Anno tandem 1785 Schalekampius, librarius Amſtelodamenſis, orbi litterato indicavit, ſe idem pro duodecim florenis Belgicis — vili ſane pretio — vendīturum eſſe. Witſenius ipſe, qui Amſtelodamenſium Conſul die 10. m. Auguſti a. 1717 aetatis anno ſeptuageſimo ſeptimo obiit, Belgarum olim apud Ruſſos Legatus, per omnem paene deinde vitam in eo totus fuit, ut Tatariam, ſeptentrionem verſus et orientem ſolem ſitam, Sibiriam igitur quoque aliasque terras dominationi Ruſſicae ſubiectas, parum tunc temporis notas, ſua induſtria illuſtraret. Prodiit primum tabula illarum regionum geographica a. 1691. **) Huic commentarii loco eſſe debebat opus ipſum modo laudatum. Raritas illius nos impedit, quo minus res ab auctore pertractatas accurate indicare poſſimus. Qui autem viderunt ſummis idem extollunt laudibus, utpote quod multa contineat, hodienum in Ruſſia ipſa haud ſatis nota, maximamque partem in terris iſtis ipſis litteris conſignata.

Cf. G. F. Mülleri *Sammlung Ruſſiſcher Geſchichte* P. III. p. 194—276.

v. Strahlenberg. PHILIPP IOHANN VON STRAHLENBERG *Das Nord- und Oſtliche Theil von Europa und Aſia, in ſo weit ſolches das ganze Ruſſiſche Reich mit Siberien und der groſſen Tatarey in ſich begreifet,* ...

*) Strahlenbergius in opere ſtatim recenſendo p. 3 ſq. aliam profert rationem, aulam quandam (forte Ruſſicam) impediiſſe, quo minus liber Witſenianus in lucem prodiret publicam. Sit fides penes auctorem.

**) Iudicia de hac tabula v. in *Nouvelles de la Republ. des Lettres* a. 1684. Octob. et in *Bibl. univerſelle et hiſt.* T. XX. p. 141 ſqq.

in einer hiſtoriſch-geographiſchen Beſchreibung der alten und neuern Zeiten, und vielen andern unbekannten Nachrichten vorgeſtellet, nebſt einer noch niemals ans Licht gegebenen Tabula polyglotta *von zwey und dreyſsigerley Arten Tatariſcher Völker, Sprachen und einem Kalmuckiſchen* Vocabulario, *ſonderlich aber einer groſsen richtigen Land-Charte von den bekannten Ländern und andern verſchiedenen Kupferſtichen, ſo die Aſiatiſch-Scythiſche Antiquität betreffen; bey Gelegenheit der Schwediſchen Kriegs-Gefangenſchaft in Ruſsland, aus eigener ſorgfältigen Erkundigung, auf denen verſtatteten weiten Reiſen zuſammengebracht und ausgefertiget.* Stockholm (ſ. potius *Lipſiae*) *in Verlegung des Autoris* 1730. 4. Cum charta geographica maiore et tabulis aeneis XXI. *Anglice*, Lond. 1738. 4. (Notulas paucas adſperſit interpres anonymus). *Francogallice* a *Godofredo Sellius*, Amſtelod. (ſ. potius Pariſ.) 1757. II Voll. in 12 mai. — Anno 1726 auctor, chiliarcha regis Sueciae, prodromo edito, conſilium hoc opus edendi manifeſtaverat, atque bibliopolis ad redimendum obtulerat. Quum vero horum nemo conatum facere vellet, ſumtibus auctoris pretioque ab hiſtoriarum cultoribus repraeſentato liber excuſus atque redemtus eſt. Etſi vero minime eruditum ſe fateretur auctor, factum tamen haud exiguo litterarum bono, ut in tredecim annorum captivitatem deductus in Ruſſiam, occaſione oblata, remotiſſimas provincias, a Tataris praecipue habitatas, ſcrutari et in tabula delineare, praeterea mores incognitarum gentium et linguas ac monimenta antiqua perdiſcere, eaque, quae uſum habere poſſunt, publico prodere potuerit. In primis vero tabulam geographicam multo labore dedit, maiorem quidem, quam ut cum libro ipſo commode compingi poſſit, de qua copioſe egit in praemiſſa libro intro-

 trodu-

troductione, quam ſimul variis obſervationibus geographicis tum veterum tum recentiorum exornavit, variam ubique prodens optimorum auctorum lectionem. Sigillatim etiam eo loco uſum oſtendit tabulae ſuae polyglottae gentium Boreo-Orientalium ſeu Tatarorum, XXXII diverſas dialectos complexae, cui et additur vocabularium Calmuco-Mungalicum. His praemiſſis narrat capitibus XIII de variis Ruſſiae nominibus, eorumque origine, de finibus, ſitu et climate Ruſſici Imperii, de veteri et nova Ruſſiae diviſione in provincias, de veteribus et novis eius imperatoribus ac ſede praecipua, de initio et ſucceſſu principum e familia Romanovienſi, de regimine Petri I Imp., de titulo Tzari et Magni Ducis, it. de ſigillo, de religionibus Ruſſiae, de magiſtratu Ruſſiae eccleſiaſtico, de proventu Ruſſiae, de potentia militari regni Ruſſici, de eius familiis illuſtribus, de aliis memorabilibus, quae ad commercia ſpectant, de metallis, vegetabilibus, naturalibus, antiquitatibus etc., ordine quidem alphabetico. Lectu in primis digna ſunt, quae ſub titulo *antiquitatis, hieroglyphica* et ſimilibus exponuntur et figuris illuſtrantur. Hodie quidem de pluribus rebus hoc in libro expoſitis certiores facti ſumus: manet tamen illi pretium quoddam. Multi a Strahlenbergio didicerunt eoque haud raro uſi ſunt ſine libri eius mentione; dignus certe ſemper erit, cuius relationes cum recentioribus conferantur. — Interpres Francogallicus anonymus rem ſuam ſat bene egit; non enim modo opus Strahlenbergicum transtulit, verum etiam in formam ordinemque aptiorem redegit, minutias omiſit, addidit contra nova auctori ignota haud pauca, ſtilumque comtiorem accommodavit. In calce adiecta relatio de Beringii expeditionibus in peninſulam

Kamt-

Kamtſchatka et in mare pacificum, aliaque de Tſchirikoffii itinere verſus littora Americae. Quae relationes mutuatae ex epiſtolis praefecti militaris Ruſſici anonymi.

Cf. Nova Acta Erud. a. 1731. p. 46 ſq. *Goetting. Anzeig.* a. 1759. p. 298 ſqq.

I. B. DU HALDE *Deſcription — de la Chine et de la Tartarie Chinoiſe* etc. (1735), multa quoque huc pertinentia continere, vel titulus docet et ex deſcriptione noſtra ſupra exhibita patet. du Halde.

Relation de la grande Tartarie, dreſſée ſur les memoires originaux des Suedois, priſonniers en Siberie, pendant la guerre de la Suede avec la Ruſſie. à Amſterd. 1737. 8. et in *Recueil de Voyages au Nord* T. X. p. 1 ſqq. Relation etc.

Lettre à Mr. le Marquis de Torcy ſur le nouvel etabliſſement de la miſſion des Peres Jeſuites dans la Krimée, par DU BAN in *Recueil de Voyages au Nord* T. X. p. 379 ſqq. et in *Nouveaux Mémoires des Miſſions* T. I. p. 1 — 94. du Ban.

Reponſe faite à quelques queſtions au ſujet des Tartares Cirkaſſes; in *Rec. de Voy. au Nord* T. X. p. 445 ſqq. et in *Nouv. Mém. des Miſſ.* T. I. p. 95 — 101. Reponſe etc.

FERRAND *Voyage de Krimée en Circaſſie par le païs des Tartares Nogaïs, fait en* 1702; in *Rec. de Voy. au Nord* T. X. p. 458 ſqq. et in *Nouv. Mém. des Miſſ.* T. I. p. 102 — 135. Ferrand.

IOH. LAURENTII MOSHEMII Hiſtoria Tartarorum eccleſiaſtica, cum mappa geographica. *Helmſtad.* 1741. 4. — Exponuntur potiſſimum conatus ac ſtudia Pontificum Romanorum ſacerdotumque ab iis in regiones a Tataris habitatas ad colendam et propagandam ibi religionem Chriſtianam miſſorum. Mosheim.

Müller. GERARDI FRIDERICI MULLERI Commentatio de ſcriptis Tanguticis in Sibiria repertis; proxime ſequenti capite recenſenda.

Harenberg. IOH. CHRISTOPH. HARENBERGII, Diſſertatio hiſtorica et eccleſiaſtica de primis Tatarorum veſtigiis victricibus orbem Chriſtianum terrentibus atque adfligentibus .... 1751....; et in *Io. Oelrichs* Germaniae litteratae opuſculis (*Bremae* 177[illegible] 8.) T. I. p. 1 ſqq. — Docta auctoris diligentia collegit, quicquid de Tataris inde a gentis primordiis usque ad eius incurſiones in Europam orientalem et ad proelium Lignitii in Sileſia a. 1741 ab iis commiſſum, reperire potuit. Bene Tatarorum expeditiones per Cumaniam et Ungariam illuſtratae: minus, quae de eorum religione afferuntur.

deGuignes. DE GUIGNES *Hiſtoire générale des Huns, des Turcs, des Mogols et des autres Tartars occidentaux* etc. (1756 ſqq.). Supra Cap. XVII. Sect. III de hoc opere retulimus.

Diſſ. de nationibus Tatar. etc. *Anonymi* Diſſertatio de nationibus Tataricis, quae inter Aſtrachanum et flumen Cyrum (*Kur*) a. 1728 habitarunt; in *Hiſtoire de l'Acad. royale de Berlin* T. XII. (1758).

Kien-long. *Eloge de la Ville de Moukden et de ſes environs: Poeme compoſé par* KIEN-LONG, *Empereur de la Chine et de la Tartarie actuellement regnant. Accompagné de notes etc. Traduit en François par le* P. Amiot, *Miſſionnaire à Peking, et publié par* M. Deguignes. *à Paris* 1770. 8 mai. — Kien-long imperator Sinenſium adhuc plauſu ſuorum florens; ipſe poëma compoſuit hoc loco non tacendum, quia non ſolum Mukden, urbs regionis Leaotung, ſedis primae Tatarorum, Mantſchu dictorum, inde ab a. 1644 Sinenſibus imperantium, deſcribitur, ſed etiam propter annotationes, quibus

multa

multa alia exhibentur et illuſtrantur, quae geographiam hiſtoriamque naturalem Tatariae orientalis, atque Sinarum mores ac conſuetudines ſpectant. Addita eiusdem imperatoris diſſertatio de inventoribus temporeque inventionis characterum, quibus Sinenſes in ſcribendo utuntur; item eiusdem poëma in fruticem ac potum, *Thea* dictum.

Cf. *Goetting. Anzeig.* a. 1770. p. 881—885.

NICOLAUS ERNST KLEEMANNS *Reiſen von Wien über Belgrad bis Kilianova, durch die Butſchiak-Tartarey über Kavſchan, Bender, durch die Nogew-Tartarey in die Crimm, dann von Kaffa nach Konſtantinopel, nach Smirna und durch den Archipelagum nach Trieſt und Wien, in den Jahren* 1768, 1769 *und* 1770. *Nebſt einem Anhange von den beſondern Merkwürdigkeiten der Crimmiſchen Tartarey, in Briefen an einen Freund.* Wien 1771. 8 mai. Editio auctior, cum figg. aen. *Lipſ.* 1773. 8. *Vindob.* 1783. 8. — Editione prima Vindobonae a cenſore miſere truncata, auctor aliam curavit, reiecta forma epiſtolari, diarium potius exhibens, novemque figuras aeri inciſas addens. Iter inſtitutum iuſſu aulae Auſtriacae eo quidem fine, ut inveſtigaretur, numne commercia utilia e terris Auſtriacis in peninſulam Crimenſem conſtitui poſſint. Fata ſua auctor potiſſimum narrat, mores Tatarorum libri titulo commemoratorum paſſim pingit, de geographia Beſſarabiae, regionis circa Otſchakow et inter Boryſthenem ac Tanaim, ut et peninſulae Crimenſis, nova nonnulla tradit. Kleemann.

Eine merkwürdige und zuverläſſige Nachricht von der Verbrennung des oberſten Prieſters der Kalmüken. Reval 1773. 8. Nachr. von Verbrennung etc.

IOH. GOTTHILF STRITTER *Hiſtoriſche Nachricht von der Krim;* addita Calendario hiſtorico Petro- Stritter.

Petropolitano 1775. Cf. BACMEISTERS *Ruſſiſche Bibl.* T. III. p. 254 ſqq.

Pachaly. *Von dem Einfalle der Mungln in Schleſien im 13ten Jahrhundert; in Verſuche über die Schleſiſche Geſchichte in einzelnen Abhandlungen* (Breslau 1776. 8.) p. 1-30. — Auctor anonymus fertur FRIDERICUS GUILIELMUS PACHALY, regis Boruſſiae cognitor fiſci generalis per Sileſiam; qui in componenda hac diſſertatione potiſſimum apte uſus eſt Deguigneſii opere ſaepius laudato, Thebeſii annalibus Lignicenſibus, atque hiſtoria univerſali maiore ab Anglis compoſita.

Pallas. P. (PETRI) S. (SIMONIS) PALLAS *Sammlungen hiſtoriſcher Nachrichten über die Mongoliſchen Völkerſchaften.* Erſter Theil. *St. Petersburg* 1776. 4 mai. Cum VIII figg. aen. — Varia de nationibus Mongolicis, de Calmyccis praecipue, auctor iam tradiderat in itinerario, bonae frugis pleniſſimo, de quo alibi. Hac vero, modeſte ſic nuncupata, collectione, ſeu potius hiſtoria, multo plura meliusque diſpoſita exhibet. Annis 1768, 1769, 1772 et 1773 ipſe inter Mongolos verſatus eſt, poſtremisque annis potiſſimum collegit ſubſidia egregia ad opus hocce condendum. Quo in negotio adiutus eſt laudabili diligentia *Davidis Renati Nitſchmann*, artificis, cui debemus delineationes variarum rerum memorabilium, et *Ioannis Iaehrich*, interpretis ſcriptorum Calmyccicorum. Inſuper auctor uſus eſt collectionibus *G. F. Mülleri* et *S. G. Gmelini* ſibi a viris hisce doctiſſimis communicatis. Ita opus ortum, quod, ſi modo abſolutum eſſet — decem enim annis fruſtra exſpectavimus partem alteram — hiſtoriam praeberet populorum Mongolicorum, qualis antea non exſtiterit. Breviter addamus argumentum partis primae. Sectione prima agitur de populis Mongolicis univerſe, de

de eorum diviſione et hiſtoria, in primis de hiſtoria Calmyccorum, de eorum principibus horumque genealogia. Sectione ſecunda de Calmyccorum indole, moribus ac conſuetudinibus. Sectione tertia de eorundem aliorumque Mongolorum, Buraetorum potiſſimum, re civili ac militari. Cui ſectio prima arida viſa fuerit, illi eo magis arridebunt ſecunda et tertia. Pars altera comprehendet plura memoratu digna de religione Lamaica, de hierarchia Tybetana, de aera religioſa Mongolorum et Calmyccorum, de caerimoniis religioſis, et de variis eorum loquendi ac ſcribendi modis.

Exquiſite doctam, ex fontibus optimis hauſtam deſcriptionem geographicam Cherſoneſi Tauricae ſive Tatariae Crimenſis, inde ab a. 1783 imperio Ruſſico ſubiectae, exhibuit IOH. THUNMANN, Profeſſor olim hiſtor. et eloq. Halenſis, in editione ſeptima geographiae Büſchingianae (*Hamburg.* 1777. 8.) P. I. Vol. II. p. 1882—1974. Thunmann.

REGNIER *Beſchreibung der Buraeten, oder nach Ruſſiſcher Mundart Bratsky, eines unter Ruſſiſcher Bothmäſsigkeit ſtehenden Tatariſchen Volkes, das ohne Zweifel von den Mungalen abſtammet, und die Sibiriſchen Gegenden von Krasnajar, Irkutsky, Himsky, Nertſchinsky, Selanginsky und Kiachta bewohnet;* in I. G. Meuſelii *Beyträgen zur Erweiterung der Geſchichtkunde* (Augsburg 1780. 8 mai.) T. I. p. 119–180. — Auctor, natione Helvetus, a. 1774. Irkutzkii, ubi aliquot annis vixit, hanc deſcriptionem compoſuit, dignam ſane, cui fides tribuatur, et quae comparetur cum iis, quae Pallas in opere modo memorato de Buraetis narrat. Saepe uterque eadem refert, alterque alteri fidem facit; paſſim inter ſe diſcrepant. Regnierii deſcriptio Regnier.

 copio-

copioſior videtur eoque fide dignior, quod diu inter gentem iſtam et apud praefectum ſummum provinciae Irkutzk verſatus ſit.

Leontiew. De tribus tabulis genealogicis principum Mongolicorum cf. *Leontiew* capite proxime ſequente.

v. Breitenbauch. (GEORG AUGUST VON BREITENBAUCH) *Staat der geſammten Tatarey in den alten und neuern Zeiten, aus den bewährteſten Nachrichten gezogen.* Reval und Leipz. 1780. 8. — Epitome nimis contracta et arida mendisque typographicis ſcatens, e libris vel a nobis iam laudatis vel alibi laudandis deducta.

Sujef. SUJEF *Nachrichten von der Krim;* in PALLAS *Neuen Nordiſchen Beyträgen* (1783) T. IV. p. ... et in *hiſtor. Porteſeuille* a. 1783. Partic. X. p. 446 ſqq. ubi et annotationes adiectae. Auctor ſumtibus academiae Petropolitanae obſervationum inſtituendarum cauſſa in peninſulam Crimenſem miſſus fuerat.

Alia, cum recentiora tum maioris momenti de eadem, tradit anonymus praefectus militaris Ruſſicus, aeſtate anni 1784 peninſulam relinquens, in *Hiſtor. Porteſeuille* a. 1785. Partic. III et IV.

Alii quoque retulerunt de populis Tataricis in libris in poſterum nominandis, v. c. capitibus de ſcriptoribus rerum Sibiricarum ac Ruſſicarum.

Scriptores de Tſchingis-Chano et de Tamerlane ſive potius Timure, Mongolorum olim ducibus famoſiſſimis.

de la Croix. *Hiſtoire du grand Genghizcan, premier Empereur des anciens Mogols et Tartares. Diviſée en quatre livres. Contenant la Vie de ce grand Can; ſon elevation;*

ration; ſes conquêtes, avec l'hiſtoire abregée de ſes ucceſſeurs qui regnent encore à preſent; les moeurs, es coutûmes, les loix des anciens Mogols et Tartares, t la geographie des vaſtes païs de Mogoliſtan, Tur-ueſtan, Capſchac, Tugureſtan, et de la Tartarie rientale et occidentale. Traduite et compilée de pluieurs auteurs orientaux et de voyageurs Européens, lont on voit les noms à la fin, avec un abrégé de leurs ies. Par feu M. PÉTIS DE LA CROIX *le pere, Secretaire Interprête du Roy ès Langues Turqueſque t Arabeſque.* à Paris 1710. 12. — Auctor moruus a. 1695, nutu Colberti, praefectus aerarii egii in Francogallia ſummus, opus aggreſſus, poſt patium decem annorum illud peregit, eiusque llius manum extremam eidem admovit, poſtquam pſo auctoris conſilio alii quoque viri docti linguaumque orientis periti illud perlegerant atque correxerant. Epitome hiſtoriae ſucceſſorum Tſchinis-Chani in fine adiecta nimia brevitate laborat. Caeterum libro honos ſuus hucusque manſit. In nargine teſtimonia auctorum ſedulo et exacte ſatis notata ſunt.

* * *

Schildberger.

E primis libris typis expreſſis, in quibus de Timure eiusque expeditionibus bellicis refertur, huc pertinet: *Ein wunderbarlich Hiſtory, wie* SCHILDBERGER *aus München von den Türken in die Heydenſchaft geführet und wieder heimkommen iſt.* Nürnberg ſ. a. 4. Et hoc titulo: *Der* SCHILDBERGER, *der vil wunders erfaren hatt in der heydenſchafft und in der türkey.* S. l. et a. fol. Porro hac epigraphe: SCHILDBERGERS *Gefangenſchaft in der Türkey.* Frankfurt 1557. 4. Omnes cum figuris ligno inciſis. — Ab a. 1394 usque ad a.

1427, partim igitur eo ipſo tempore, quo Timur per orbem fuit graſſatus, Germano iſti, infelici Sigismundi regis expeditione adverſus Bajaſedem capto, de Timure multa innotuerunt; atque hac occaſione remotiſſimas Perſiae et Arabiae regiones peragravit, easdemque accuratius deſcripſit, quam ab homine plebeio exſpectari queat.

Perondinus. PETRI PERONDINI magni Tamerlanis, Scytharum Imperatoris, vita. ſ. l. 1597. 12. *Ambergae* 1600. 12.

Alhazen. ALHAZEN ſ. ALHACEN, Arabs, vitam Timuris Arabice compoſuit, fidemque narrationis ſuae multis eo fecit, quod, ſe Timuris comitem in eius expeditionibus bellicis fuiſſe, ſparſerat; verum ſi curioſius adhibitoque iudicio librum inſpexeris, facile apparebit, Arabem iſtum eſſe impoſtorem impudentiſſimum, qui ne Timurem quidem viderit, nec tantum ingenii habuerit, ut heroëm iſtum prudenter laudare potuerit; quid? quod nimium extollendo memoriam eius deturpavit. Res a Timure geſtas magni momenti, a huius hoſtibus ne quidem ſuppreſſas, Arabs fraudulentus ignorat: alias quidem commemorat, ſed ſine iuſto ordine, adiectisque figmentis. Peccata etiam geographica aliaque committit, quae a Timuris comite minime exſpectaſſes. Archetypum Arabicum, quantum ſcimus, nondum typis expreſſum: exſtant vero verſiones. *Francogallica* nimirum ſub

du Bec. hoc titulo: JEAN DU BEC, *Abbé de Mortemer, Hiſtoire du grand Tamerlan, tirée des monamens antiques des Arabes.* à Lyon 1602. 8. à Bruxelles 1602. 8. *Theotiſce* (a *Ludovico*, Principe Anhaltino) Cothenii 1639. 8. *Anglica* in *Purchaſii* collectione itinerar. Vol. III. p. 159 ſqq. Habemus etiam librum Francogallicum, deprompturn ex ſolo Alhazeno,

nazeno, licet alia quoque ſubſidia mentiatur titulus: *Hiſtoire du grand Tamerlan, tirée d'un excellent manuſcrit et de quelques autres originaux très propres à former un grand Capitaine, par Sieur* DE SAINCTYON. à Paris 1629. 12. ibid. 1677. 12. à Amſterd. 1678. 12. de Sainctyon.

AHMED BEN ARABSCHAH (*Arabſiades*) Arabice ſcripſit hiſtoriam Timuris, cui coaevus fuit († 1450). Multis quidem ignominiis et vituperiis facinora, in generis humani internecionem a depopulatore patrata, exprobrat: verum enim vero ingenii Timuris ornamenta minime tacet: iuſtis potius laudibus proſequitur eius virtutem bellicam, dexteritatem et ſollertiam in rebus civilibus tractandis, tutelam, qua litteras bonas artesve fovit. Aliis certe ſcriptoribus Timuris res geſtas non ſine partium ſtudio narrantibus praeferendus videtur Arabs iſte, cuius archetypum primum typis expreſſum hac epigraphe: AHMEDIS ARABSIADAE vitae et rerum geſtarum Timuris, qui vulgo Tamerlanes dicitur, hiſtoria. *Lugd. Bat.* ex typogr. Elſeviriana 1636. 4. *Iacobus Golius* editorem in praefatione brevi ſe profitetur. Textum ſolum Arabicum exhibuit. Operam dedit, ut ſcriptorem integrum, et qualem offenderat, ſactaque gemini codicis MS. collatione emendatum publicaret: ſeparato volumini deſtinatis, quae ad interpretationem eius pertinent, et neceſſarias notas. Golii verſionem Latinam in bibliotheca *Iacobi Meieri*, D. et Prof. Bremenſis, mortui a. 1741, aſſervatam fuiſſe, teſtatur *Dunkel* in *Nachrichten von verſtorbenen Gelehrten* T. I. P. I. p. 155. *) *Francogallice* Ahmed.

a *Petro*

*) *Bioernſtåhl* in Epiſtolis itinerariis T. V. p. 38 ſec. verſ. Theot. narrat, ſe Baſileae in bibliotheca Freyiana vidiſſe

a *Petro Vattier*, *) Pariſ. 1658. 4. Nova editio archetypi cum verſione Latina prodiit hac inſcriptione: AHMEDIS ARABSIADAE vitae et rerum geſtarum Timuris, qui vulgo Tamerlanes dicitur, hiſtoria. Latine vertit, et adnotationes adiecit *Samuel Henricus Manger*. Tomus I. *Leovardiae* 1767. T. II. ibid. 1772. 4. Mangerus textum mendoſum editionis Golianae, hodie raro obviae, e duobus codicibus MSS. notisque criticis, quas *Albr. Schultens* exemplo ſuo adſcripſerat, frequenter correxit, verſionemque Latinam addidit; quae, quantum in tali ſcriptore tumido et obſcuro fieri poterat, plana eſt atque perſpicua. In annotationibus mutationes contextus indicatae locaque obſcura illuſtrata, proprietas dictionis Arabicae eiusque uſus in interpretando ſacro codice declarata.

Cf. *Goetting. Anzeig.* a. 1768. p. 1158 ſq.
I. A. ERNESTI *Theol. Bibl.* T. II. p. 852 ſqq.

Boecler. IOANNIS HENRICI BOECLERI Timur, vulgo Tamerlanes. *Argent.* 1657. 4; et in eiusd. Diſſ. acadd. (*Argent.* 1658. 8.) p. 383—417. Diſſertatio haud male compoſita e ſcriptis Ahmedis Arabſiadae, Schildbergeri, annalibus Sultanorum Turcicorum a Leunclavio editis, Perondini, Cuſpiniani, aliorumque.

P. D'OR-

vidiſſe verſionem Latinam Ahmedis ex editione Goliana, elaboratam usque ad finem capitis XLII ab Abbate Pariſino *Longuerue*, reliqua vero usque ad cap. LXXXIX a Freyio, qui et Carmina in mortem Timuris compoſita ab Arabſchida (ap. Golium p. 317 ſqq.) Latine reddidit.

*) Idem, qui Macini hiſtoriam Saracenicam Francogallice reddidit. Cf. ſupra Vol. II. P. I. p. 160.

P. D'ORLEANS *Hiſtoire des deux conquerans Tartares Chunchi et Camhi, qui ont ſubjugué la Chine.* à Paris 1688. 8. Cf. ſupra cap. XVII. ſect. III. d'Orleans.

THOMAS HYDE Specimen hiſtoriae Timuri, Arabice et Latine; in *eiusd.* Syntagmate diſſertationum, edito a *Gregorio Sharpe* (Oxon. 1767. 4.) Vol. II. Hyde

Hiſtoire de Timur Beg, connu ſous le nom du Grand Tamerlan, Empereur des Mogols et des Tartares, ecrite en Perſan par CHEREFEDDIN ALI, *natif d'Jezd, auteur contemporain; traduite en François par feu Mr.* PETIS DE LA CROIX, *Profeſſeur en langue Arabe au College Royal, Secretaire Interprête du Roi pour les langues orientales. Avec des notes hiſtoriques et des cartes géographiques.* à Delft 1723. IV Voll. in 12 mai. à Paris 1724. IV Voll. in 12 mai. — Cherefeddin ſ. potius Scherefeddin paucos annos poſt Timuris obitum hanc hiſtoriam, vel potius panegyricum, elaboravit. Affirmat idem, ſe eam concinnaſſe ex commentariis ipſius Timuris, cui moris fuerit, omnium factorum ſuorum hiſtoriam, ab ipſis ducibus, qui rebus gerendis interfuerant, exhibitam, in unum corpus colligere, et ſcribis ſuis dictare. Quicquid vero illud ſit, Perſa diario rerum a Timure geſtarum laudes nimias et impudentes largiter adiecit, adeoque narrationi ſuae ipſe minus fidei conciliavit, quam Ahmedus nimium Timurem vituperando. Ambo tamen praecipui hucusque manſerunt ſcriptores de Timuris rebus geſtis; ambo inter ſe conferendi veraque a falſis iudicio acri ſecernenda ſunt. *Petis de la Croix*, a Franciae rege Ludovico XIV ad addiſcendas linguas orientales miſſus in Orientem, Iſpahani copiam operis Scherefeddini nactus, iuſſu Colberti eius verſionem orſus eſt, Scherefeddin Ali.

primo

primo ad verbum magis exprimendo flores et elegantias eloquentiae Perſicae, dein, cum caſtigatiori eloquentiae aſſuetis auribus eam ingratiorem deprehendiſſet, novam concinnavit, ſenſum potius quam verba referentem.

Cf. Acta Erud. Suppl. T. IX. p. 80—88.

Hiſt. de Tamerlan. *Hiſtoire de Tamerlan, Empereur des Mogols, conquérant de l'Aſie.* à Paris 1739. II Voll. in 12 mai. — Satiram potius in Ludovicum XV, regem Franciae, quam veram Timuris hiſtoriam hunc librum continere, affirmat *Lenglet du Fresnoy* in *Methode pour étudier l'hiſtoire* T. XIV. p. 116.

Inſtitutiones civiles et militares, Timuri adſcriptae. Recentiore, quo vivimus, aevo per Anglos in orientali India dominantes Europaeis opus innotuit, quod a Timure ipſo conditum eſſe Indi ac Perſae ſibi perſuadent; inſtituta nimirum atque regulae, ſecundum quas Timur non in bello ſolum, ſed etiam in pace, regnaverit; adiecta brevi rerum bellicarum a Timure geſtarum hiſtoria. Primo prodiit Oxonii a. 1780 ſpecimen operis Anglice verſi hac epigraphe: *A Specimen of the civil and military inſtitutes of Timour, or Tamerlane: a Work written originally by the celebrated conqueror in the Mogul language, and ſince translated into Perſian, now firſt rendered from the Perſian into Engliſh, from a MS. in the poſſeſſion of William Hunter — with other pieces. By* JOSEPH WHITE, *B. D. Fellow of Wadham College etc.* Oxford 1780. 4 mai. *Theotiſce* a *Chriſti. Frid. Preiſs.* Halae Magd. 1781. 8. Secutum eſt opus ipſum hoc titulo: *Inſtitutes political and military, written originally in the Mogul language by the great Timour, tranſlated into Engliſh by Major* (WILLIAM) DAVY, *and publiſhed by* JOSEPH WHITE. Oxford 1783. 4 mai. Quem librum ſi paullo curioſius inſpicias

atque

.tque examines, facile apparet, eum minime a
Timure ipſo proficiſci, ſed ab alio fictum eſſe, eo
ere fine, quo Xenophon Cyropaediam finxerit.
Anglus quidem interpres, *Davy*, tribunali Anglo-
um Bengalico ab epiſtolis, authentiam operis plu-
ibus argumentis evincere nititur: at probe illum
confutavit *C. Meiners*, Profeſſor philoſophiae
Goettingenſis, cum in ephemeridibus Goettin-
genſibus eruditis a. 1780. p. 865 ſqq. et a. 1784.
p. 73 ſqq. tum praecipue in *Gotting. Magazin* a.
1780. P. IV. p. 66—84. Cf. etiam ephem. Goett.
a. 1781. p. 451 ſqq. Idem tamen opus aliis ex
rationibus haud prorſus vilipendendum eſſe, con-
cedit.

CAPVT

CAPVT XX.

SCRIPTORES DE REBUS SIBIRIAE, KAMTSCHATKAE, ALIARUMQUE REGIONUM HODIE DOMINATIONI RUSSICAE IN ASIA SUBIECTARUM.

Schleuſing. GEORG ADAM SCHLEUSINGS, I. U. C. Dresda Miſnici, *neu-entdecktes Sibyrien oder Siewerien, wie es anitzo mit allen Städten und Flecken angebauet iſt, nebſt deſſen Ströhmen, ſtehenden Seen, Bergen, Gründen, Wäldern, Handel und Gewerbe, Einwohnern, Sitten, Sprache, Policeywesen, und Gränzen, ſowohl bis an Kara Kathaya und Chineſiſche Mauer, als auch an die ganze groſse Tartarey und andre Aſiatiſche Länder. Worbey derer beyden Zaaren Iwan und Peter Alexewiz, als Herren Brüdern und derer Schweſter, der Princeſſin Sophia bishero geführtes Gouvernement, auch wie durch jüngſt entdeckte Rebellion der ältere Zaar, Iwan Alexiewiz, abgedanket, die Princeſſin ſich in ein Kloſter begeben, und alles in einen andern Stand geſetzet worden. Kürzlich jedoch gründlich denen curieuſen Liebhabern vorgeſtellet.* Iena 1690. 12. — Auctor, cui in titulo libelli nomen *Schleuſing*, in ſubſcriptione dedicationis *Schleiſing*, ipſe cum mercatoribus Germanicis Sibiriam peragravit. Norvegiam quoque et Finniam viſit. Caeterum narratio nimia brevitate laborat.

Witſen. NIC. WITSEN paullo ante capite XIX laudatus.

Dobin. ALBRECHT DOBIN *Beſchreibung von Siberien; mit* HEINRICH CHRISTIAN VON HENNIN *nöthigen Anmerkungen.* Adiecta eſt haec deſcriptio itinerario *Ioannis Arnoldi von Brand: Reiſen durch Brandenburg, Preuſſen etc.* Weſel 1702. 8. *Belgice,* Utrecht 1703. 8.

Der

Der allerneueſte Staat von Siberien, einer groſſen und zuvor wenig bekannten Moſcowitiſchen Provinz in Aſien, entdeckend nicht nur die ehmalige und gegenwärtige Beſchaffenheit des Landes, nach ſeiner Regierung, nach der Gegend Frucht- und Unfruchtbarkeit, Gebürgen, Thieren, Flüſſen, Städten u. d. gl. ſondern auch die Sitten und Gebräuche der Samojeden, Wagullen, Calmuken, Oſtiaken, Tanguſen, Buratten, Mongalen und anderer Tartariſchen Völker. Nebſt einer hiſtoriſchen Nachricht von den merkwürdigen Begebenheiten derer in dieſem Lande gefangenen Schweden, von der Schule zu Tobolsky, und vom wunderbaren Anfang zur Bekehrung der Unglaubigen. Nürnberg 1720. 8. — Auctor anonymus in praefatione bonos malosque libros, e quibus ſatis probabilem, ut in aetate iſta eſſe potuit, compilationem, capitibus XXI diſtinctam, confecit, enumeravit. Staat von Siberien.

CURT FRIEDRICH VON WREECH *wahrhaffte und umſtändliche Hiſtorie von den Schwediſchen Gefangenen in Ruſsland und Siberien.* Sorau 1725. 8. Editio ſecunda auctior et emendatior. Ibid. 1728. 8. — Dum auctor fata captivitatis ſuae exponit, multa de Sibiriae eiusque incolarum natura ac indole offert. v. Wreech.

PHILIPP. IOH. DE STRAHLENBERG modo capite praecedente laudatus. v. Strahlenberg.

GERARDI FRIDERICI MULLERI, *Academici Petropolitani et Profeſſoris ordinarii, regiae ſocietatis ſcientiarum Anglicanae Sodalis* († 1783) Commentatio de ſcriptis Tanguticis in Sibiria repertis, qua et loca, ubi illa ſcripta reperta ſunt, accuratius deſcribuntur, et ipſorum ſcriptorum ratio redditur, et unius folii Tangutici interpretatio, ad Petrum M. immortalis gloriae imperatorem, Pariſiis miſſa, fide carere probatur. *Petropoli* 1747. 4. Müller.

Cum VIII tabb. aen. et in *Comment.* ſcient. imp. Petrop. T. X. p. 420 ſqq. — Poſt praemiſſas aliquas breves de Tangutica lingua obſervationes, quibus la Crozii et Bayeri, item Guilielmi de Rubriquis, errata et perperam tradita corriguntur, Mullerus notitiam dat locorum, in quibus ſcripta iſta Tangutica et ſimilia alia Mongolenſia reperta ſunt. Lingua nimirum Tangutica apud Calmuccos et Mongolos ita, ut apud Romano-Catholicos Latina, pro ſacra habetur, et in cultu idolorum plus patria valet. Ut autem intelligatur, qua ratione Ruſſis ad Tatarorum ſacras bibliothecas patuerit aditus, tenendum, ſi regio quaedam bello impetatur, ſacrificulos primos eſſe, qui ſe in fugam coniiciant, qui adeo, cum ſacrum apparatum ſecum auferre aut nolint, aut nequeant, ſua fana deſerunt ſacris rebus et ſcriptis plena; unde factum, ut Ruſſi in Sibiria ad Irtin fluvium, cuius ſuperiora Calmucci quondam habitabant, plures tales bello devaſtatas aedes offenderent, easque, nemine prohibente, ingrederentur et ſcriptorum, quantum vellent, aſportarent. Varias huius generis aedes auctor deſcribit; in primis agit de ruderibus Ablakitanis, unde plus quam ſeſquimillia ſcriptorum Tanguticorum et Mongolicorum folia, quatuor imagines idolorum, in aſſeribus pictas, et ſex tabulas ligneas, litteris Mongolicis exſculptas, quae olim libris excudendis inſervierunt, Mullerus accepit, et technophylacio Imperatorio intulit. Agit porro de ſacrariis ad Jeniſeam et Teſſum fluvios, in proximis a Sibiria Mongolorum terris, et de foliis Tanguticis, a Strahlenbergio proditis. His ex relationibus multa poſſunt in hiſtoria Calmuccorum et in geographia Aſiae ſeptentrionalis diſci, et Witſenii liber paſſim illuſtrari et emendari.

Cf. Nova Acta Erud. a. 1748. p. 437—444.

D. IOANNIS GEORGII GMELINI, *Chemiae* Gmelin.
et Hiſt. nat. Profeſſoris (poſt reditum in patriam Profeſſoris Chemiae ac Botanices Tubingenſis † 1755) Flora Siberica, ſive hiſtoria plantarum Siberiae. Tomus I, continens tabulas aeri inciſas quinquaginta. *Petropoli* 1747. 4. — Opus hocce, hiſtoriae naturali ſacrum hoc loco commemoratur, propterea quod auctor, de rebus Sibiricis immortaliter meritus, in praefatione ampliſſima vaſtiſſimum Sibiriae regnum deſcribit, flumina, lacus, tractus montium, campos et terrae potiſſimum varietatem, annotat, quo cognoſcamus, quam variae plantae ibidem creſcant. In primis vero hic notatu digna videtur deſcriptio, qua Aſiae et Europae limites ex obſervationibus hiſtoriae naturalis poſuit, quamque poſtea omnes geographi melioris notae tanquam veriſſimam ſecuti ſunt. Quibus praemiſſis, itineris ſuſcepti rationem exhibet, et oſtendit, quasnam Sibiriae partes per novem annos peragraverit, et paucas tantum addit, quas alii itineris ſocii perluſtraverunt. Iter ipſum in opere ſequenti, cum inſtituto noſtro coniunctiore, deſcribitur.

IO. GE. GMELIN'S *Reiſen durch Sibirien von dem Jahr* 1733 *bis* 1743. Goettingen 1751-1752. IV Voll. in 8 mai. Cum figg. aen. Et in collectione itinerar. Goettingenſi T. IV. V. VI. VII. Epitome exſtat cum in collectione itiner. Prevotiana T. XIX, tum in collectione itiner. Berolin T. III. *Belgice* ab *Elverfelt*, Harlemi 1753... Epitomen *Francogallicam* exhibuit anonymus in collectione itiner. Prevot. modo memorata, atque *de Keralio*, archetypo miſere mutilato et detruncato, *Pariſ.* 1767. I Voll. in 12 mai. — Petrus I, Ruſſiae imperator, iter iam iuſſerat, quo experiri voluerat, numne navigatio circa Sibiriam verſus Iaponiam ac Sinam

rite inſtitui poſſit. Quod tamen conſilium cum ipſe, morte praeventus, exſequi nequiverit, a ſucceſſoribus haud infeliciter tentatum, indeque commoda omnino plura in geographiam atque hiſtoriam naturalem civilemque redundarunt. Anno 1733 iter a G. F. Mullero et I. G. Gmelino, comitantibus pluribus viris, doctrina arteque varia praeditis, coeptum annoque 1743 finitum. Diarium Gmelini varietatem rerum novarum gratiſſimam prae ſe fert, cum ille non ſolum fata ac pericula ſibi ſociisque itineris frequenter obvia, ſed etiam quae ad terrae fertilitatem et culturam, locorum notitiam, incolarum mores, metalli fodinas, animalia rara, commercia etc. ſpectant, cura ſtudioque ſingulari, candore ac veritatis cultu obſervaverit litterisque mandaverit. Volumini primo adiectas videmus tres tabulas geographicas, tertioque unam, iter auctoris repraeſentantes, mutuatas quidem ex Atlante Ruſſico tunc temporis recentiſſimo, at valde emendatas auctasque. Volumina tria poſteriora magis hominibus indoctis quam doctis ſcripta videntur: nonnulla etiam memoratu digniſſima quo minus evulgaret, impeditus fuit ab academia Petropolitana.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1751. p. 1009 ſqq. a. 1752. p. 341 ſqq. 525 ſqq. 1037 ſqq. a. 1768. p. 41 ſqq.

Müller. GERARDI FRIDERICI MUELLER *Opiſanie Sibirskago — Kniga I.* Petrop. 1750 (f. potius 1749). 4. Sibiricae huius hiſtoriae tomus prior, quem Ruſſice ſcriptum poſterior haud ſecutus eſt, usque ad annum 1617 excurrit. Quinque libri operis priores, hunc tomum primum conſtituentes, *Theotiſce* leguntur in volumine VI collectionis Mullerianae hiſtoriam Ruſſicam iuvantis (1762); et continuatio usque ad librum decimum ibidem vol. VIII (1764). Praeterea nihil a Mullero ipſo elaboratum.

Summo

Summo veritatis et ἀκριβείας ſtudio opus quidem confectum ab auctore laborum patientiſſimo ſubſidiisque neceſſariis inſtructiſſimo: at cum extra Ruſſiam viventibus id ipſum nimis fere diffuſum videretur, bene actum, quod iſte IOANNI EBERHARDO FISCHERO, ſupra a nobis memorato, a. 1753 negotium epitomen elaborandi mandaverit; quae ex parte iſta prima typis expreſſa atque e chartis Mulleri manu ſcriptis, operi continuando deſtinatis, compoſita anno demum 1768, nomine Mulleriano ſuppreſſo, hoc titulo prodiit: *Sibiriſche Geſchichte von der Entdeckung Sibiriens bis auf die Eroberung dieſes Lands durch die Ruſſiſche Waffen, in den Verſammlungen der Akademie der Wiſſenſchaften vorgeleſen, und mit Genehmhaltung derſelben ans Licht geſtellt von* IOHANN EBERHARD FISCHER, *Mitglied beſagter Akademie, Profeſſor der Alterthümer und der Geſchichtkunde* etc. St. Petersburg 1768. II Partes in 8 mai. Cum duabus mappis geographicis Sibiriam veterem repraeſentantibus. Quinque libris opus abſolvitur, comprehendens tantummodo tempus annorum CLX; hiſtoria nimirum incipit ab initio ſaeculi decimi quinti, quo Ruſſis penitior Sibiriae notitia fiebat, et usque ad annum 1660 excurrit. Continuatio promiſſa nondum, quantum ſcimus, in lucem edita. Res quidem traditae praeſtantia et utilitate minime carent: at genus dicendi, quo exhibentur, horridum eſt atque putidum; orthographia plane ſingularis. Silentio minime praetereunda eſt Fiſcheri introductio paginis 167 prioribus praemiſſa; quippe qua ſiſtuntur critica varia ſuper gentium, Sibiriam incolentium, origine ac cognatione. Cum quibus tamen conferenda ſunt, quae *Schloezerus* ordine rectiore iudicioque ſubactiore tradidit in *Proben Ruſſiſcher Annalen* p. 100 — 124. Idem epitomen Fiſcher.

huius introductionis eximiam, adſperſis obſervationibus, propoſuit hoc titulo: *Allgemeiner Abriſs des Aſiatiſchen Nordens, in Fortſetzung der allgemeinen Welthiſtorie* (Hal. 1771. 4.) T. XXXI. p. 391-436. Anglus, GUIL. COXE, operi, alibi recenſendo, de novis Ruſſorum repertis inter Aſiam et Americam (1780) quoque epitomen inſeruit. Adiecit Fiſcherus introductioni genealogias linguarum, quibus populi Sibirici utuntur, paullo quidem diverſas ab iis, quas Strahlenberg libro ſaepius commemorato ſubiunxit. Verſio operis *Ruſſica* prodiit *Petropoli* 1774. 4.

Cf. (MEUSELII) *Betracht. über die neueſten hiſt. Schriften* T. I. p. 463—472.
BUESCHINGS *Beyträge zu der Lebensgeſchichte denkwürdiger Perſonen* T. III. p. 143.

Müller. GERARDI FRID. MUELLER *Nachrichten von der Handlung in Sibirien;* in eiusd. *Sammlung Ruſſiſcher Geſchichte* T. III. P. V et VI (1760). More ſolito h. e. egregie auctor pertractavit rem mercatoriam incolarum Sibiriae cum populis finitimis. Praecipue digna lectu eſt deſcriptio mercium, quibus negotiatores mutuo utuntur.

Bell. JOHN BELL'S D'ANTERMONY *Travels from St. Petersbourg in Ruſſia to diverſes parts of Aſia.* Glasgow 1763. II Voll. in 4. *Francogallice* hoc titulo, e quo ſimul argumentum operis cognoſcas: *Voyages dépuis St. Petersbourg en Ruſſie dans diverſes contrées de l'Aſie, à Pekin à la ſuite de l'Ambaſſade envoyée par le Czar Pierre I, à Kamhi, Empereur de la Chine, à Hiſpahan en Perſe avec l'Ambaſſadeur du même Prince à Schach Huſſein, Sophi de Perſe; à Derbent en Perſe avec l'armée de Ruſſie commandée par le Czar en perſonne; à Conſtantinople par ordre du Comte Oſtermann, Chancelier de Ruſſie, et de M. Rondeau, Miniſtre d'Angleterre à la Cour de Ruſſie.*

*On y a joint une deſcription de la Sibérie et une Carte des deux routes de l'auteur entre Moſcow et Pekin. Traduits d'Anglais par M**** (Eidous); *avec des remarques hiſtoriques, geographiques etc.* à Paris 1766. III Voll. in 12 mai. *Ruſſice* e verſione Francogallica a *Michaële Popow*, Petropoli 1776. III Voll. in 8. — Mentio operis brevis et manca alibi a nobis facta (Vol. I. P. II. p. 62). Idem vero hoc loco commemorandum, quod auctor plures Ruſſiae Aſiaticae regiones obierit atque deſcripſerit: praecipue vero propterea, quod nemo Sibiriae deſcriptionem ſingularem mappamque geographicam, quas epigraphe verſionis Francogallicae mentitur, quaerat. Itinera ipſa inſtituta ab a. 1714 usque ad 1738. Ex quo tempore multa, ab Anglo relata, melius exactiusve innotuerunt. Haud tamen prorſus contemnendum eſt eius diarium, iis certe locis, quibus aliorum relationes, de rebus mirabilibus ſive dubiae fidei confirmentur. Paſſim credulitate laborare videtur.

Abbé CHAPPE D'AUTEROCHE, *de l'Académie royale des ſciences de Paris* († 1769 in California) Chappe d'Auteroche. *Voyage en Sibérie, fait par ordre du Roi en 1761, contenant les moeurs, les uſages des Ruſſes et l'état actuel de cette puiſſance, la deſcription géographique et le nivellement de la route de Paris à Tobolsk; l'hiſtoire naturelle de la même route; des obſervations aſtronomiques et des experiences ſur l'electricité naturelle. Enrichi de cartes géographiques, de plans, de profils le terrains; de gravures qui repreſentent les uſages des Ruſſes, leurs moeurs, leurs habillemens, les divinités les Calmouks, et pluſieurs morceaux d'hiſtoire naturelle.* à Paris 1768. III Voll. in 4 max. Cum volumine tabularum geographicarum et topographicarum (XXIX). Epitome operis prodiit *Amſterd.* 1769. IV Voll. in 8. Cum figg. aen. *Anglice*, omiſſis

obſervationibus aſtronomicis computationibusque mathematicis, *Lond.* 1770. 4. Cum figg. aen. Epitome *Theotiſca* in collectione itiner. Prevotiana T. XX. — Auctor operis huius, faſtu typographico ſuperbientis, circa finem anni 1760 iuſſu regis Galliarum Toboſcium in Sibiria miſſus, ut a. 1761 tranſitum Veneris per ſolem obſervaret, a. 1762 in patriam reverſus, non ſolum, quae in Sibiria, ſed etiam in aliis Ruſſiae partibus omnique itinere vidit audivitque, in diarium retulit, minutiasque puerilíave haud raro typis mandavit. Refert tamen varia haud contemnenda, in primis deſcriptionem urbis Toboſcii. Ulterius in Sibiria non progreſſus eſt; de reliquis vaſtiſſimi huius terrae tractus partibus narrat ducibus Strahlenbergio, Gmelino, aliis. Abeſſe igitur poterant permulta v. c. quae de religione Graeco-Ruſſica, de ſtatu litterarum artiumve, atque commerciorum in Ruſſia tradit. Scitu digniora veríoraque ſunt, quae de Calmuccis Dſongaricis refert. Volumen ſecundum ſ. Tomi primi pars ſecunda comprehendit auctoris obſervationes phyſicas, mathematicas et geographicas. Volumen tertium complectitur opus ἀλλοτϱιον, ſcil. verſionem Francogallicam deſcriptionis Kamtſchatkae, auctore *Kraſcheninnikow*; de quo poſtea.

Cf. de volumine primo EYRING in *Bibl. hiſtor. Gatterriana* T. XIV. p. 205—239.
HALLER in *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1770. *Zugabe* p. CLXIX—CLXXIII. CLXXXVII—CXC.

Contra opus hocce anonymus critica admodum acerba uſus eſt, ita inſcripta: *Antidote, ou Examen d'un mauvais libre, intitulé: Voyage en Sibérie* etc. à Amſterd. 1771. 8. *Anglice* Lond. 1772. 8. — Perſtringuntur potiſſimum Francogalli errores varii generis, vituperia illiberalesque cavillationes

ones in Ruſſiam eiusque incolas, quorum linguas on calluit, et qui benigne ſatis eum exceperant. sunt praeterea nonnulla, quibus, ſine ratione rancogalli habita, commode uti poſſis.

Cf. *Goetting.-gel. Anzeig.* a. 1772. p. 117 ſqq.

M. ERICH LAXMANN'S, *Predigers bey der* Laxmann. *utſchen Gemeine zu Barnaul auf den Kolywaniſchen ergwerken in Sibirien*, Sibiriſche Briefe, *herausgegeben von* Auguſt Ludwig Schloezer — *Goettingen nd Gotha* 1769. 8. — Maxima harum epiſtolaum pars ad hiſtoriam Sibiriae naturalem ſpectat. Adiecta tamen ſunt quaedam de lingua Tangutica . Tibetana. Editoris et *Ioh. Beckmanni*, Conſil. ul. et Prof. Goettingenſis, notae haud vilis pretii unt.

(THESBY DE BELCOUR, *Lieutenant-Colonel* de Belcour. *l'Infanterie*) *Relation ou Journal d'un Officier François au ſervice de la confédération de Pologne, pris par les Ruſſes et relégué en Sibérie.* à Amſterd. 1776. 8. *Theotiſce*, Amſterd. (ſ. potius Lipſ.) 1776. 8. — Auctor, per tres annos captivus in Sibiria, Tobolſci praecipue, detentus, nonnulla quidem tradit fide digna: plura tamen, quae nemo, paullo inſtructior, credet. Bilis atrae plurimum contra Ruſſos effundit.

Eigentliche und richtige Beſchreibung des neuen Landes und Königreichs Sibirien, wie ſolches unter Iwan Waſiliowietſch, Zaren und Groſsfürſten von ganz Ruſsland, Botmäſsigkeit gekommen. Nebſt der Situation aller nordöſtlichen Tatarn, Mungalen, Bogdoitzen, Dutſcherzen, Giläcken, Tubiner, Koldemmer, Daurer, Tangutiner, Kirgiſen, Lopianen, Muastzer, Jacutiner, Sibirer, Kolmacken, Kalmücken, Oſtiaken, Samojeden, Baſkiren, Tſcheremiſſen, Mordwiken. Aus einem zur Churfürſtl. (Brandenburgiſchen) *Bibliothek* Anonymi deſcriptio Sibiriae.

(zu Berlin) *gehörigen ſclavoniſchen Manuſcript in die teutſche Sprache übertragen durch* Ernſt Gottlieb von Bergen; *in* Büſchingii *Magazin* T. XVIII (1784). p. 83—110. Auctor ignoratur aeque ac tempus, quo hanc deſcriptionem condiderit: ſuperiore tamen certe ſaeculo. Paſſim talia traduntur, quae Mullerus in opere ante recenſito ſilentio praeteriit.

❖ ❖ ❖

Kraſcheninnikow. STEPHANI KRASCHENINNIKOW *Opiſanie Zemli Kamtſchatki ſotſchinennoje.* St. Petersburg 1755. II Voll. in 4. Cum figg. aen. XXV. *Anglice*, miſere truncatum et deturpatum opus prodiit ſtudio *Iacobi Grieve*, Doctoris medicinae, diu in Ruſſia verſati, *Lond.* 1764. 8. Cum figg. aen. Ex qua verſione orta eſt *Theotiſca*, auctore *I. T. Koehlero*, qui Anglum paſſim e ſcriptis Mullerianis potiſſimum caſtigavit, *Lemgov.* 1766. 4 mai. Cum figg. aen. *Francogallice* a *M. A. Eidous*, *Lugduni* 1767. II Voll. in 12 mai. Verſio longe melior, integrumque archetypum Francogallice ſiſtens prodiit tanquam volumen tertium itinerarii a *Chappe d'Auteroche* conditi, modoque a nobis memorati, hoc quidem titulo: *Voyage en Sibérie, contenant la deſcription du Kamtchatka, où l'on trouve I. les moeurs et les coutumes des habitants du Kamtchatka; II. la Géographie du Kamtchatka et des pays circonvoiſins; III. les avantages et les desavantages du Kamtchatka; IV. la réduction du Kamtchatka par les Ruſſes, les révoltes arrivées en differents temps, et l'état actuel des forts de la Ruſſie dans ce pays. Par* M. Kracheninnikow, *Prof. de l'Acad. de St. Petersbourg.* Cum XVII tabb. aen. Anonymus M. hanc verſionem Petropoli ſub auſpiciis *G. F. Mulleri* elaboravit. Epitome exſtat in collectione itiner. Berolinenſi T. V. —

Auctor

Auctor ſocius itineris ſupra commemorati, a Gmelino et Mullero ſuſcepti, fuit, inſtructus miſſusque ab his in peninſulam Kamtſchatka a. 1736; commoratus ibidem usque ad a. 1741. Hocce temporis intervallo omnem iſtam terram tetricam ſtudio indefeſſo peragravit, cuſtoditus a Coſacis, interpretibusque neceſſariis ſociis; ſimulque venia uſus eſt, qua omnia ſcripta publica ſibi inſervientia perluſtrare licuit. Poſt reditum collecta in ordinem redegit, Stoelleri etiam uſus relatione, de qua poſtea; ipſe opus typis mandavit, paeneque abſolutum vidit; reliqua, auctore a. 1755 mortuo, curavit *G. F. Muller*, qui et praefationem praefixit duasque tabulas geographicas addidit. Opus ipſum abſolvitur quatuor partibus. Prima ſiſtit deſcriptionem Kamtſchatkae finitimorumque littorum et inſularum, v. c. Kurilium, geographicam; ſecunda hiſtoriam naturalem; tertia incolas eorumque mores; quarta occupationem peninſulae a Ruſſis, ſtatumque civilem.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1764. p. 1020 ſqq. a. 1766. p. 689—694. a. 1770. *Zugabe* p. CXCIII - CXCVII.

GEORG WILHELM STELLERS (ſ. potius STOELLERS) *geweſenen Adiuncti und Mitglieds der kaiſerl. Academie der Wiſſenſchaften zu St. Petersburg, Beſchreibung von dem Lande Kamtſchatka, deſſen Einwohnern, deren Sitten, Namen, Lebensart und verſchiedenen Gewohnheiten, herausgegeben von* I. B. S. (Ioh. Bened. Scherer, olim Petropoli, Argentorati hodie vivente). *Mit vielen Kupfern* (XIII). Frankf. und Leipz. 1774. 8 mai. — Stoellerus a. 1738 ab academia Petropolitana miſſus, ut Gmelini ſocius eſſet, qui vero, ut et Mullerus, eius voto, Kamtſchatkam viſendi atque ſcrutationes Kraſcheninnikovii continuandi, potiſſimum hiſtoriae naturalis inveſtigandae cauſſa, reſpondit. Stoeller.

Anno

Anno 1741 poſt varios caſus moleſtiasque penetravit in peninſulam, eodemque anno iter admodum memorabile verſus littora Americana cum navarcho Bering inſtituit. Poſt menſes quatuordecim, quibus cum ſociis infortunia plura perpeſſus eſt, rediit in Kamtſchatkam. A. 1744 iuſſu ſuperiorum Stoellerus reditum verſus Jakuzk indeque Petropolin inſtruxit: in itinere autem a. 1746 mortuus eſt. Kraſcheninnikovium in componenda Kamtſchatkae deſcriptione Stoelleri chartis quoque uſum fuiſſe, a nobis modo dictum. Pauca igitur in Stoelleri libro nunc typis impreſſo invenies, quae, ſi Kraſcheninnikovium conſulueras, neſciviſſes. Figurae etiam aeri inciſae, duas vel tres ſi excipias, non ſunt novae, praetereaque male expreſſae. Inſunt nihilo minus libro Stoelleriano obſervationes nonnullae, quas in opere Ruſſico fruſtra quaeſiveris, iudicia potiſſimum libera de Ruſſorum crudelitate et aviditate, qua incolas peninſulae preſſerunt maximamque partem exſtinxerunt. Melior forte atque comtior Stoelleri Liber prodiiſſet, ſi auctor ipſe eius editionem curare potuiſſet. Unde et quomodo Schererus apographum, typis a ſe mandatum, acceperit, neſcimus; ipſe hac de re tacet. Utilem adiecit appendicem, antea non evulgatam, nimirum: G. F. MULLERI geographiam ſtatumque civilem Kamtſchatkae, ex relationibus variis ſcriptis dictisque collectam Jakuzkii a. 1737.

Cf. BUESCHINGII *wöchentl. Nachrichten* a. 1774. p. 163 ſqq. et p. 185 ſqq.
Goetting. gel. Anzeig. a. 1774. *Zugabe* p. CCCXV ſqq.
Allgem. teut. Bibl. T. XXV. p. 537—543.
BACMEISTERS *Ruſſiſche Bibl.* T. IV. p. 109 ſqq.

Schmalev. Recentiſſima de Kamtſchatka tradidit TIMOTHEUS SCHMALEV, centurio Ruſſicus in relatione,

ſtione, quam ſocietas Ruſſica libera, Moſcuae florens, in commentariis ſuis (*Opyt tradow wol'nago roſſijſkago Sobranija* P. I. p. 195—215. Moſcuae 1774) evulgavit. Verſio *Theotiſca*, ſed manca, exſtat in *St. Petersburgiſchen Journal* a. 1776. Apr. p. 18—25. Exactiorem exhibuit *I. C. Loder* in Schloezeri *Briefwechſel* T. I. p. 342—356. Schmalev narrationem ſcripſit a. 1773. Agit praecipue de commerciis ac de incolarum frequentia valde diminuta.

❖ ❖ ❖

JOHANN BERNHARD MUELLERS, *königl. Schwediſchen Dragoner-Capitains, Leben und Gewohnheiten der Oſtiaken, eines Volks, das bis unter dem Polo arctico wohnet; wie ſelbiges ſeit Anno* 1712 *aus dem Haydenthum zur Chriſtlichen Griechiſchen Religion gebracht worden; mit etlichen Anmerkungen vom Königreiche Siberien und dem Freto Naſſovio oder Waigats; in der Gefangenſchaft beſchrieben.* Berlin 1720. 8; et in *Frid. Chriſti. Webers Veränderten Ruſsland* T. I. p. 169—214. Auctor quae ipſe obſervavit, narrat; et capite quidem primo de Sibiriae natura ac indole, atque de origine Oſtiacorum; ſecundo, de eorum moribus; tertio, religione; quarto, converſione ad religionem Graecam. Relatio ab auctore a. 1716 Petropolin miſſa. Müller.

Neueſter Staat von Caſan, Aſtracan, Georgien, und vieler andern dem Czaren, Sultan und Schach zinsbaren und unterthanen Tartarn, Landſchaften und Provinzien. Nürnberg 1723. 8. Neueſter Staat v. Caſan etc.

CHRISTI. SCHOETTGEN de Toboleniſium originibus. *Dresdae* 1729. 4. Schoettgen.

GERARDI FRID. MULLERI *Nachricht von dreyen im Gebiete der Stadt Caſan wohnhaften heidniſchen Völkern, den Tſcheremiſſen, Tſchuwaſchen und* Müller.

und Wotiaken; in eiusdem *Sammlung Ruſſiſcher Geſchichte* (St. Petersb. 1759. 8.) Vol. III. P. IV. p. 305-412. Auctor a. 1733 cum Caſani eſſet, atque in ulteriore itinere inde ab hac urbe usque ad urbem Tobolsk, collegit, quae ad hanc relationem elaborandam facere poſſent. Ipſe plura vidit; multa ſedula inveſtigatione vel a populis iſtis ipſis vel per interpretes fide dignos comperit. Mores ac conſuetudines potiſſimum exponuntur.

P. Rytſchkow. PETRI RYTSCHKOW, Conſiliarii ſtatus Ruſſici et ſocii acad. ſcient. Petropol. *Topografija Orenburghſkaja, to eſtj, obſtojateljnoe opiſanie Orenburghſoj Ghubernii* — Petropoli 1762. II Partes in 8. Cum IV tabulis geographicis. Particulatim antea opus prodierat in commentariis menſtruis Petropolitanis. *Theotiſce* hac epigraphe: *Orenburgiſche Topographie, oder ausführliche Beſchreibung des Orenburgiſchen Gouvernements — überſetzt von* M. Chriſtian Heinrich Haſe — in Büſchingii *Magazin für die neueſte Hiſtorie und Geographie* T. V. p. 457—530. T. VI. p. 473—516. T. VII. p. 1—188. (1771—1773). Cum II tabb. geogr. Aliam verſionem Theotiſcam eodem fere tempore exhibuit *Iacobus Rodde*, interpres linguae Ruſſicae Rigenſis, *Rigae* 1772. II Partes in 8. Cum IV tabb. geogr. — Propria experientia edoctus fontibusque limpidiſſimis inſtructus auctor primus erat, qui accurate, docte, ſtudioque haud vulgari deſcriberet ampliſſimam provinciam imperii Ruſſici, quippe cuius circuitus paene DCCC milliaribus Theotiſcis abſolvitur, quamque undecim populi diverſi inhabitant. Pars prior habet ſex capita, de nominibus, finibus ac viciniis, diviſione, incolis, hiſtoria naturali, atque commerciis terrae Orenburgicae. De Calmyccis potiſſimum multa nova memoriaque digna narrantur. Scita etiam iucundiſſima relatio de commerciis.

nerciis. Pars poſterior integra geographici ac topographici argumenti eſt. Regiones locaque ſingula ſumma cura deſcribuntur, admixtis obſervationibus, hiſtoriam naturalem gentiumque illuſtrantibus. Pars tertia, quam Rytſchkovius promiſerat, nondum, quantum meminimus, prodiit.

Cf. (SCHLOEZER) in *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1766. p. 217—230. 249—254. 284—288.
BACMEISTER *Ruſſ. Bibl.* T. II. p. 105—111.

Eiusd. *Opiit Kazanſkaj Iſtorij drewnich i ſrednich wremijan.* Petropoli 1767. 8. *Theotiſce* a *Iacobo Rodde* — Rigae 1772. 8. — Specimen hocce hiſtoriae regni Caſan veteris ac medii aevi, hauſtum ex annalibus Caſanicis ineditis, ex mente auctoris ſequi debeat amplior hiſtoria, nondum vulgata. Capite I agitur de incolis regni Caſanici veteribus (minus quidem critice); II de urbibus veterum Bulgarorum earumque ruderibus; III de imperio Tatarorum in regionem iſtam; IV de origine urbis Caſan; V—XII de bellis Ruſſorum cum Caſaniis, inde ab a. 1376 usque ad a. 1552; XIII de archiepiſcopis Caſanicis; XIV de ſitu ſtatuque hodierno urbis Caſan. Appendix ſiſtit ortum coloniarum Ruſſicarum per littora fluminis Wjatka. Rytſchkow.

Cf. (SCHLOEZER) in *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1769. p. 1340—1349.
BACMEISTER l. c. p. 384 ſq.

Dnewn' iija zapiſki puteſcheſtwija Kapitana NIKOLAJA RYTSCHKOWA *w' Kirghiſ-Kajſatzkoj ſtepje,* 1771 *ghodu.* St. Petersb. 1772. 4. *Theotiſce* a *Chr. Henr. Haſe,* qui et annotationes adiecit; in Büſchingii *Magazin* T. VII. p. 417—474; et in eiusdem Rytſchkovii itinerario ab eodem Haſio (*Rigae* 1774) Theotiſce reddito; de quo alibi. — N. Rytſchkow.

Quum

Quum a. 1770 Calmyccorum ſtirpes, Torgaud dictae, e ditione Ruſſica verſus Sinam effugerent, copiaeque Ruſſicae ad eos perſequendos et retrahendos emitterentur; P. S. Pallas N. Rytſchkovium, Petri filium, ſocium huius expeditionis ablegavit, ut hac occaſione regiones Aſiae nondum a viris doctis viſas, nec illuſtratas, perveſtigaret. Quod ſane magno cum fructu peractum, ac praeſertim ſtirps Coſacorum, Kirgiſorum dictorum, deſcripta. Cf. de emigratione iſta PALLAS in *Sammlungen hiſtor. Nachrichten über die Mongol. Völkerſch.* T. I. p. 88 ſqq. Cf. et Büſchingii *Magazin* T. XIII. p. 78 ſqq.

Cf. BACMEISTER *Ruſſ. Bibl.* T. II. p. 32 ſqq.

P. Rytſchkow. PETRI RYTSCHKOW *Wedenie k' Aſtrachanskoj Topografii, predſtawljajuſchthſchee w'* perwoj tſchaſti *razn' iija izwjeſtija o drewnem' ſoſtojanii ſej Ghubernii i obitawſchich' w' nej naradow', a wo* wtoroj *o pokorenii ſegho tzarſtwa pod' derzechawu Roſſijſkich' Monarchow'. Petſchatano pri Imperatorſkom' Moſkowſkom' Univerſitetje* 1774. 8. — Eſt ſolummodo introductio in hiſtoriam regni Aſtracani, quam auctor meditabatur, quae vero, quum ille a. 1777 Catharinaburgi e vivis decederet, non elaborata, certe hucusque non edita fuit. Aliorum et ſuas obſervationes de vetere ſtatu incolisque priſtinis regni Aſtracani proponit, atque oſtendit, quo modo idem Ruſſorum ditioni ſubiectum fuerit.

Cf. BACMEISTER *Ruſſ. Bibl.* T. V. p. 142 ſqq.

Leontiew. LEONTIEW *Uwjedomlenie o b'iiwſchej s'* 1677 *do* 1698 *ghoda wojnje u Kitajtzew' s' Zenghortzami; w'iipiſal' iz' Kitajſkoi Iſtorii.* St. Petersb. 1777. 8. — Auctor affirmat, ſe hanc relationem de Sinarum bello cum Sengoris ſ. Songaris, ſtirpe Calmyccica, ab a. 1677 usque ad a. 1698 geſto, e hiſtoria

qua-

quadam Sinica Manſchurice ſcripta hauſiſſe, qua diarium de bello iſto ampliſſimum conderetur. *Kanſi*, imperator Sinarum, in praefatione obſervationes ſuper bellum iſtud exſeruit, nec tamen ſe auctorem diarii profitetur. Appendicis loco adiectae ſunt ex alia hiſtoria Sinica tres tabulae genealogicae Chanorum Mongolicorum.

Cf. BACMEISTER *Ruſſ. Bibl.* T. V. p. 355—360.

Huc quoque referenda ſunt itineraria GMELINI iunioris, PALLASII, LEPECHINI, GEORGII, aliorumque: quia vero non ſolum Ruſſiam Aſiaticam illuſtrant, ſed etiam Europaeam, in capite de ſcriptoribus rerum Ruſſicarum de illis referemus.

CAPVT XXI.

SCRIPTORES DE REBUS SCYTHICIS ET HYPERBOREIS.

Veterum ſcriptores hiſtorici ac geographici, quos inter HERODOTUS et STRABO eminent, *Scytharum* appellatione plures cum Aſiae tum Europae populos ſeptentrionales, de quorum ſedibus et indole illis non ſatis conſtabat, comprehenderunt. *Scythia* ac *Scythi*, *Cimmeria* et *Cimmerii*, *Hyperborei*, et *Gomerii* adeo iis erant vera aſyla ignorantiae. Quum igitur ipſi notiones de regionibus et gentibus Scythicis confuſas tenebrisque Cimmeriis ſimiles habuerint; quid, quaeſo, ſperandum aut iudicandum de conatibus recentiorum, qui tenebras iſtas diſcutere auſi ſunt? Lucubrationes huius generis vaniſſimae nobis videntur. Quanto fructuoſius operam animique et ingenii aciem collocaſſent in eruendis argumentis, fundamentis minus fallacibus nixis! At, quid haec ad nos? Demus potius pro inſtituti ratione indicem eorum, qui in piſtrino Scythico deſudarunt.

Loccenius. IOHANNIS LOCCENII (*Profeſſoris hiſtoriarum et iuris civilis atque hiſtoriographi Suecici*, *mortui a.* 1677) Diſſertationes duae: I. de Scythis veteribus, eorumque ortu, propagatione, forma reipublicae, ac fortitudine; II. de Suecis ac Gothis ſeparatim, eorumque politia. *Upſal.* 1628. 8.

Sagittarius. CASP. SAGITTARII Exercitatio in Iuſtini Hiſtorici Lib. II. Cap. I. *Ienae* 1677. 4.

Eiusd. Exercitatio ad Iuſtini Libri II. Caput II. *ibid.* 1682. 4.

Eiusd. Hiſtoria bellorum Scythicorum; exercitationes II ad Iuſtini Hiſtorici Lib. II. Cap. III et V. *ibid.* 1685. 4. — Quae Iuſtinus e Trogo Pompeio de

de Scythis narrat, philologice et hiſtorice explicantur. Allotria haud pauca admixta ſunt.

GEORG. CASP. KIRCHMAIERI, *Prof. Hiſtor. Vitebergenſis*, diſſertatio de lingua vetuſtiſſima Europae Scytho-Celtica et Gothica. *Viteb.* 1686. 4. Kirchmaier.

Eiusd. Parallelifmus et convenientia XII linguarum ex matrice Scytho-Celtica Europae, a Iapeti poſteris vindicatarum. *ibid.* 1697. 4.

NICOLAI SALANI diſſertatio de gladio Scythico. *Upſal.* 1691. 8. Salanus.

OLAI CELSII diſſertatio de Anacharſide Scytha. *Upſal.* 1712. 8. Celſius.

FABIANI TOERNERI Saturnalia Scytho-Romana. *Upſal.* 1726. 8. Toerner.

MATTHIAE BELII Specimen de bellis et potentia Scytharum; in *eiusdem* Hungariae antiquae et novae prodromo (*Norimb.* 1723. fol.) p. 5-25. Arte critica non ſatis iuſta auctor uſus eſt, ut omnes ante Bayerum. Bel.

THEOPHILI SIGEFRIDI BAYERI Oratio de origine et priſcis ſedibus Scytharum; recitata in Academia ſcient. Imperiali Petropolitana a. 1726; typis expreſſa in *Commentariis huius Academiae* Petrop. 1728. 4.) T. I. et in Bayeri Opuſculis a *Klotzio* (Halae 1770. 8 mai.) editis p. 63-73. — Bayerus primus fuit, qui res Scythicas rite arteque critica vera inſtructus tractavit. Haec et ſequentes diſſertationes mira et iucunda eruditione conditae acumineque vere critico, ut omnia Bayeriana, elaboratae ſunt. Ante omnia ſibi cavendum exiſtimavit ab errore, omnibus fere, qui de rebus Scythicis commentati fuerunt, communi, qui nimium nomen Scythicum, vaſtiſſimis quoque ſpatiis, extenderunt, gentesque inter ſe invicem miſcuerunt. Ideoque nequaquam ex Scytharum ſtirpe Sarmaticas, Ruſſicas et Slavicas gentes, aut Bayer.

Hunnos veteres, noſtrosque Ungaros, aut denique Tataricos populos repetit, ſed Lithuanos, et veteres Pruſſiae incolas, Curones, Livones, Aeſtios, Fennos, Lappones, paucosque alios. Exſibilat opinionem eorum, qua gens Scythica a Magogo, Iapeti filio, orta ſomniatur. Profitetur, non liquere ſatis de primis Scytharum parentibus — et qua ratione hoc unquam fieri poſſet, cum veteres varias diverſasque gentes Scythas appellaverint? — id tamen argumentis haud levibus coniici poſſe, maiores eorum ex Armenia deſcendiſſe, ac demum inſtantibus aliis populis ad mare Caſpium, Septentrionem verſus, et ad Volgam, Maſſagetas iuxta et Iſſedonas degiſſe. Fabulam apud Herodotum de Targitao, Scytharum patre, Iovis et Boryſthenis fluminis filia nato, inde originem traxiſſe arbitratur. Hiſtoriam Scythicam caput tollere circiter A. M. 3200, ſive annis 1514 ante epocham Dionyſianam, extremo tempore ſervitutis Iſraëlitarum in Aegypto. Araxem, ultra quem priſca fuerit Scytharum regio, non eſſe iſtum Mediae Araxem, uti Herodotus putaverit, ſed Volgam, cui vetuſtis temporibus et nomen Araxes ſive Rus, Ros et Rhas fuerit; eundem hunc eſſe Araxem, ad quem Cyrus malerem geſſit contra Maſſagetas; et quae ſunt reliqua.

Eiusd. Diſſertatio de Scythiae ſitu, qualis fuit ſub aetatem Herodoti, recitata a. 1726; in *Comment. Acad. Petrop.* l. c. et in Opuſc. p. 73—93. — In definiendo Scythiae ſitu, ut et in locis ac regionibus ſingulis populis aſſignandis Bayerus multam — et inutilem veremur — operam navavit. Obſervat, Onomacritum, ſeu quis tandem ſit Orphicorum editor, et Aeſchylum ieiuna multa atque futilia afferre ac permiſcere omnia cum ingenii fingendi pruritu; Scythicarum rerum ignoratio-

nem

nem usque ad Darii contra eos expeditionem duraviſſe: ſub hanc vero regiones inter Boryſthenem et Tanaim Scythas tenuiſſe; ipſamque denum Scythiam poſt diligentem dimenſionem et computationem ſtadiorum atque dierum intra 45 et 57 gradum longitudinis, et 47 et 55 latitudinis gradum ſitam fuiſſe. Dein recenſentur flumina, quae ex Scythia decurrunt in Iſtrum. Poſtquam maria, flumina, montes, quos ſine nomine Herodotus deſcribit, ſuis in locis terminare ſtuduit; pergit his adiumentis ad adſcribendas ſuis regionibus gentes. Adiecta eſt tabula geographica.

Eiusdem diſſertatio de Cimmeriis, recitata a. 1727; in *Comment. Acad. Petrop.* T. II (1729); et in Opuſc. p. 126—137. — Bonum Bayerum paene dicas de lana caprina diſputaſſe. „Cimmerios a Gomeritis dictos fuiſſe, admodum probabile eſt, aut plane paratus ſum deierare, unde dicti ſint, non liquere."

Eiusdem Chronologia Scythica vetus; in *Comment. Acad. Petrop.* T. III (1732); et in Opuſc. p. 137—182. — Bayerus Herodotum ſemper preſſe ſequitur, reiiciens teſtimonia ſcriptorum iuniorum. Scythas, urgentibus a tergo potentioribus populis novas ſedes traiecto Volga quaeſiviſſe, pulſisque Cimmeriis, regionem omnem a Tanai ad Boryſthenem occupaſſe, ante iam probare ſtuduerat. Nunc id agit, ut, in quam aetatem haec Scytharum in Cisvolganas provincias impreſſio incidat, explicatum habeamus. Ut vero explicatis temporum ordinibus, uno in conſpectu omnia videremus, totam illam chronologiam in tabula operoſe confecta exhibuit; tum quibus rationibus ductus fuerit, oſtendit. Momenta ad hanc chronologiam conſtituendam neceſſaria auctorem ad ſucceſſionem regum Mediae, Lydiae et Aegypti

ex Herodoto explicandam impulerunt. Plura memoratu digna inſuper occurrunt, quae hic non quaeras.

Eiusd. Memoriae Scythicae ad Alexandrum Magnum; in *Comment. Acad. Petrop.* T. III; et in Opuſc. p. 182—219. — De ritibus Scytharum variis diſerte agitur. Fuſe commemoratur bellum Scythicum, a Dario Hyſtaſpide excitatum. Veteres mirifice erraſſe circa ſitum Ponti Euxini et Balthici, quem propinquum invicem eſſe admodum exiſtimabat, multosque alios errores ex hac ignorantia manaſſe, oſtenditur. Omittimus caetera, ex fonte ipſo haurienda.

Eiusd. Converſiones rerum Scythicarum temporibus Mithridatis Magni et paullo poſt Mithridatem; in *Comment. Acad. Petrop.* T. V. (1738); et in Opuſc. p. 220—268. — Plurima exponuntur duce Strabone, cui in Mithridaticis auctor multum tribuit: modo, addit, non ita exiliter res tantas tractaſſet, quod condonari poſſit alio in argumento verſanti, niſi etiam confuſe et ſubobſcure tractaſſet, quo vitio in toto opere laborat. Ante Auguſtum Caeſarem, primo ante Chriſtum natum ſaeculo, in Scythicis campis frequentius Getarum nomen, quam Scytharum fit. Qua ratione auctor defertur ad Othinum eiusque expeditionem in ſeptentrionales regiones, quam in iſtis Geticis Scythicisque turbis contineri ſentit. De ſcriptis vero, Othinum ſpectantibus, nos alibi. In fine ſiſtitur coniectura de nomine Balthici maris. — In omnibus hisce diſſertationibus Bayerus maiorem diligentiam poſuit in eruenda hiſtoria Scytharum Europaeorum, quam Aſiaticorum.

Dithmar. IUSTI CHRISTOPH. DITHMARI Exercitatio de Germanorum et Gallorum origine Scythica; in

in *eiusdem* Diſſertatt. acadd. (*Lipſ.* 1737. 4.) p. 453-468. Vix digna, doctrina Dithmari alias ſatis probata.

FRERET *Mémoire ſur les Cimmériens, et principalement ſur la partie de cette nation qui habitoit au Nord du Danube, et à l'Occident du Pont-Euxin* (1745); in *Mémoires de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XIX. p. 577—632. Breviter deſcribit auctor Iſtri ſ. Danubii curſum; inveſtigat veteres eius accolas; fuſeque demum agit, duce Herodoto, de Cimmeriis, ripas Danubii, littora Ponti Euxini, atque Cherſoneſum Tauricam inhabitantibus, et de eorum fatis. Francogallus doctiſſimus coniecturis abundat. Freret.

F. W. B. (FERDINAND WILHELM BEER, Profeſſoris Erfordienſis † 1760) *Verſuch einer Erläuterung der von dem Herodotus und Plinius gegebenen Beſchreibung des alten Scythiens und einiger von ihnen angeführten Scythiſchen Wörter und Gebräuche;* in *Sammlung von Erläuterungsſchriften zur allgem. Welthiſtorie herausgegeben von* S. I. Baumgarten (*Halle* 1750. 4.) T. III. p. 1-102. — Poſt Bayerum Beerius res Scythicas acutiſſime ſcrutatus eſt. Primum illuſtrat Herodoti relationem de Scythia, deinde nonnulla vocabula ritusque Scytharum, denique Plinii de Scythia narrationem. Bayero in aliis accedit, in aliis ab eo recedit. Beer.

G. WALLENSTRÅLE Diſſertatio de confinibus Scythis Getisque Herodoti. Upſal. 1757. 4. Wallenſtråle.

DE GUIGNES *Mémoire dans lequel on entreprend de fixer la ſituation de quelques peuples Scythes, dont il eſt parlé dans Herodote, et de recherches, ſi du temps de cet Hiſtorien on connoiſſoit la Chine;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcriptt.* (1766) T. XXXV. p. 539—572. — Auctor potiſſimum examinat, de Guignes.

 quae

quae Herodotus de Scythis Aſiaticis tradit, eorumque ſedes inveſtigare ac figere ſtudet. Quo in negotio vir doctiſſimus a Sinis ſuis, quos ubique odorare ſolet, in coniecturas temerarias erroresque varios ſe abduci paſſus eſt. Quod mira ſagacitate doctrinaeque apparatu vaſtiſſimo demonſtravit Deguigneſii collega, ſaepius a nobis commemoratus, diſſertatione ſequenti:

d'Anville. D'ANVILLE *Examen critique d'Herodote, ſur ce qu'il rapporte de la Scythie;* in *Mém.* laud. p. 573—591. Cum tabella geographica. Auctor definit primum Herodoti Scythiam Europaeam, arguitque modeſte Bayeri peccata in ſtadiis veterum recte conſtituendis aliisque in rebus. Poſt Scythiam Aſiaticam perluſtrat, et errores, a Deguigneſio commiſſos, tamen ſine huius nominis mentione, tollit.

Heyne. Nec ſilentio praetereunda ſunt, quae CHRISTI. GOTTLOB. HEYNE doctiſſime aeque ac ingenioſiſſime ſuper Gomeritis fictis et Scythis fluctuantibus diſputavit in notis et acceſſionibus ad foedam compilationem Anglicam Theotiſce redditam: *Guthrie*, *Gray* etc. *allgemeine Weltgeſchichte.* T. III. p. 956—1062 (a. 1766).

Ihre. IOHANNEM IHRE, in Gloſſario Suio-Gothico (*Upſal.* 1769. fol. mai.) p. 4 ſqq. de Scythis hallucinantem fuſe meliora docuit GATTERERUS in *hiſtor. Bibl.* T. XIII. p. 139—152.

Gatterer. IOH. CHRISTOPH. GATTERERUS, modo ſaepiusque laudatus, ſententiam atque examen ſuum ſuper Scythis Scythiamque copioſius expoſuit in duabus diſſertationibus nondum editis. Plura tamen ex eisdem diſtincte propoſuit in *Einleitung in die ſynchroniſtiſche Univerſalhiſtorie* (Goetting. 1771. 8.) P. II. p. 149—206. Haud pauca tradit, Bayero, Beerio, Deguigneſio et Danvillio contraria,

aria, ideoque nova. Contra Bayerum v. c. pro-
at, fluvium Araxem minime eſſe Volgam, ſed
)xum aut Moſis Gihon. Veterum tres narratio-
es diverſas de Scytharum origine ingenioſe con-
liare ſtudet. Scythiam Europaeam primum,
einde Aſiaticam ſecundum Herodotum definire
opuloſque utramque inhabitantes exquirere an-
ititur.

Skithſkaja Iſtorija — ot' raznüch innoſtrann' üch' Lüzlow.
*Ioriko w, patſche zche ot' Roſſijſkich' wjern' üch iſto-
ij i powjeſtej, ot'* ANDREJA LÜZLOWA *priljezcim'
mi trudami ſlozchena i napiſana ljeta* 1692, *a n
nje wo ſwjet' izdana* Nikolaem' Nowikowüm',
*Tſchlenom' woljnagho Roſſijskagho Sobranija pri Im-
eratorſkom' Moſkowſkom' Univerſitetje.* Tſchaſti I.
St. *Petersburg* 1776. 8. — Praeter titulum pau-
:aque futilia de Scytharum origine et ſedibus,
nihil in hoc libro, a. 1692 elaborato, anno vero
1776 demum in lucem edito, reperitur, quod res
Scythicas tangat. Agit nimirum auctor de Mon-
golis et Tataris, quos Scythicae originis credit;
de Muhammede; de Turcis eorumque imperato-
ribus etc. Utilia quae profert, Rytſchkovius in
hiſtoria de regno Caſan, ante laudata, aliique iam
uſurparunt publicique iuris fecerunt. Pars II et III,
quantum ſcimus, nondum typis expreſſae ſunt.

Cf. BACMEISTER *Ruſſ. Bibl.* T. VII. p. 63 ſqq.

CARL FRIEDRICH CRAMER'S *Scythiſche Denk-* Cramer.
mähler in Paläſtina. Hamburg 1777. 8. — Liber
tribus abſolvitur partibus. Prima ſiſtit hiſtoriam
regni Iudaici et Iſraëlitici a tempore Ierobeami
ſecundi usque ad Ioſiam. Hac enim aetate Scy-
thas Palaeſtinam adortos eſſe, auctor contendit.
Maxime vero hoc oſtendere cupit, Prophetam
Ioëlem, forte et Zephanjam, vaticinatos eſſe de

incurſione Scytharum in Palaeſtinam. Sententi[ae] huius ſtabiliendae cauſſa inſtituitur diſquiſitio hi[sto]rica ſuper Cimmeriis et Scythis. De his poti[ſſi]mum agit pars ſecunda, ubi primum ſcriptor[es] veteres, de iis tradentes, ſub examen vocant[ur]; deinde origo primaeque Scytharum ſedes indica[n]tur. Cum Bocharto affirmat, Magogitas eſſe Scythas: argumenta tamen Bochartiana in meliorem redigit ordinem, eadem illuſtrat, atque contra obiectiones I. D. Michaelis, in Spicilegio ad Bocharti librum propoſitas, defendit. Parte terti[a] explicat Prophetas dictos ex ante monitis. Additae ſunt appendicis loco obſervationes ſuper animantibus a Noacho in navigium receptis et ſuper diluvii Noachici ambitum. Sub calcem libri recuſa eſt *I. E. Fabri* Diſſ. Latina de animalibus, quorum fit mentio Zephan. II, 14.

Heyne. CHRISTI. GOTTLIEB HEYNE de Androgynis et Eunuchis apud Scythas, ac de Hermaphroditis in Florida; in *Commentationibus ſociet. reg. ſcient. Goetting. per a.* 1778 *recitatis* Vol. I. p. 99 ſqq. (1779). Egregie illuſtrantur Herodotus L. I. cap. 195. L. IV. cap. 67, et Hippocrates de aëre, aqua et locis ſ. 42 ſq. qui de Scytharum morbo quodam ſingulari narrant, quo Scythae, enervati, cum ſentirent ſe virum exuiſſe, veſtem muliebrem ſumebant, palam confitentes, ſe ad ſequiorem ſexum tranſire, nec munia niſi muliebria obibant. Quapropter ab Herodoto ἀνδρόγυνοι vocantur. Plures ſuper hac re commentati ſunt: nullus vero tam apte docteque, quam Heynius, qui ex recentiorum populorum, in primis Americanorum, ſimili habitu vitae illud genus Scytharum ſingulare dexterrime illuſtrat; fuiſſe nempe animi corporisque debilitatem, moerorem, epilepſiam, qua aegroti ad homines fallendos variis modis uſi ſunt.

Multa

Multa quoque erudite acuteque diſputata ſuper rebus Scythicis invenies in *Parergis hiſtoricis*, a IOHANNE UPHAGEN, Scabino Gedanenſi, a. 1782. 4, in lucem publicam propriis ſumtibus editis. Uphagen.

✠ ✠ ✠

Omnes fere, qui de Scythis ac Celtis commentati ſunt, de Hyperboreis — quo nomine veteres etiam plures illis incognitas gentes variis in regionibus comprehenderunt — quoque diſputarunt. Praeter iſtos igitur notandi ſunt ſequentes:

GEORGII STIERNHIELMII (*antiquarii e nobili familia Suecica oriundi*) Diſſertatio brevis de Hyperboreis; adnexa *eiusdem* Anticluverio (*Holmiae* 1685. 8.) de quo alibi. In opuſculo de Hyperboreis poſthumo auctor Graecorum de his commenta et fabulas refellere atque oſtendere ſtudet, fuiſſe illos Boreales populos et Suecos, quibus cum Graecis antiquiſſimum fuerit commercium. Stiernhielm.

STEPHANI CLERICI Diſſertatio de Hyperboreis; inter eius Quaeſtion. Acad. p. 330—337, poſt *Dav. Clerici* Orationes. *Amſt.* 1687. 8. Clericus.

EZECH. SPANHEMIUS multa congeſſit de Hyperboreis ad Callimachi in Delum hymnum; v. Callimachi opera a *Theodoro Graevio* edita (*Ultraj.* 1697. 8.) T. II. p. 489—506. Spanheim.

IOHANNES ENBERG, Profeſſor olim philoſophiae moralis Upſalienſis, diſſertationem pro ultima antiquitate gentium Hyperborearum exhibuit in *Kort Berettelſe af the maerkwaerdigſte Saken, ſom för the fraemmande alre att beſee och foernimma uti Upſala Stadh* etc. Upſal 1704. 12. Enberg.

CAROLI GOTTFRIDI ZAPFII Diſputatio hiſtorica de Abaride (quem philoſophum Hyperboreum fuiſſe dicunt). *Lipſ.* 1706. 4. Zapf.

GEDOYN

Gedoyn. GEDOYN *Recherches ſur les Hyperboréens*; in *Mémoires de l'Acad. des Inſcriptt.* T. VII. p. 113—126. (1728).

Banier. BANIER *Nouvelles reflexions ſur les peuples appellés Hyperboréens.* ibid. p. 127—150. Gedoynus et Banierus abundant coniecturis in argumento, quod fere nil niſi coniecturas admittit.

Freret. FRERET *ſur la ſituation du Pays des Hyperboréens*; ibid. T. XVIII. p. 192 ſqq. (1745). Graecis Hyperboreos fuiſſe incolas regionum trans montem Boras (Liv. XLV, 29. 30.) prope Illyriam ſitarum, auctor evincere ſtudet.

Bayer. THEOPHILI SIGEFRIDI BAYERI Diſſertatio de Hyperboreis; *in Comment. Acad. ſcient. Petropol.* T. XI. p. 330—348 ſqq. (1750). — Illuſtratur potiſſimum narratio ſcriptorum Graecorum, ſecundum quam moris Hyperboreis fuit, ſacra in Delum mittendi. Diſputatur ſimul de Hyllis, de Olbia etc. Vetuſtiſſimos mortales in Graecia, cum vix ultra Ponti littora et ultra Danubii ripam venerant, inde iam Boreae regnum ordiri crediſiſſe, et interiora colentes aut etiam ſub ipſo borea Graecos ſuos Hyperboreos dixiſſe, contendit Bayerus.

Geſner. IO. MATTHIAE GESNERI Corollarium de Hyperboreis, additum praelectioni alteri de Phoenicum extra columnas Herculis navigationibus; quam *Hambergerus* ſubiunxit eiusdem Geſneri Orphicis, poſt huius mortem ab illo editis (*Lipſ.* 1764. 8 mai.) p. 460—481. Optime dicas Geſnerum de hoc argumento diſſeruiſſe. Nomen Hyperboreorum quidem multiplicis vagaeque eſſe ſignificationis: proprio tamen ſenſu eodem indicari incolas littoris Hiſpaniae occidentalis.

Cf. *Goetting. Anzeig.* a. 1757. p. 594 ſqq.

IOH.

IOH. EBERHARD FISCHER *von den Hyperboreern;* in *eiusd.* Quaeſtionibus Petropolitanis a Schloezero editis (1770) p. 97—119. — Fréreti ſententiae paene auctor accedit. Graecos populos ultra Thraciam verſus ſeptentrionem viventes Hyperboreos appellaſſe, praecipue accolas Hieraſi, Tyrae, Hypanis et Boryſthenis, fluminum, hodie *Prut*, *Dnjeſtr*, *Bog* et *Dnjepr* dictorum, ipſiusque Cherſoneſi Tauricae. Fiſcher.

Cf. (MEUSEL) *Betracht. über die neueſten hiſt. Schriften* p. 413 ſqq.

ABRAH. JACOB PENZEL *über die Hyperboreer; eine Abhandlung — gegen Herrn Profeſſor Fiſcher in Petersburg.* Halle 1771. 4. — Ex Herodoto demonſtrare auctor conatur, Hyperboreos degiſſe in Aſiae regione, quam hodie *Bucharey* vocamus, immo vero in regno Tibetano. Penzel.

IOH. UPHAGEN in *Parergis hiſtoricis* paullo ante laudatis p. 318 ſqq. contendit, ſub gemina Hyperboreorum notione diſtinctum quendam latere populum, de quo tam *Bayerus*, quam *Schoeningius* (in Schloezeri *Allgemeinen Nordiſchen Geſchichte* p. 43) ſed fluctuantes, aliquid, ſed pro parte modo ſuſpicati fuerint. Notiſſimum eſſe, Boreae ſedem a priſtinis Graecis in Thracia poſitam eſſe; hinc antiquiſſimas Graecorum ad Pontum colonias, ultra Thraciam locatas, Hyperboreorum nactas eſſe nomen etc. Uphagen.

CAPVT

CAPVT XXII.

SCRIPTORES DE EXPEDITIONIBUS CRUCIATIS.

SECTIO I.

Scriptores generales et coaevi.

Antequam progredimur ad ſcriptores de rebus Africanis, iis, qui de rebus Aſiaticis egerunt, appendicis quaſi loco apponimus indicem ſcriptorum de expeditionibus iſtis inſanis, quibus inde a fine ſaeculi poſt Chr. nat. undecimi loca ſic dicta ſancta in Palaeſtina ortum dedere, quae quidem plures Europae, Africae et Aſiae partes tetigerunt, quid? quod ſubinde per trecentos fere annos vehementer concuſſerunt, quarum tamen theatrum Aſia plerumque fuit; quae quidem incommoda haud pauca, commoda tamen viciſſim multa pepererunt, ut vix diiudicari poſſit, peſtiferaene magis, an ſalutiferae Europae dici mereantur.

Expeditionum iſtarum ſcriptores multi exſtant cum *orientales*, tum *occidentales*. Illorum nullus, quantum nos novimus, adhuc typis expreſſus, licet haud ſemel ſpes facta fuerit, a doctis Francogallis in primis, fore, ut collectio ſcriptorum de expeditionibus cruciatis orientalium in lucem tandem prodiret. Quo ſimul factum, ut hiſtoriam harum expeditionum ab omni partium ſtudio liberam nondum habemus. Collectio occidentalium ſive Latine ſcribentium et coaevorum auctorum exſtat Bongarſiana. Quum enim praeclari conatus ſcriptores huius generis colligendi recenſendique ſive *Ioh. Piſtorii*, ſive *Pauli Petavii*, ſive *Franciſci*

Pithoei,

ithoei, in herba oppreſſi perierint, fauſtis auſpiciis ɔus aggreſſus eſt et luci publicae expoſuit IACO-JS BONGARSIUS hac epigraphe: Collectio Bongarſiana.

Geſta Dei per Francos, ſive orientalium expeditionum et regni Francorum Hieroſolimitani hiſtoria, a variis, ſed illius aevi ſcriptoribus, litteris commendata: nunc primum aut editis, aut ad libros veteres emendatis. Tomus I et II. Hanoviae, typis Wechelianis 1611. fol.

Damus, inquit Bongarſius in praefatione lucunta, ſcriptores novos omnes, aut ita renovatos, t novi videri poſſint: excepto *Alberto Aquenſi*, ı quo Reineri Reinecoii fidem ſecuti ſumus. — ecentiorem nullum admiſimus: hi omnes, aut iſas ſibi res, et partim adminiſtratas, aut ab iis, ui viderant, acceptas, memoriae prodiderunt; — i, quamvis ruſticule, ſine fuco et fallaciis, nudam : incontaminatam veritatem exhibent. Ut ingenii que ſtudii, ita ſtili varii. Sunt, quos percucuriſſe ıffecerit: ſunt, qui te et rerum gravitate, et iudicii ondere legentem retineant. Tomo *primo* continentur:

1. *Anonymi* Geſta Francorum et aliorum Hieɔſolymitanorum. Libri IV. *Petri Teudebodi* hiſto-am, de qua poſtea, anonymus exſcripſit, mutas variis locis omiſſisque iis, quibus plagium gnoſci potuiſſet; adeoque Bongarſium in erroəm induxit, ut crediderit, auctorem Italum fuiſſe tque affectum in Bohemundum, ducem primae xpeditionis celeberrimum, in huius comitatu viam ıgreſſus ſit. Orditur ab Urbani II, Pontificis omani, in Galliam profectione et prima Crucis raedicatione. Finit poſt captam Hieroſolymam, icto ad Aſcalonam Ammiraviſo; et hiſtoriam ontinet annorum quinque, a. 1095 ad 1099. Anonymi Geſta Franc.

Hic

Hic anonymus dicitur integrior exſtare Baſileae et Cantabrigiae.

Robertus. 2. ROBERTI, *Monachi*, hiſtoria Hieroſolimitana libris IX. (p. 30); quam compoſuiſſe teſtatur ipſe in clauſtro cuiusdam cellae S. Remigii, conſtitutae in Epiſcopatu Remenſi, iuſſu Abbatis, cui huius argumenti ab alio, neſcio quo, conſcripta narratio diſplicebat; quod erat et acephala et ſtilo negligentiore compoſita. Ipſe Robertus Concilio Claromontis interfuit, a quo iſte Occidentis in Orientem motus coepit, primaeque expeditionis. Eandem temporis periodum deſcribit, quam anonymus praecedens. Ex Fulcherio, de quo paulo poſt, inſerta habet plurima. Bongarſius Robertum emendatiorem edidit, quam in editione antiquiſſima, nulla nec loci, nec typographi, nec temporis nota, et in editione Baſileenſi a. 1533 in fol. cum aliis quibusdam ſcriptoribus (hoc quidem titulo: Bellum Chriſtianorum principum, praecipue Gallorum, contra Saracenos, anno ſalutis MLXXXXVIII pro terra ſancta geſtum, autore Roberto Monacho etc. *)) et quam iſta, quae exſtat in Reuberi Scriptoribus rer. Germ. (*Francof.* 1584. fol.) p. 217—271, ubi octo libris dividitur, ſeptimo et octavo in unum contractis. Verſio *Italica*, a *Franciſco Baldelli* adornata, *Florent.* 1552. 8. admodum rara dicitur.

Baldricus. 3. BALDRICI, (Archi) Epiſcopi **) Dolenſis, hiſtoria Iheroſolimitana, libri IV (p. 81). In praefatione ait ipſe, ſe opus prope ſexagenarium coepiſſe. Orditur ab a. 1095, et deſinit in captis Hieroſolymis, quod quinquennio poſt contigit. Neque

*) Cf. (BAUMGARTEN) *Nachrichten von einer Hall. Bibl.* T. II. p. 307 ſqq.

**) In praefatione p. 3 Bongarſius rationem reddit, cur Baldricus *epiſcopus* nuncupatus fuerit.

Neque viſa narravit: ſed ab anonymo vere, ſtilo tamen ruſtico et incondito, ſcripta ſecutus, inſeruit audita ab iis, qui interfuerant, cum et ipſe Concilio Claremontano adfuiſſet. At Baldricum hunc non vere modo, ſed etiam diſerte ſcribere, iudicium eſt eius, qui ſe exſcribere eum profitetur, Orderici Vitalis, Angli; qui et alia de eo refert.

4. RAIMONDI (ſ. RAIMUNDI) DE AGILES ſ. AGILAEI, Canonici Podienſis, Hiſtoria Francorum, qui ceperunt Iheruſalem (p. 139). Fuit Capellanus Comitis S. Aegidii, hoc eſt, Tholoſani; de quo praecipue ſcripturum ſe profitetur. Praeſens aderat, cum lancea Dominica effoderetur, eamque in proelio tulit. Scripſit precibus *Pontii de Baladuno*, viri nobilis, ac Tholoſano comiti familiaris. Orditur a huius in Slavoniam ingreſſu, ſive ab autumno anni 1096 usque ad medium a. 1099. Itaque non, ut plures volunt, quinque, ſed vix trium annorum ſpatium deſcripſit. Fide utique digna videtur eius narratio, licet paſſim credulitate cupidineque mirabilia narrandi, laboret. Raimundus de Agiles.

5. ALBERTI, ſive, ut in quibusdam codd. vocatur, ALBRICI, Canonici ac cuſtodis *Aquenſis* eccleſiae, ſuper paſſagio Godefridi de Bullione et aliorum principum, libri XII. (p. 184). Socius expeditionis non fuit: ſcripſit autem, quae et auditu et relatione nota habuit ab iis, qui praeſentes adfuerant. Inchoat ab ipſo expeditionis initio; finit anno ſecundo regis Balduini ſecundi, ſive ad annum p. C. n. 1120; et complectitur annos XXVI. Optimis accenſetur ſcriptoribus de expeditionibus cruciatis, quamvis chronologiam haud exacte notet, nominaque propria deformet. Opus prima vice editum a *Reinero Reineccio*, ſed absque auctoris nomine (*Chronicon Hieroſolymitanum, i. e. de* Albertus Aquenſis.

 bello

bello ſacro hiſtoria etc.). *Helmaeſtad.* 1584. 4. *) *Dav. Hoeſchelius* primus auctoris nomen prodidit, in praefatione ad Annae Comnenae Alexiados libros.

Fulcherius. 6. FULCHERII ſ. FULCARDI *Carnotenſis* Geſta peregrinantium Francorum cum armis Hieruſalem pergentium (p. 381). Auctor, Balduino I et II, regibus Hieroſolymitanis a ſacrorum diſciplina, iter ingreſſus eſt cum Normanniae Duce Roberto et Bleſenſi Stephano: erat autem Bleſenſis etiam Carnotenſis Comes. Cum prope abeſſet Antiochia Syriae, Balduinum ſecutus eſt, Godefridi Ducis fratrem. Hiſtoriam deduxit ab a. 1095 ad 1124. Reprehenditur Fulcherius a Guiberto mox memorando: ſed a bona fide eum commendat Ordericus Vitalis, ut et Guilielmus Malmesburienſis, qui addit, uſum eſſe ſtilo, non quidem agreſti, ſed, ut dici ſolet, ſine nitore et palaeſtra, et qui alios commonere potuerit, ut accuratius ſcriberent. Haec geſta exſtant etiam in collectione ſcriptorum rerum Gallicarum, ab *Andr. du Cheſne* adornata T. IV. p. 816 ſqq. *Martene* in Anecd. T. I auctoris prologum, quo editiones ambae carent, typis primum mandavit.

Gauterius. 7. GAUTERII ſ. GUALTERII (WALTHERI), Cancellarii, bella Antiochena (p. 441). Deſcriptae ſunt res ad Antiochiam feliciter quidem geſtae a. 1115, infeliciter autem a. 1119. Bellis iis ipſe inter-

*) Anno 1585 Reineccius collectionem ſcriptorum, q[illegible] duorum priorum familiae Lucemburgenſis Imperator[illegible] hiſtoria continetur, edidit, eidemque titulum p[illegible] ſecundae dedit; ex quo ratio apparet, cur Chronic[illegible] Hieroſ. in ipſo titulo *pars prima operis ſubiecti* voca[illegible] Eſt autem opus ſubiectum ipſa illa collectio. — E[illegible] chronici, quae in Catalogo libr. rar. Baueriano (S[illegible] p. 302) Helmſtadii 1594 in 4 prodiiſſe dicitur, d[illegible] nobis videtur.

nterfuit Gauterius. In praefatione ait, *ſe utriusque fortunae participem fuiſſe.* Etiam *ingenium carceris vi hebetatum* ſibi eſſe, conqueritur; nec lectio ibelli contraria eſt huic querelae. Natione fuiſſe Gallum, Gallicismi oſtendunt. Bongarſius unico olum codice, eoque vitioſiſſimo, uti potuerat; quapropter optandum, ut ſcriptor iſte ex melioibus codicibus reſtitui poſſet.

8. GUIBERTI ſ. GILBERTI, Abbatis monaſterii S. Mariae Novigenti (*Nogent*), Hiſtoria, quae licitur Geſta Dei per Francos, Libri VII (p. 467), um appendice (p. 559). Guibertus profitetur, cribere ſe non viſa, ſed aliorum ſcripta ſequi: atamen ita, ut, quae deeſſent, interſerat ex relatu aliorum, qui praeſentes fuiſſent. Maxime ante oculos habuiſſe videtur anonymum ſive Teudeodum deformatum, primum locum in collectione hac Bongarſiana occupantem. Scribendi rationem ubobſcuram tumidamque ſecutus eſt. Saeculi geius credulum fecit etiam hunc ſcriptorem. In ine operis excuſat, ſi quid minus a ſe diligenterit explicatum, quod et alia profeſſione detineatur, et non viſa timidius deſcripſerit. Perducit hiſtoiam usque ad regnum Balduini I, ſive a. 1111. Anonymi appendix brevis et manca pertexit res geſtas usque ad annum 1112. — Hoc opus recenſitum deinde a *Luca Dacherio*, qui Guiberti opera collegit ediditque *Pariſ.* 1651. fol. E codice membranaceo, quem I. A. Fabricius Hamburgenſis bibliotheca Gudiana poſſedit, Guiberti opus vaiis in locis emendari poſſe dicitur. Guibertus.

9. *Anonymi* (Barthio vero indice, BARTHOLPHI PEREGRINI DE NANGEIO) Geſta Francoum expugnantium Hieruſalem (p. 561). Eſt nihil iliud, quam ex Fulcherii hiſtoria et iis, quae de iliis *arguta*, ut ipſe loquitur, *inquiſitione* didicerat, Anon. Geſta Francorum.

S 2 abbre-

abbreviata narratio, ab homine non inſipido, ut tempora erant, concinnata. Fulcherio certe ratione ſtili melior. Finit anno 1106.

Anon. ſecunda pars etc.

10. Alterius *Anonymi* (ex ſententia Barthii, LISIARDI *Turonenſis*) ſecunda pars hiſtoriae Hieroſolymitanae (p. 594). Prima pars non exſtat. Auctor eundem ſecutus eſt Fulcherium, ita ut verba eadem ſaepius reddat, et cum eo narrationem finiat. Vixiſſe illo tempore ipſo videtur, ex eo quod a. 1106 et 1110 quid inſolita prodigia, quid cometes portenderint, minus adhuc haberi probatum ait. Continet pars haec ſecunda res geſtas ab a. 1103 ad a. 1124.

Guilielmus Tyrius.

11. WILLERMI ſ. GUILIELMI *Tyrii* ſ. *Tyrenſis* Hiſtoria rerum in partibus transmarinis geſtarum a tempore ſucceſſorum Mahumeth usque ad annum Domini M.C.LXXXIV. Libri XXIII (p. 625). Bongarſius hunc ſcriptorem vocat totius hiſtoriae (ſcil. de expeditionibus cruciatis) Principem, doctrina non vulgari et ſupra ſaeculum illud amoena, experientia varia, et ex iis, acri iudicio virum: quantumque iudicare licet, vita et ingenio probum, dictione etiam elegantem et gravem. De parentibus eius et prima origine nil certi conſtat. Sed qui Francogallum aut Germanum faciunt, nullo argumento nituntur. In Oriente, vel in Syria, vel Hieroſolymis, natum fuiſſe, ipſe innuit. Frater Stephanus Luſignanus, ſcriptor hiſtoriae Cypriae, Cyprius ipſe, eum refert propinquitate attigiſſe regni Hieroſolymitani Principes: neſcimus quo auctore. Pariſiis litteris dediſſe operam traditur. Anno 1167, rogante rege Amalrico, et aliis multis honeſtis viris, Archidiaconatum Eccleſiae Tyrenſis ei contulit Fridericus Archiepiſcopus. Nec multum inde otio homini contigit, quem ingenium et doctrina, ut Principibus commendabant,

ita

ita aliorum obiiciebant invidiae. Statim enim Legatus de re ſumma Imperatorem Conſtantinopolitanum adiit, et feliciter conſummata legatione rediit. Paullo poſt familiaribus tractus negotiis, et Archiepiſcopi ſui declinans indignationem immeritam, ad eccleſiam ſe contulit Romanam. Reduci, regium puerum Balduinum rex Amalricus multis precibus et in ſpeciem gratiae ſuae inſtituendum et liberalibus ſtudiis imbuendum tradidit. Ab eodem poſtea rege Cancellarii in ſacro palatio munere honoratus eſt; *ut eſſet*, inquit, *qui regiarum epiſtolarum curam haberet.* A. 1174 Archiepiſcopus Tyrenſis conſtitutus, a. 1177 ad Synodum Lateranenſem vocatus Romam profectus eſt. Cuius ſynodi ſtatuta et epiſcoporum nomina et titulos ſcripto complexus eſt, ad preces patrum, qui interfuerunt. Rediens Conſtantinopoli per ſeptem menſes continuos cum Manuele Imp. moram fecit, ſibi, ut inquit, et eccleſiae ſuae perutilem; et mandata ab illo accepit ad Principem et Patriarcham Antiochenum. Amiſſa Hieroſolyma a. 1188 deſperatis regni rebus, in Occidentem Legatus miſſus eſt. Tyri octogenarius mortuus dicitur a. 1219. Alii tradunt, Heraclium, Patriarcham Hieroſolymitanum, hominem improbum, quocum ad Patriarchatum iſtum obeundum commendatus fuerit, veneno e medio ſuſtuliſſe Guilielmum, Romam eo fine proficiſcentem, ut Heraclii depoſitionem obtineret, paullo poſt a. 1183. Quicquid illud ſit, certiora ſunt ſequentia. Scribendae hiſtoriae conſilium longe ante ceperat, quam inciperet; et ad tantum opus neceſſaria coegerat. Coepit tandem precibus Amalrici regis, traditionibus inſtructus et oculata fide. Tempora resque geſtas, quibus ipſe non interfuit, usque ad annum circiter 1135, deſcripſit ducibus potiſſimum

 mum

mum Roberto Monacho et Alberto Aquenſi. Neque uno ſpiritu opus confecit; bis palam interquievit, et velut animam recepit, tanquam certiora deinceps editurus; et abſoluto libro XXII accedens ad patriae extrema deſcribenda invitus. Non impoſuiſſe operi utiliſſimo ultimam manum, apparet, nam et quaedam repetit aut inculcat, quae ſemel dixiſſe ſuffecerat; quaedam non dicta leviter tangit, tanquam iam explicata; nec tempora ubique reſpondent. Volumen integrum libris diſtinxit, quos et tractatus vocat; libros, capitibus. Libros autem ſcripſit XXIII, ut ipſe auctor est praefationis: ſed viceſimum et tertium non abſolviſſe inde apparet, quod MSS. veteres paullo post eius aetatem exarati, nec una litterula alter altero plus minusve habeat; nec praepoſita libris capitula praeter ea, quae habemus, quicquam promittant. Cum anno 1183 finit hiſtoria, cuius auctor in veritate quaerenda diligens, in dubiis ſuſpenſus et religioſus fuit. Recentia adeo, ut ad quorum veritatem inquirendam tempus defuerit, dubie refert. Generalia perſequens, ſpecialibus non multam dat operam. Occupationes excuſat publicas privatasque, ſi quid forte exciderit, quo lector offendatur. Toto denique opere, quam promittit praefatione, et oſtentat, modeſtiam, pietatem, praeſtat. — Hanc hiſtoriam primum edidit e codice MS. in collegio Hieronymiano urbis Burgundicae Dole, *Philibertus Poyſſenotus*, Baſil. typis Ioh. Oporini 1549. fol. *ibid.* cum *Baſilii Ioannis Heroldi* continuatione, de qua poſtea, 1564. fol. curante *Henrico Pantaleone*. Bongarſius, tribus codicibus probae notae, ſub ipſam aetatem auctoris conſcriptis, uſus, correctiorem exhibuit editionem, omiſſa Heroldi continuatione, quia coaevos ſolum ſcriptores colligendi animus illi erat.

Verſio-

Verſionem *Italam* curavit *Ioſephus Horologgi*, Venet. 1562. 4. Quae praeſtare dicitur ea, quam debemus *Thomae Baglioni*, ibid. 1610. 4. *Francogallica* a *Gabriele du Préau*, Doctore theologiae, profecta (Paris 1573. fol.) ob interpretis negligentiam oblivioni tradita.

Subiecit Bongarſius Guilielmo Tyrio *Notitiam Patriarchatuum Antiocheni et Hieroſolymitani* membranas ſecutus; nam in editis collocatur L. XIV. c. XII operis Guil. Tyrii (p. 1044—1046).

Cf. *Hamb. Bibl. hiſt.* Cent. III. p. 123—130.

12. IACOBI DE VITRIACO (*Vitri* in dioeceſi Pariſina), Acconenſis epiſcopi, hiſtoria Hieroſolymitana (p. 1047). Lutetiae Pariſiorum Iacobus litteris operam dedit. Poſtea in villa prope Lutetiam, quae dicitur *Argenteuil*, presbyter parochialis fuit. Deinde vero ſaecularem vitam relinquens, in monaſterio *Oignies* in epiſcopatu Leodienſi factus eſt Canonicus regularis. Nec multo poſt Crucem, pro atroci ſaeculi genio, contra Albigenſes in Francia praedicavit atque, ut Vincentius in ſpeculo hiſt. L. 30. c. 10 ait, eloquii ſuavitate et dulcedine multos, atque innumerabiles ad ſignum Crucis accipiendum provocavit. Poſtea vero, expeditioni cruciatae in Palaeſtina advolans, factus eſt epiſcopus Acconenſis, indeque translatus auctoritate Romano-Pontificia epiſcopus Tuſculanus, ſedis Romanae Cardinalis. Romae obiit a. 1240. Res non ſolum Hieroſolymitanas vel Orientales, ſed Occidentales etiam tradidit. Tripartitam enim hiſtoriam contexuit; quod ut melius intelligatur, auctoris ipſius verba referemus ex praefatione eius, quae eſt apud Caniſium T. IV Antiqq. Lect. „Pro tribus igitur minutis, prae„ſens opus tribus concluſi libellis. In primo libro, „hiſto-

Iacobus de Vitriaco.

„hiſtoriam Hieroſolymitanam breviter perſtrin-„gendo, de his, quae in partibus Orientis Domi-„nus operatus eſt, diſſerui, deſcribens diverſa in-„habitantium genera: civitates etiam, et alia loca, „de quibus frequentius in divinis ſcripturis mentio-„nem fieri reperio: diverſas etiam rerum proprie-„tates ac naturas. In ſecundo libro modernam „Occidentalium hiſtoriam ſub compendio pertran-„ſiens, de his, quae Dominus in partibus Occi-„dentis diebus iſtis noviſſimis operatus eſt, et „praecipue de diverſis, tam regularium quam ſae-„cularium, Ordinibus, pertractavi: de ordine et „religione cruce ſignatorum utilitateque peregri-„nationis, in fine plenius ediſſerens. In tertio libro, „ab Occidente in Orientem regrediens, de his, „quae poſt generale concilium Lateranenſe Do-„minus in populo ſuo, et in exercitu Chriſtiano-„rum, usque ad captionem Damiatae operari „dignatus eſt, ſicut propriis oculis vidi, tractare „coepi." Animum ad ſcribendum applicuit capta Damiata, cum otio fugiendo ſcripturarum medi-tatione, et compedibus, ut ipſe loquitur, lectionis aſſiduae animum tanquam ſervum malevolum, ſtuderet adſtringere; et recreationis cauſſa ſtudio-que diſcendi, evolutis orientalibus hiſtoriis, dole-ret et reproborum geſta accurate deſcripta legi: indicta et neglecta iacere *regis aeterni proelia.* Erat Latine, Graece et Arabice doctus. Poſt Guiliel-mum Tyrium Iacobus optimus eſt ſcriptor coae-vus expeditionum cruciatarum. Res, a ſe ipſo haud viſas, dilectu docto narrat ex ſcriptoribus ſuperioribus fide dignis; moratur, contra genium ſaeculi ſui, in deſcribendis hominum moribus, in vituperandis cruce ſignatorum, Monachorum adeo, vitiis flagitiisque, in delineando regnorum vario-rum ſtatu civili et domeſtico. Quibus in rebus

ipſum

ſum Guilielmum viciſſe videtur. Orditur hiſto-
iam a Muhammede, et ab eo deſcendens ad Petri
remitae primam peregrinationem, et ex ea ex-
editionem, quaeque eam ſequebantur, finit in
bſidione et expugnatione Damiatae. — Libri
uo priores (non tres, ut multi ſentiunt) primum
rodiere *Duaci* a. 1597. 8, cura *Andreae Hoii*, Bru-
enſis, Graecae linguae in Academia iſta Profeſſo-
is, *Franciſci Moſchi* et *Balth. Belleri.* Librum pri-
num ex hac editione valde rara repetiit Bongar-
ius: praefationem autem, quae iſti deeſt, ex Ca-
iſii Lectt. antiqq. T. VI. Librum ſecundum, ut
b argumento ſuo alieniorem, Bongarſius omiſit.
Librum tertium et Epiſtolam adnexam *Iacobus
Gretſerus* primum in lucem edidit ex bibliotheca
Bavarica, in Mantiſſa ad tomum III operis in-
cripti: *Hortus Crucis;* in eiusdem Opp. T. III.
Hoc noſtro ſaeculo eundem librum tertium, ab
ditis diverſum, ex MS. codice Bigotiano produxe-
unt *Edmundus Martene* et *Urſinus Durandus* in
Theſ. nov. anecd. T. III. p. 268 ſqq. (*Lutet. Pariſ.*
1717. fol.). De hoc libro tertio Bongarſius ſic
entit: „Libro tertio nominat (Iacobus) Acconen-
„ſem, i. e. ſe ipſum. Quae praemittit de Saphadini
„filiis et locis terrae ſanctae, ea Gallica habemus
„MSS. authore Patriarcha Hieroſolymitano quo-
„dam, neque enim nomen editur, iuſſu Papae
„Innocentii: quibus et ſua auxit, Vincentius ſpe-
„culo hiſtor. L. 31. c. 54 etc. Reliqua illius tertii
„libri deſcripta ſunt ex *Oliveri* Colonienſis Epiſtola;
„ex qua et Mathaeo Pari et Belvacenſi, emen-
„dare eſt, quae hic leguntur corruptiſſima. His
„facile mihi perſuadere paterer, non eſſe librum
„Vitriaci, niſi haec ipſa ſcribenti ſuccurrerent,
„nec novum eſſe, ſcriptorem oblique ſe ipſum,
„tanquam alium, in ipſam hiſtoriam inducere: et

„Patriarcham Hieroſ. dici Vitriacum, ex ſuperi„ribus cognoviſſemus; et reliqua tam Oliver„ex hoc, quam ex illo hic deſcribere potuiſſe.“ *Voſſius* tamen in Tractatu de Hiſtoricis Lat. p. m. 465 ſq. veroſimilius credit, librum, qui ... tius creditur, alterius eſſe.

Anon. hiſt. Hier. ſ. Viniſauf. 13. Auctoris incerti hiſtoria Hieroſolym... (p. 1150). Auctor, natione Anglus, retulit, q... ipſe ab a. 1177 usque ad 1190 vidit, calente a... memoria, ut ipſe loquitur. „At ſi, ſubiungit, c... „tiorem dicendi formam delicioſus expoſcit auc... „noverit, nos in caſtris fuiſſe, cum ſcripſim... „et bellicos ſtrepitus tranquillae meditationis oti... „non admiſiſſe.“ Quae modeſtia eo magis com... mendat hunc ſcriptorem, re vera non tam inc... incedentem, qualem ſe his verbis pinxerit. In collectione ſcriptorum Anglicorum, a *Thoma G*... adornata (*Oxon.* 1687. fol. p. 247.) exſtat: GAUFRIDI VINISAUF Richardi iter Hieroſolymitanum; idem, quod Bongarſius hoc loco ſine auctoris nomine exhibuit.

Epiſtolae variae. 14. Epiſtolae a Regibus, Principibus, Praelatis ad Regem Francorum Ludovicum Iuniorem ſ. VII, (non vero, ut paſſim ſcribitur, Sanctum ſ. IX) XXVII; una, ad Alexandrum PP. III ſcriptae (p. 1172). Sunt autem ſequentes: R. (i. e. *Raimundi*) Principis Antiocheni. — *Giberti*, Magiſtri Hoſpitalis. — *Hugonis*, Abbatis eccleſiae S. Mariae Adrianopolis, et *Petri*, Prioris S. Ioannis Conſtantinopoleos Hoſpitalis, Alexandro R. P. Pontifici. — *Amalrici*, Regis Hieroſ. — *A.* (i. e. *Amalrici*) Patriarchae ſ. Reſurrectionis. — Eiusdem. — *R.* (*Raimundi*) Ducis Narbonae, Comitis Tholoſae, Marchionis Provinciae. — *R. de Balsu* fidelis Imperatoris CPolitani Emanuelis. — *A.* Regis Hieroſ. — *B. de Blancesfort*, Magiſtri Milit... Templ...

Templi. — Eiusdem. — *Gilberti*, cuſtodis Hoſpitalis Hieroſ. — *A.* Regis Hieroſ. — *B. de Blancsfort.* — *G. Fulcherii*, procuratoris domorum militiae Templi. — *A.* Regis Hieroſ. — *A.* olim Prioris de monte Thabor. — *Petri*, Prioris Hoſpitalis CPoleos. — *A.* Patriarchae Dominicae Reſurrectionis eccleſiae. — *Hugonis*, Abbatis etc. — *Amalrici*, regis Hieroſ. — *Bertrandi de Blancafort*, Magiſtri Militiae Templi. — *Amalrici*, reg. Hier. — *Gaufridi Fulcherii*, praeceptoris Hieroſolymitanae domus. — *B. Raimundi*, Principis Antioch. — *G. Fulcherii* — *B.* Militiae Templi miniſtri. — *Adriani* PP.

15. Bulla *Innocentii* IV PP. cum *Andreae* regis Hungariae, ad Honorium PP. litteris (p. 1192). Incidit Andreae regis expeditio in a. 1217. Bulla Innoc. IV.

16. OLIVERI, Scholaſtici Colonienſis, epiſtola de captione Damiatae ad Engelbertum, Colonienſem Archiepiſcopum (p. 1185). Scripſit, quae vidit, geſta a. 1218 et 1219. Oliverus.

17. S. LUDOVICI IX, Regis Galliae Epiſtola de captione et liberatione ſua ad ſubditos ſuos in regno Franciae conſtitutos, data Acone a. 1250. (p. 1196). Eadem epiſtola etiam obvia apud Du Cheſne T. V. p. 428. Bongarſius addidit (p. 1201) canoniſationis eiusdem regis bullam Bonifacii VIII, promulgatam a. 1296. Quae etiam exſtat apud Du Cheſne T. V. p. 426, et in bullario magno Laërtii Cherubini. Ludovicus IX Rex.

Tomus ſecundus collectionis Bongarſianae, multo minus ſpiſſus, quam primus continet pauciores ſcriptores ſequentes:

1. MARINI SANUTO ſ. SANUDO, dicti TORSELLI, Patricii Veneti, Liber ſecretorum fidelium crucis, qui eſt tám pro conſervatione fidelium, quam pro converſione et conſumptione infidelium: Sanuto.

lium: quanquam etiam propter acquirendam et tenendam terram ſanctam, et alias multas terras in bono ſtatu pacifico et quieto. — Huic ſcriptori *Torſelli* non nativum, ſed inditum nomen, docet Sanſovinus Lib. VI deſcriptionis Venetiarum. In aede S. Raphaelis Venetiis, ait, inſtrumenti mu- cuiusdam formam exſtare; ei nomen *Rigabello* cuius in eccleſiis uſus fuerit ante Organa illa pneumatica, quae hodie uſurpantur. Rigabello ſucceſſiſſe aliud, quod *Torſello* dictum ſit, cuius Venetias uſum induxiſſe homo Germanus: hunc, cum favore Marini noſtri ſuſtentaretur, cauſam cognomini dediſſe, ut *Torſellus* inde diceretur. A prima aetate ardore tenebatur terrae, ſic dictae, ſanctae atque eius gratia quinquies in Orientem eſt profectus. Fuit et in Flandria, in Holſatia et Sclavia. Maxime igitur maris peritus ad opus ſcribendum aggreſſus eſt, quod absque rerum maritimarum cognitione ſingulari perficere non potuiſſet. Sed et hoc opere abſoluto, in Germania fuit. Papam, Regem Franciae, Comitem Hanoniae coram eſt allocutus: multos et alios viros principes litteris compellavit, ut res Chriſtianorum in Oriente promoverent. Filium habuit, inde caelebs diu vixit, ut ſolutus et liber vacaret ultramarinis negotiis. Opus ipſum incepit a. 1306, idemque perfectum obtulit Papae Ioanni XXII a. 1321. Obtulit et regibus Franciae, Angliae et Siciliae, et Cardinalibus, ac etiam Praelatis, ut Principibus et Baronibus. Addidit, illuſtrandae rei, tabulas geographicas, rudes quidem, memorabiles tamen, exactioreque diſquiſitione dignas; earum quatuor ſe praeſentaſſe ait: prima vero de mari mediterraneo defuit Bongarſio. Addidit et figuras, genealogiam Noachi, ſucceſſionisque iudicum ac regum Hebraeorum. Liber primus

ontinet, ipſo auctore monente, diſpoſitionem ac raeparationem ad terram ſanctam recuperandam; artibus quidem quinque. Prima continet modum ebilitandi Soldani potentiam, oſtendendo, quo nodo fideles Chriſtiani poſſunt habere mercimo- ia eis neceſſaria, absque eo quod ad terras Sol- ano ſubiectas habeatur acceſſus; declarando in- entia gravamina et damna, quae infideles Sol- ano ſubiecti ſuſtinerent, ſi per noſtrum mare on transfretaretur ad eos. Plura ex hac parte d illuſtrandam hiſtoriam commerciorum medii evi peti poſſunt. Pars ſecunda continet certam xperientiam, quo modo iam debilitata eſt aliqua ars Soldano ſubiecta. Tertia cauſam prohibitio- is, ne lignamina et caetera ad navigium perti- entia, Saracenis terrae Aegypti portari debeant; t quo modo Saraceni terrae Aegypti, pro defen- ione diſtrictus ſui, procurant ſibi portari de alie- is partibus pueros et puellas. Quarta, quo modo eceſſe eſt, novum modum prohibitionis inveniri nagis ſolito exquiſitum; nec non galeas aliquas praeparari, tam pro conſervatione ultramarino- um fidelium, quam Saracenorum diſpendio; oſten- lendo etiam, qualiter poteſt diſtringi, quod per nare mediterraneum ad partes Soldani ſubiectas minime transfretaretur. Quinta, rationabilia moti- va, cur eccleſia in praedictis ſollicita eſſe debet. — Libro ſecundo monſtrat Sanutus vias et modos, quibus apte et expedite terra ſancta recuperetur. Pars prima continet formam et ordinem ſecundi exercitus Chriſtiani. Secunda, tam reprobationem itinerum, quae videntur aliquibus per ſtolum (i. e. claſſem) eccleſiae faciendam, quam rationem oſten- ſivam, quod iter maritimum de Aegypto ſit po- tius eligendum. Tertia, ſecuri ſtatus aedificantium in maritima Aegypti, et optitudinis ad bellandum con-

contra Saracenos exemplarem demonſtrationem. Quarta, ſtylum, modum et ordinem ac probabilia argumenta ſuper bellicoſis argumentis quibuscunque ad dictum terrae ſanctae negotium feliciter exequendum; et quod Agareni et Schiſmatici contra eccleſiae potentiam, terram rationabiliter defendere non valebant. Liber hic ſecundus plurimum conducit ad cognoſcendam artem navigandi et bellandi, tunc temporis uſitatam. Maxime memorabile nobis quidem videtur caput octavum, ubi auctor agit de diverſis armorum generibus, quibus tam ad ſui defenſionem, quam ad hoſtium offenſionem Chriſtianus exercitus uti poſſit. Liber tertius praecipue inſervit hiſtoriae ipſi expeditionum cruciatarum. Copioſe auctor hanc hiſtoriam exponit partibus quindecim, quibus ille abſolvitur. Longius abit retro, dum ab eo tempore incipit, quo Hebraei Palaeſtinam occuparunt, hiſtoriamque huius terrae variorumque eius dominorum deducit usque ad ultimam eiectionem Chriſtianorum e Syria et Palaeſtina. Haec narratio ampla implet partes priores tredecim. Quarta decima continet locorum diſpoſitionem, maxime terrae ſanctae, ſive deſcriptionem geographicam huius terrae regionumque adiacentium. Finis operi imponitur parte decima quinta, in qua conſilia, parta tuendi erroresque multiplices in ſuperioribus expeditionibus a Chriſtianis commiſſos vitandi, traduntur. In exponenda hiſtoria Vitriacum ſaepe ita ſequitur, ut a verbis non abeat. Quae de Tataris narrat, ipſi cum Vincentio Bellovacenſi magnam partem communia ſunt. Ultimam partem libri tertii ex Vegetio et Frontino maxime congeſſit; ex quibus corrupta, nomina praecipue propria, corrigenda ſunt; nam Bongarſius, ut in MSS. leguntur, dedit.

2. MARINI SANUTO Epiſtolae XXII (p. 289), uas Bongarſius addidit, quia et ad rem faciunt eraeque, et omnino hiſtoricae ſunt. Datae quiem ad Imperatores, Reges, Papas, Cardinales, ad diverſos.

3. Auctor anonymus, patronus regius cauſarum eccleſiaſticarum in ducatu Aquitaniae, de recuperatione terrae ſanctae (p 316). Eduardo I, egi Angliae ducique Aquitaniae, cui libellus inſcriptus, perſuadere conatur, recuperationem iſtam levi negotio confici poſſe, priorumque expeditionum errores declarat. Scripſit circa a. 1303. Codice unico, eoque multis locis depravato, Bongarſius uſus eſt, neque coniecturis ullis aut emendationibus locum dedit. Anon. de recuper. terrae ſ.

Tomo tertio Bongarſius notas et indices in priores duos dare voluit, in eoque praeterea exhibere *Haithonum* Armenum, *Marcum Paulum* Venetum, *Ioannem de Mandevilla* Anglum, et ſcriptores eiusdem argumenti alios vel ineditos, vel editis meliores: ſed ille tomus lucem nunquam vidit, Bongarſio rebus humanis exemto a. 1612; poſtquam a Senatu Veneto trecentos numos aureos pro editione Marini Sanuti dono acceperat. Optandum ſane, ut alter Bongarſius, arte critica inſtructus, exſurgat, et niſi ſcriptores nondum editos, illuſtrationes certe et obſervationes indicesque in duo volumina Bongarſiana nobis exhibere, ſeu potius novam eorum, per ſe rarorum, editionem criticam omnibusque partibus abſolutam parare velit!

Tali editori uſui haud exiguo eſſe poſſunt GASPARIS BARTHII *animadverſiones et MSCta ad Bongarſianos Scriptores Hiſtoriae Palaeſtinae ſive Geſtorum Dei per Francos;* in lucem editos a *Io. Petro de Ludewig* in *Reliquiis Manuſcriptorum omnis aevi,* Barthius.

aevi, diplomatum ac monumentorum ineditorum adhuc (Francof. et Lipſ. 1720. 8 mai.) T. III integro. — Principio undecim ex ſcriptoribus iſtis collati ſunt cum codicibus manu ſcriptis, quos Barthius ex variis Europae angulis, bibliothecis ac tabulariis requiſivit accepitque ideo ad hos uſus. Deinde addidit emendatis his ſcriptoribus lumina, quae illos explicavit, correxit, reduxitque in viam, multoties quoque commentariis adauxit rerumque ſelectiſſimarum ex medii aevi notitia conducto apparatu. Demum ſingulis ſcriptoribus ſingularia addidit gloſſaria, Minerva felici ſcripta. Primum enim, ubi opus fuit, inquiſivit in barbaro-latini cuiusque vocabuli etymon et originem; quam nunc ex Germanico, nunc Gallico, nunc Anglico, iterumque Hiſpano et Italico idiomatibus requirere ſcivit, omnium harum linguarum gnarus. Deinde indagavit diverſos diverſorum temporum ſignificatus verbi eiusdem. Commentatus autem Barthius eſt ad ſequentes ſcriptores: Ad *Anonymum* p. 1. ad *Robertum Monachum* p. 44; ad *Baldricum* p. 132; ad *Raymundum Agileum* p. 230; ad *Fulcherium Carnotenſem* p. 291; ad *Gauterium* p. 369; ad *Guibertum* p. 406; ad *Bartholphum Peregrinum de Nangeio* — ſic enim Barthius ſcriptoris anonymi a Bongarſio editi nomen invenit — p. 500; ad *Liſiardum* Turonenſem — hoc nomen e Barthii conjectura natum — p. 523; ad *Guidonem* Adduanenſem — hoc nomen prae ſe ferre codicem quendam, Barthius teſtatur — p. 539; et ad *Oliverum* Scholaſticum p. 554.

❧ ❧ ❧

Sequuntur alia monimenta coaevorum vel ſupparium ſcriptorum, hinc inde diſperſorum.

PETRI

PETRI TUDEBODI, *Galli, Sacerdotis Sivracenſis nobilis ex dioeceſi Pictavienſi*, Hiſtoria de Hieroſolymitano itinere (ab a. 1095 ad 1099), cum praefatione *Iohannis Besly*; in *Du Cheſne* Scriptt. rer. Gall. T. IV. p. 770. — Hic eſt quaſi fons, e quo plures hauſerunt ſuosque hortulos irrigarunt, ſine eius mentione. Tudebodus omnia, quae narrat, ipſe vidit; interfuit enim primae expeditioni, adeoque obſidionibus Nicaeae, Antiochiae atque Hieroſolymae, proeliis aliisque certaminibus. Raymundo Agilaeo in multis ſimilis. Caeterum ruſtica planeque inculta procedit eius oratio. Tudebodus.

Anonymi Hiſtoria de via Hieroſolymis qualiter recuperata ſit, qualiterque etiam Antiochia, et eadem Ieruſalem ab invaſione gentilium per fideles Chriſti liberatae fuerint; in *Ioan. Mabillonii* Muſeo Italico (*Pariſ.* 1687. 4.) p. 131—236. Auctorem hunc Francum aut Normannum, et quidem laicum fuiſſe, Mabillonio veriſimile videtur, qui etiam credit, multa iſtum ſingularia referre, quae ab anonymo primo Bongarſiano praetermiſſa ſint. Credendum vero potius, ſcriptorem hunc poſt anonymum Bongarſianum et Tudebodum ſcripſiſſe. Melius tamen et gratius hiſtoriam narrat, quam ii, quos exſcripſit, nonnulla etiam, quae alii illi non tradiderunt; Tudebodo denique in eo ſimilis, quod Bohemundi et Tancredi partibus addictus eſt, de quibus refert varia, alias haud obvia. In eo vero maxime reprehendendus, quod fabulas mirabiliaque maiore adeo ſtudio ſectetur, quam auctores iſti ſuperiores. Anon. hiſt. de via etc.

GILONIS, *Clerici Pariſienſis, poſtea Cluniacenſis monachi et Cardinalis epiſcopi*, Hiſtoria geſtorum viae noſtri temporis Hieroſolymitanae libris IV (ſed mutila); in *Du Cheſne* Scriptt. hiſt. Franc. Gilon.

 T. IV.

T. IV. p. 890 ſqq. *integra*, adiectis libro V et VI, in *Ed. Martene* et *Urſ. Durandi* Theſ. anecd. T. III. p. 212 ſqq. — Hiſtoria primae expeditionis usque ad coronationem ducis Godofridi verſibus, ſpiritu poëtico deſtitutis ſimilique exitu clauſis, narrata. Libri tres priores a *Fulcone* quodam e verſibus vilioribus compoſiti. Gilonis verſus cum obſidione Antiochena incipiunt. Honorius II P. P. Gilonem Legati munere ornatum in Orientem miſit, ad diſcordias, inter Patriarcham Antiochenum et Archiepiſcopum Tyrium enatas, dirimendas. A. 1134 adhuc in vivis fuit. Verſibus hisce Fulconis et Gilonis facile carere poſſemus. Nihil enim, quod ſcriptores proſaici non antea dixiſſent, narrant; minusque illis, quam his, confidere poſſumus, quia rerum geſtarum veram faciem licentia poëtica deformarunt.

Collectio Du Cheſniana. T. IV et V alia etiam quae huc referri poſſunt, comprehendit, v. c. *Geſta Ludovici* VII, *Geſta Philippi Auguſti*, *Geſta S. Ludovici:* quia vero quoque ad hiſtoriam Francogallicam pertinent, ut *Guilielmi Britonis Philippis* etc. in capite de ſcriptoribus rerum Francogallicarum de illis agemus. Ita de ſcriptoribus rerum Byzantinarum huc trahendis alibi dicetur.

Marbodus. MARBODI ſ. MARBODEI, *Epiſcopi Redonenſis ſaeculo XII florentis*, († 1123 *annos nati octoginta circiter et octo*) Commendatio Ieroſolymitanae expeditionis; in eiusdem Operibus cum Hildeberto ab *Antonio Beaugendre* editis (*Pariſ.* 1708. fol.) p. 1576 ſqq.

Stephanus Comes Carnot. STEPHANI, Carnotenſis et Bleſenſis Comitis, Epiſtola ad Adelam uxorem, de actis ad Antiochiam a. 1098; in DACHERII Spicileg. T. IV. p. 257 et edit. novae T. III. p. 430. Alia ex caſtris obſidionis Nicaenae; in MABILLONII Muſeo

Italico

Italico p. 237. — Comes Stephanus nimium tribuit Alexio, Imperatori CPolitano, quippe qui illi magis, quam aliis cruce ſignatis, faviſſe videtur. Caeterum varia de rebus geſtis usque ad expugnationem Nicaeae ex his epiſtolis diſci poſſunt.

Anonymi Narratio de captione Hieruſalem a. 1099; in *Ferd. Ughelli* Italia ſacra T. III. p. 853. *Rom.* 1647. et edit. novae T. X. p. 91 ſqq. ubi et alia huius argumenti. Anonymi Narratio.

RADULFI *Cadomenſis* Geſta Tancredi, Principis Normannorum, ab ipſo belli ſacri exordio ad a. 1108; in *Martene* et *Durand* Theſ. anecd. T. III. p. 108 ſqq. — Auctor, diſcipulus Arnulphi de Robes, hunc doctorem ſuum, variis artibus Patriarcham Hieroſolymae conſtitutum tantum laudat, quantum Guilielmus Tyrius eundem vituperat. Eiusdem exemplo motus Radulfus Palaeſtinam petiit, a. 1107, anno aetatis fere viceſimo. In qua expeditione non clericum, ſed laicum egiſſe videtur; utpote qui res, bellatori ſolum familiares, tradat. Alii adeo credunt, hunc Radulfum eſſe, eundem, qui a Gauterio Cancellario, paullo ante commemorato, praefectus urbis Ptolemaidos nuncupatur atque ob virtutem bellicam laudatur. Certum, illum Bohemundo, maxime vero eius cognato Tancredo, addictum fuiſſe, eumque his Principibus monentibus, hiſtoriam ſuam compoſuiſſe. Ab iisdem plurima, quae narrat, acceperat. Varia igitur tradit, ab aliis neglecta. Multum tamen tribuit credulitati, narrandique genus minime probari poteſt. Quinta enim fere hiſtoriae pars verſibus eſt compoſita, ſed etiam oratio, ubi ea utitur, ſoluta laborat corrupto tunc temporis genio poëſeos. Res verborum oceano merſae ſunt ambagibusque moleſtis taedium lectori creant. Verborum luſus pueriles haud raro occurrunt. Radulfus.

Odo de Deogilo. ODONIS DE DEOGILO (*Deuil*) de Ludovici VII, Regis Francorum, profectione in Orientem libelli VII; in *Petri Franciſci Chiffletii* Sylloge, S. Bernardi genus illuſtre aſſertum. Divione 1660. 4. — Auctor regi iſti a ſacris et ſecretis in expeditione illa cruciata fuit, obiitque a. 1168. Itaque non modo teſtis fuit oculatus, verum etiam veritatis ſcribendae ſtudio ultra ſaeculi ſui genium excellit. Nec minus laudandus eſt ordo cultusque orationis, a ſaeculo iſto fere alienus. Hinc principibus de expeditionibus cruciatis ſcriptoribus Otto hicce accenſendus.

Guido de Baſainvilla. GUIDONIS DE BASAINVILLA, domorum militiae templi Hieroſolymitani praeceptoris, Epiſtola de rumoribus partium transmarinarum regis Philippi Auguſti tempore; in *Du Cheſne* Scriptt. T. V. p. 272.

Iac. de Vitriaco. IACOBI DE VITRIACO Epiſtola ad Honorium III de calamitatibus terrae ſanctae a. 1119; in *Dacherii* Spicileg. T. VIII. p. 373. et edit. novae T. III. p. 801.

Anon. Comment. *Anonymi* Commentarius hiſtoricus de profectione Danorum in terram ſanctam circa annum Chr. 1187 ſuſcepta, eodem tempore ab incerto auctore conſcriptus; cum altero de rebus vetuſtis Norvagicis editus a Bernh. Caſp. Kirchmanno, Amſtelod. 1684. 8. — Narratio ſterilis nimiaque brevitate laborans.

Boamundus. BOAMONDI Epiſtola de capta a. 1098 Antiochia a Chriſtianis; in *Baluzii* Miſcell. (*Pariſ.* 1678. 8.) T. I. p. 415. Integrior, quam habet Fulcherius c. 15.

Ekkehardus. EKKEHARDI, Abbatis S. Laurentii Urangienſis in dioeceſi Herbipolenſi, qui circa A. C. 1130 claruit, libellus, qui dicitur *Ieroſolymita*, de oppreſſione, liberatione ac reſtauratione Ieroſolymitanae eccle-

ecclesiae; in *Edmundi Martene* et *Urſini Durandi* veter. ſcriptt. et monum. collect. ampliſſ. (*Pariſ.* 1729. fol.) T. V. p. 507—545. — Auctor quidem nec primae nec ſecundae expeditioni interfuiſſe videtur: tamen aliorum relationibus, undecunque iſtas acceperit, probis uſus eſt. Auctor chronici, vulgo abbati Urſpergenſi, Conrado de Lichtenau, tributi, ad verbum paene Ekkehardum ſine mentione eius facta exſcripſit.

Anonymi brevis narratio belli ſacri; *ibid.* p. 536. Chronicon perbreve ab a. 1097 usque ad a. 1128.

Anonymi verſus de viris illuſtribus, belli ſacri participibus; *ibid.* p. 539. Nugarum et errorum pleni.

Anonymi lamentum lacrymabile; *ibid.* p. 540. Carmen vere lamentabile!

Epiſtolae variae variorum, editae ab iisdem Benedictinis monachis doctis, *Edmundo Martene* et *Urſino Durand* tomo I Theſauri anecd. p. 267. 271. 272. 281. 399. 401. 406. 425. 658. 783. 784. 788. 791. 792. 793. 805. 821. 874. 998. 1012. 1013. 1042. 1174. 1370. T. II. p. 6. 7. 8. 47. 48. 73. 81. 92. 126. 147. 169. 170. 312. 313. 327. 335. 337. 341. 366. 379 ſqq. 392. 419 ſqq. 422. 424. 426. 434 ſqq. 439. 440. 442. 468. 469. 470. 494. 557. 571. 577. 584. 611 etc. — In his eminent: Epiſtola ALEXII Imp. CPolitani ad Robertum, Comitem Flandriae; adiecta primum editioni Roberti Monachi, quae Pariſiis ſaeculo XV ſine anni indice prodiit. E qua Du Cangius eam ſubiunxit Alexiadi Annae Comnenae a ſe curatae. Martene et Durand e tribus codicibus MStis correctiorem eandem exhibuerunt, cum in Theſauro anecd. tum in Collectione ampliſſ. Quo ultimo loco eam minus recte ad a. 1100 referunt, cum potius antea ſcripta fuerit. Guibertus Abbas

Epiſtolae in Martenii et Durandi Theſauro.

quoque eadem in hiſtoria ſua uſus eſt. — Epiſtola Patriarchae Hieroſ. aliorumque epiſcoporum orientalium ad fideles occidentales. *Mailly* in notitia ſcriptorum de expeditionibus cruciatis hiſtoriae, de qua infra, praefixa, credit hanc epiſtolam, nec ut editores exiſtimant, a. 1097, nec a Patriarcha et epiſcopis, ſed a ducibus belli ſcriptam fuiſſe. — Epiſtola Bohemundi, Raymundi, Gottefridi et Hugonis M. ad omnes fideles. Exſtat etiam in Martenii et Durandi Collect. ampliſſ. — Epiſtola encyclica Daimberti, epiſcopi Piſani, Godofridi Bullionaei et Comitis Raymundi. Ineſt relatio brevis de prima expeditione usque ad proelium Aſcalonenſe. Epiſtola Aegidii, poenitentiarii epiſcopi Pelagii de Albano, de expugnatione urbis Damiatae per Chriſtianos. — Epiſtola Praelatorum et Baronum terrae ſanctae ad Theobaldum, Regem Navarrae, et comites etc. de ratione, qua expeditionem in Orientem inſtituere debeant. — Epiſtola Guilielmi, Patriarchae Hieroſolymitani, ad Theobaldum, Regem Navarrae. Inſunt nonnulla de ſtatu regni Hieroſolymitani tunc temporis triſtiſſimo.

Coral. (PETRUS CORAL, *Abbas Lemovicenſis*) de caſtro Saphet narratio, ſcripta ante a. 1266., quo captum eſt a Sultano Babyloniae; in *Baluzii* Miſcell. (*Pariſ.* 1713. 8.) Lib. VI. p. 357—369.

Contin. Guil. Tyr. ſ. Plagon. *Anonymi*, qui hiſtoriam belli ſacri, a Guilielmo Tyrienſi ſcriptam, Francogallice vertit, continuatio ab a. 1183, in quo Guilielmus deſiit, ad a. 1275 itidem Francogallice; in *Martenii* et *Durandi* Collect. ampliſſ. T. V. p. 581—757. — Nomen auctoris, editoribus ignotum, eſt HUGO PLAGON. Idem opus Guilielmi Tyrii Francogallice reddidit, quae tamen verſio bono editorum conſilio typis non vulgata. Melius hic continuator rem ſuam egit,

quam recentior *Ioh. Heroldus*, cuius ſupra meminimus.

(ADENULFI) de excidio urbis Acconis Libri II, ex tribus MStis, uno Leodienſi S. Iacobi, altero regii collegii Navarrae, tertio bibliothecae S. Victoris Pariſienſis; in *Martenii* et *Durandi* Collect. ampliſſ. T. V. p. 757—784. — Auctor eodem ſaeculo, quo excidium, quod deſcribit et deplorat, vixiſſe videtur. Forte Petri Eremitae perſonam agere voluit. Incipit certe his verbis: *Audite, inſulae, et attendite populi de longo.* Adenulfus.

EUGENII III P. P. indictio belli ſacri et Cruciatae in Paganos a. 1145; in *bullario Laërti Cherubini* T. I. p. 64. — *Gregorii* VIII — a. 1187; *ibid.* p. 75. Eugenii III et Gregorii VIII indict. belli ſacri.

RADULPHI COGGESHALE, *Angli*, *Ord. Ciſterc. circa a.* 1228, Chronicon terrae ſanctae ſ. de expugnatione terrae ſanctae per Saladinum ex pervetuſto Cod. Pariſienſ. S. Victoris bibliothecae *ibid.* p. 543—581. — Auctor ipſe obſidione Saladini Hieroſolymis clauſus atque vulneratus eſt. Monachus, ut in illa quisquam aetate eſſe poterat, doctus, condidit quoque *Chronicon Anglicanum* (ab a. 1066 usque ad a. 1200) *ibidem* p. 801 ſqq. typis expreſſum; quod ipſum hiſtoriae expeditionum cruciatarum egregie inſervit. Coggeshale.

Epiſtolae ad Innocentium IV P. P. ODONIS nimirum, Epiſcopi Tuſculani, de geſtis contra Infideles in Cypro a. 1249; et BENEDICTI, Epiſcopi Maſſilienſis, de obſidione caſtri de Cadro; in *Dacherii* Spicil. T. VII. p. 213; et edit. novae T. III. p. 624. Odo et Benedictus.

Indulgentiae variae conceſſae ab *Urbano* IV PP. in favorem Ludovici IX, Francorum regis, et Philippi, eius primogeniti; apud *Du Cheſne* T. V. p. 418.

Contractus navigii cum Venetis factus a Ludovico IX a. 1268, et eius Teſtamentum, quod iterato in terram ſanctam profecturus condidit a. 1269; ibid. p. 435. 438.

Joinv. JEAN DE JOINVILLE *Hiſtoire et Chronique de S. Louis, Roy de France*, huc quoque pertinet: ſed de ea, ut et de aliis Ludovici IX rerum geſtarum ſcriptoribus, agetur in capite de ſcriptoribus rerum Francogallicarum.

Epitome etc. Epitome bellorum, quae a Chriſtianis Principibus pro recuperatione terrae ſanctae ſuſcepta ſunt ab a. 1095 ad 1422; in *Caniſii* Lectt. antiqq. T. VI. p. 249 ſqq. et edit. novae T. IV. p. 426 ſqq. — Opuſculum, paullo melius caeteris huius generis, ſcriptum fere ad modum Iacobi de Vitriaco. Omnes comprehendit expeditiones cruciatas usque ad finem earum, quas Ludovicus Sanctus inierat. Itaque multo poſt bella iſta vixit, ſcripſitque re vera anno demum 1422, poſtea quam iter in Syriam abſolverat. Hoc iter non modo, verum etiam relationes de Chriſtianis ibi viventibus, de hierarchia, de ordine equitum Iohanniticorum, aliaque pretium haud vile huic epitomae conciliant.

Expeditio Aſ. Frid. Barb. *Anonymi* Expeditio Aſiatica Friderici Barbaroſſae Imp. in *Caniſii* Lectt. antiqq. T. V. edit. novae T. III. — Utrum Anonymus, monachus, ut videtur, ipſe expeditioni interfuerit, an quae ſatis copioſe et verboſe tradit, ab aliis acceperit, non liquet. Ubi igitur vel Ottoni Friſingenſi, vel Tagenoni, aliisque de Friderici iſtius rebus geſtis ſcriptoribus — de quibus alibi — haud reſpondet, dubiae fidei exiſtimandus eſt.

Anſelmus de Ribemont. ANSELMI *Comitis* DE RIBEMONT Epiſtola ad Manaſſen II, Archiepiſcopum Romanenſem, de Antiochiae expugnatione, cui ipſe interfuit; *ibid.* T. VII. edit. novae T. IV.

SICAR-

SICARDI, Epiſcopi Cremonenſis, Chronicon . nativitate Chriſti usque ad a. 1213; in *Muratorii* er. Ital. ſcriptt. T. VII. p. 521 ſqq. Ineſt expe-litio Friderici I. Imp. in Orientem. Sicardus.

BERNARDI, *Theſaurarii*, Liber de acquiſitione errae ſanctae ab a. 1095 ad a. 1230 Gallice pri-num ſcriptus, in Latinam linguam converſus cir-:iter a. 1320 a Fr. *Franciſco Pipino;* ibid. T. VII.). 657 ſqq. Bernardus Theſaurarius.

NICOLAI DE HANAPIS de excidio Acconis, juae ſola Chriſtianis ex regno Hieroſolymitano ıdhuc ſupererat, facto a. 1291; e quo plura *Iac. Echardus* de Scriptt. Ord. Praedicator. T. I. p. 422 ſqq. Nic. de Hanapis.

Via Hieroſolymitana auctoris, qui ſaeculo XII ſcripſit, ſive deſcriptio itineris in terram ſanctam; in *Ioh. Georgii Eccardi* corpore hiſt. medii aevi T. II. p. 1345—1348. Ibidem reperiuntur nar-rationes ſequentes: Brevis hiſtoria occupationis et amiſſionis terrae ſanctae p. 1349—1354. OLI-VERII, Scholaſtici, hiſtoria regum terrae ſanctae p. 1355—1396. *Eiusdem* hiſtoria Damiatina a. 1217. p. 1379—1450. Relatio de Davide, Rege Tartarorum Chriſtiano, eiusque victoria de Chan-cara, Rege Perſarum p. 1451 ſq. Poëma Germa-nicum vetus de amiſſione terrae ſanctae p. 1455—1476.

Anonymi Directorium ad faciendum paſſagium a. 1330 ad Philippum, Regem Francorum; apud *Echard* de Scriptt. Ord. Praed. T. I. p. 571 ſqq.

Ex Anglicis ſcriptoribus huc pertinent: MAT-THAEUS PARIS, WILHELMUS MALNESBU-RIENSIS de geſtis Anglorum (in collectione ſcriptt. rer. Angl. a *Henrico Savile* edita), HENRI-CI HUNTINDONENSIS hiſtoria Anglicana (ibid.),

ROGERII HOVEDENI Annales (ibid.), RADOLPHUS DE DICETO (in *Twysdeni* collectione), IOHANNES BROMPTON (ibid.). De quibus agetur in capite de ſcriptoribus rerum Anglicarum.

SECTIO II.

Scriptores de expeditionibus cruciatis generales recentiores.

Praeter BARONIUM et PAGIUM tomo ultimo Annalium eccleſiaſticorum, BZOVIUM et RAYNALDUM tomo primo continuationis, et IOH. LEUNCLAVIUM in Annalibus, hiſtoria et pandectis Turcicis, aliosque de rebus ſaeculi undecimi finientis, duodecimi et decimi tertii ſcriptores, ſequentes notamus.

le Paſſage etc. *Le Paſſage d'Outremer de Godefroy de Bouillon et autres Princes.* à Paris 1487. 8. Idemne forte liber, qui ſub Mameroti nomine circumfertur?

le Huen. NICOLAI LE HUEN, Carmelitae, *des Croiſées et entrepriſes faites par les Rois et Princes Chrétiens pour le recouvrement de la terre ſainte;* in parte ſecunda eiusdem itinerarii: *Voyage d'Outremer et terre ſainte de Jeruſalem*, Lugd. 1488. fol. Pariſ. 1517. 4. ibid. 1522. 4.

Faits et geſtes etc. *Les faits et geſtes du preux Godefroy de Bouillon et de ſes chevalereux freres Boudouin et Euſtace, iſſus de la noble ligne de chevalier au Cigne; avec leur généalogie. Traduit du Latin. Paris* ſ. a. in fol. ibid. (1500. 4.). *Lyon* 1589. 12. Archetypum Latinum, nunquam forte typis expreſſum, cuiusque auctorem nos ignoramus, Francogallice reddidit *Petrus Deſrey*, Trecenſis.

La

La gran conquiſta de ultra mar. Salamanca 1503. fol. De hoc, in ipſa Hiſpania, rariſſimo libro nihil comperire licuit. La gran conquiſta etc.

SEBASTIEN MAMEROT ſ. MAMERT, (Canonici Trecenſis circa a. 1474) *Paſſages d'Oultremer en la Terre-Sainte par les François, Godefroy de Bouillon, du bon S. Louis, pour augmenter et ſoutenir la foi chrétienne.* à Paris 1517. 4. ibid. 1518. fol. Mamerot.

Militia Francorum regum pro re Chriſtiana; ſive opuſculum IOANNIS PYRRHI ENGLEBERMAEI, iuris conſulti Aurelianenſis, de rebus fortiter a Francis geſtis pro fide Chriſtiana. *Pariſiis* 1518. 4. Englebermaeus.

BENEDICTI DE ACCOLTIS ſ. BENED. ACCOLTI, Arretini, libri IV ad Petrum Medicem, de bello a Chriſtianis contra Barbaros geſto pro Chriſti ſepulchro et Iudaea recuperandis. *Venet.* per *Bernardinum de Vitali* 1532. 4. Quae editio princeps eſt rariſſima. *Baſil.* 1544. 8. *Argent.* 1551. fol. In *Roberti Winteri* Collectaneo variorum, Francof. 1574. (hoc quidem titulo: *Harangues militaires de la guerre faite par les Chretiens contre les Barbares*). Cum *Thomae Dempſteri*, Scoti, notis. *Florent.* 1623. 4. (Editio rara et egregia). Editio recentiſſima optimaque ornata hac inſcriptione: *Benedicti Accolti* de bello a Chriſtianis contra Barbaros geſto, pro Chriſti Sepulcro, et Iudaea recuperandis, Libri IV. *Thomas Dempſterus*, I. C. Baro a Muresk, Scotus, cum aliis ſcriptoribus collatos, notis non vulgaribus, illuſtravit; nunc denuo ad exemplar Florentinum CIƆIƆCXXIII ab innumeris et foediſſimis mendis expurgatum, emaculatius recudendos curavit *Henricus Hoffnider*, cum indice ſatis luculento. *Groningae* 1731. 8. *Italice* per *Franciſcum Baldellum*, Cortonenſem, Accoltus.

Venet.

Venet. 1549. 8. *Graece* ab *Ivone Duca*, Pariſ. 162[illegible] 8. — Accoltus, natus 1415 mortuusque 146[illegible] fuit ſupremus reipublicae Florentinae Secretarius. Inter recentiores de expeditionibus cruciatis ſcriptores Accoltus primus eſt, qui probabiliter de iisdem ſcripſerit. Salluſtium et Caeſarem, potiſſimum vero Curtium, ita eſt imitatus, ut cum eo conferri iure poſſe multorum conſenſu videatur. Virtutes aeque ac vitia Curtii in eo deprehendas. Reſpectu rerum Guilielmum Tyrium unum videtur ſibi ſequendum propoſuiſſe. Novi igitur nihil ex eo diſcas, praeter dextram argumenti tractationem. Dempſterus Italum errantem in noctis ope ſcriptorum coaevorum in rectum tramitem deduxit. Ipſe Accoltus hiſtoriam ab ipſo initio ad mortem usque Godofredi, ducis Hieroſolymitani, narravit; paucis quoque ſubnectens hiſtoriam reliquorum Hieroſolymae regum omnium. Editor Batavus ſuſtulit quidem mendas in Florentina commiſſas: ſed ipſe novas a typothetis creari paſſus eſt; quarum indicem exhibent auctores Actorum Erud. a. 1732. p. 124 ſq.

Cf. CLEMENT *Bibl. curieuſe* T. I. p. 25 ſq. APOSTOLO ZENO in *Diſſertazioni Voſſiane* T. I. p. 163.

R. Joſeph. R. JOSEPH *ben Joſua, ben Meir*, Hiſpani, Chronicon bellorum inter Reges Galliae et Turcas geſtorum, expeditionum item a Chriſtianis et Turcis in terram ſanctam factarum, tum vero calamitatum et exſiliorum, quae Iudaeis in Gallia et Hiſpania obtigerunt inde ab A. C. 623 ad 1553. Accedit compendium Chronicarum inde ab Adamo usque ad a. 1554. (Hebraice ſcripta). *Venet.* 314 (A. C. 1554). 8. In Catalogo Bibl. Leidenſis p. 257 inter Codd. editos Scaligeri memoratur editio Sabionetenſis 8.

JEAN

JEAN DE BOISSIERES, *de Montferrant en Auvergne, la Croiſade, ou Voïage de la Terre ſainte.* Paris 1555. 4. de Boiſſieres.

GUILLAUME AUBERT *Hiſtoire des guerres faites par les Chretiens contre les Turcs, ſous la conduite de Godefroy de Bouillon, par le recouvrement de la Terre-Sainte.* à Paris 1559. 4. ibid. 1562. 4. — Aubertus, circa finem ſaeculi decimi ſexti mortuus, munere advocati primae claſſis in ſuprema curia Pariſienſi functus eſt. Scriptor haud prorſus contemnendus, quippe qui ordine ſatis luculento rem geſſit. Narravit tamen ſolummodo hiſtoriam expeditionis primae usque ad primos Chriſtianorum contra Turcas conatus ante expugnationem Nicaeae. Admiratione rei equeſtris medii aevi abreptus, laudatorem agit ineptum ſuperſtitionum cruciatarum. Aubert.

BASILII IOHANNIS HEROLDI de bello ſacro libri VI; ſubnexi editioni Guilielmi Tyrii ſupra memoratae Baſileenſi 1560. fol. Heroldus hiſtoriam inde ab a. 1184, in quo Guilielmus deſiit, usque ad a. 1521 perduxit, nihilque praebet novi nec exquiſiti. Herold.

TORQUATO TASSO *il Goffredo, o vero la Gierusalemme liberata, poëma eroico.* Opus celeberrimum, et poſt primam editionem Venetam a. 1580 ſaepiſſime recuſum et illuſtratum notis, et in alias translatum linguas, Francogallicam, Theotiſcam, Hiſpanam, Arabicam, Turcicamque, etiam Latino epico carmine ab Hieronymo de Placentinis redditum, hoc loco excitamus propterea, quod poëta hiſtoriam praeeunte Benedicto Accolto, preſſe fere ſecutus fuerit, quodque hiſtoricus in certis rebus memorabilibus exponendis, cautione critica adhibita, deſcriptione poëtica recte uti poſſit. Editiones varias qui noſcere cupiat, adeat *le Lon-* Taſſo.

Longium in *Bibl. hiſtorique de la France* p. 343 ſ[illegible] edit. primae; vel *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Voll. II[illegible] p. 2072 vel *Apoſtolum Zenonem* ad Fontanini biblio[illegible]thecam eloquentiae Italae (*Venezia* 1753. 4.) T. I p. 273 ſqq.

Angeli. PETRI ANGELII, Bargaeo-Tuſci, *) Syria[illegible]dos libri XII de expeditione Godfridi Bullionis in Palaeſtinam. *Pariſ.* 1582. fol. (inſunt huic edition[illegible] ſolum libri duo priores). In eiusdem poematib[illegible] omnibus ab ipſo recognitis, *Romae* 1585. 4. Lib[illegible] ſex priores tantummodo in hac collectione ed[illegible]. Omnes duodecim exhibiti *Florent.* 1591. 4. *Ven[illegible]* 1616. 4. Additae ſunt his editionibus ſcholia et notae *Roberti Titii*, qui Virgilio Angelium aequa[illegible]bat vel praeferebat. Verſio libri primi Itala ex[illegible] in *Bernhardi Filippino Verſi e Proſe*, Rom. 1659. 8. Accoltum quoque maxime ſecutus eſt poëta.

Meibomius. HENRICI MEIBOMII, ſenioris, Chronolog[illegible] ad hiſtoriam belli ſacri; cum (*Alberti Aquenſ[illegible]*) Chronico Hieroſolymitano, ſupra memorato, a Reinero Reineccio edita, *Helmſt.* 1584. 4.

Meſſi. ANTONIO MESSI, *Fiorentino*, *Breve*, *deſcri[illegible]zione dell' acquiſto di Terra Santa; ove ſi contengono tutte le coſe occorſe dal principio della guerra, per in ſino che il duca Goffredo fù fatto rè: e della forma e ſtato del regno Gieroſolimitano.* Firenze 1601. 4.

Paſquier. ESTIENNE PASQUIER *des Croiſades, et quels fruits nous avons rapportés des Voyages d'Outremer;* in eiusd. *Recherches de la France* (à Paris 1621. fol. et deinceps aliquoties) *Liv.* VI. *chap.* 25 ſqq.

d'Oultre-man. PIERRE D'OULTREMAN, *Jeſuite*, *Traité des derniéres Croiſades pour le recouvrement de la Terre-Sainte, auquel eſt ajouté la Vie de Pierre l'Hermite, Chef et Conducteur des premiérès Croiſades.* à Valenciennes 1632. 12. *Ed.* 2*de*, *auquel eſt ajouté une ſuite*

*) *Bargaeum* multi vocant, ſed ſiniſtre.

[S]uite généalogique de l'Hermite, Seigneur de Soulier. Paris 1645. 12. — Libellus, quem in deliciis [s]olummodo habent, qui iisdem, quibus Petrus Eremita et Oultermannus Ieſuita, furiis fanaticis [a]guntur.

Archange de Clermont Archange de Clermont. ARCHANGE DE CLERMONT (Monachi Franciſcani) Hiſtoire des Croiſades; in eiusdem Traité [d]u Calvaire de Hieruſalem et de Dauphiné. à Lyon [1]638. 8.

Boecler. IOH. HENRICI BOECLERI annotatio hiſtorica [d]e Paſſagiis (ſ. expeditionibus cruciatis) ad oratio[n]em Aeneae Sylvii, ſuper hoc argumento Romae [a]. 1452) habitam. Argentor. 1643. 4; et in eiusdem [D]iſſ. acadd. ibid. 1658. 8; ubi quaſi appendicis [l]oco cum aliis legitur p. 1—55. Parte prima [B]oeclerus diſquirit, quid ſit Paſſagium; ſecunda, [c]auſſas Paſſagii; tertia, facultatem Paſſagii et ſpem [s]ucceſſus.

Fuller. THOMAE FULLER (D. Theologi et Carolo II, [R]egi Angliae, a ſacris domeſticis † 1662) Hiſtory [o]f the holy War. Lond. 1651. fol.

Hiſtoire politique etc. L'Hiſtoire politique d'Oultremer, tirée des Livres [n]on encore imprimez, et des aſſietes et bons uſages de [H]ieruſalem etablis par Godefroy de Bouillon; in Phil. [L]abbe Abrégé de l'Alliance chronologique (Pariſ. 1664. [4].) T. II. p. 464 ſqq.

Maimbourg. LUDOVICI MAIMBURGII (Ieſuitae † 1686) [H]iſtoire des Croiſades pour la delivrance de la Terre [S]ainte. à Paris 1675. II Voll. in 4. ibid. 1676. IV [V]oll. in 12. ibid. 1681. IV Voll. in 12. Amſterd. [1]685. IV Voll. in 12. à Paris 1686. II Voll. in 4. — [O]pus, libris XII diſtinctum, ut omnia Maimburgiana, lectu quidem iucundum dotesque hiſtoricas [h]aud vulgares prae ſe ferens, praecipua autem, [v]eritate puta, multis in locis deſtitutum.

Hiſt. de la conqueſte — *Hiſtoire de la conqueſte du Royaume de Jeruſalem ſur les Chrétiens par Saladin a. 1188 traduite d'un ancien manuſcrit.* à Paris 1679. 12. Fabula potius Romanenſis inepta, quam hiſtoria vera, forte a Francogallo, CITRY DE LA GUETTE, ficta.

Coppin. — JEAN COPPIN *Bouclier d'Europe, ou la guerre ſainte; avec une relation des voyages faits dans la Turquie, la Thebaide et la Barbarie.* à Paris 1686. 4. — Liber vix memoratu dignus.

Buddeus. — IOH. FRANCISCI BUDDEI exercitatio hiſtorico — iuris naturalis de expeditionibus cruciatis ſeu bellis, quae religionis propagandae cauſa ſuſcipiuntur. *Hal. Sax.* 1694. 4; et in eius Selectis iuris naturae et gentium (*ibid.* 1704. 8.) p. 93 ſqq. Quatenus iuſta vel iniuſta talia bella ſint, diſquiritur.

Rechenberg. — ADAMI RECHENBERGII diſſertatio de prima expeditione cruciata; in *eiusdem* Diſſ. hiſtorico-politicis (*Lipſ.* 1698. 8.) P. II. p. 474—509. — Epitomen hiſtoriae expeditionis illius haud plane contemnendam et ex ſcriptoribus coaevis hauſtam auctor exhibet. Nec vulgari modo iudicat. „Fatendum eſt, inquit p. 501, expeditionem hanc cruciatam inter omnes, quae a condito orbe ſuſceptae ſunt, maxime eſſe memorabilem. Apud Livium l. XXVIII admirationi fuit Annibal, quod alieno in ſolo ex Afris, Hiſpanis, Gallis, Italis exercitum ita uno veluti vinculo copulatum tenuit, ut nulla inter ipſos, nec adverſus ducem ſeditio exſtiterit; cum et pecunia ſaepe in ſtipendium et commeatus in hoſtium agro deeſſent. At ſi conferatur cum expeditione hac Chriſtianorum cruciata, infra admirationem erit. Nam neque ille tot in unum gentes diverſas collectas habuit unquam; neque tam procul patria deduxit; neque tam alienis, infeſtis, barbaris et univerſis gentibus, etiam diverſitate religionis inflammatis, concurrendum

rendum ei cum unis Romanis, nondum certis Italiae dominis, fuit: et quod unum ſervare varium corpus illud potuit, ipſe tot membris caput et imperator adfuit. Hic vero totius propemodum occidentis populi omnes, lingua, habitu, conditione, ingenio, ſine diverſi ex occidente in orientem, tanquam in alium orbem, peragrata Europa, per Germaniam, Hungariam, Bulgariam, Thraciam, Italiam, Apuliam, in Aſiam penetrarunt; ut Graecorum dolis, ita Turcorum armis invicti, ſuperata Bithynia, Piſidia, Lycaonia, Cilicia, Cappadocia, Syria, Palaeſtina, tandem tot anxiis votis expetitam Hieroſolymam obtinent: coniuratis in eos, qui antea imperii aemulatione arma in ſe converterent, Turcis et Saracenis non unius aut provinciae aut urbis, ſed orbis, certe Aſiae propemodum totius viribus ſuccinctis et praeter caetera zelo ſuperſtitionis accenſis; nullo ſtipendio diverſis ducibus ſaepe inter ſe colliſis." Expenduntur poſtea rationes huius expeditionis.

DANIELIS GUIL. MOLLERI D. de expeditionibus cruciatis. *Altorf.* 1709. 4. — Libellus ordine quidem ſat apto, perbreviter vero concinnatus. Syllabus ſcriptorum LII de expeditionibus cruciatis adiectus, inter quos adeo *Moreri Diction. hiſt.* et *Hübneri hiſtoriſche Einleitung* comparent. Moller.

CLAUDIUS FLEURY merito conſulendus, ubi de expeditionibus cruciatis ſermo; praecipue in praefatione, quam praefixit tomo XVIII hiſtoriae eccleſiaſticae Francogallice ſcriptae. Primum iſte prodiit *Pariſ.* 1715; nec minus diſſertatio ſexta in collectione poſt eius obitum facta et ſic inſcripta: *Diſcours ſur l'hiſtoire eccleſiaſtique* (à Paris 1763. 12 mai.) p. 234 ſqq. Fleury.

MAXIMILIANI WIETROWSKI, *e Soc. J. S. Theol. D. et Archi-Epiſcopalis Conſiſtorii Pragenſis* Wietrowski.

Aſſeſſoris, Hiſtoria de bello ſacro pro liberanda terra ſancta. Pragae 1724. fol. — Maimburgii opus modo memoratum Latine redditum, ſine eius mentione facta. Idem Ieſuita iſte Bohemus cum aliis Maimburgianis patravit.

Jauna. DOMINICI JAUNA *Hiſtoire générale des Royaumes de Chypre, de Jeruſalem, d'Armenie et d'Egypte, comprenant les Croiſades, avec plus d'exactitude qu'aucun auteur moderne les ait encore rapportées* etc. à Leide 1747. II Voll. in 4 mai. — Quae titulus de hiſtoria expeditionum cruciatarum iactat, vana ſunt fideque minime digna. Vix enim alius ſcriptor de prima iſtarum expeditionum, omnium maxime memorabili, tam exiliter et imperfecte retulit; uno nimirum folio res omnis decantatur. De totius operis oeconomia cf. huius bibl. Vol. II. P. I. p. 99 ſqq.

de Voltaire. FRANCISCI MARIAE AROUET DE VOLTAIRE *Hiſtoire des Croiſades*. . . . . 1751. 1753. 12. Saepius poſtea in eius operibus iunctim editis. *Theotiſce* in verſione ſcriptorum Voltarianorum minorum (*Roſtoch*. 1752. 8.) p. 235 — 288. Libellus lectu iucundiſſimus, fide indigniſſimus.

Robertſon. Longe digniora ſunt, quae GUILIELMUS ROBERTSON, praepoſitus univerſitatis litterarum Edinburgenſis, in opere immortali: *The Hiſtory of the Reign of the Emperor Charles* V (T. I. p. 35—46 et p. 323 — 334 ſec. editionem verſionis Theotiſcae alteram) non minus docte, quam acute et graviter de expeditionibus iſtis diſſeruit.

Mailly. (. . . . MAILLY, Profeſſoris hiſtoriarum Divionenſis) *Eſprit des Croiſades, ou Hiſtoire politique et militaire des guerres entrepriſes par les Chrétiens contre les Mahometans, pour le recouvrement de la Terre-Sainte, pendant les XI, XII et XIII Siècles*. à Amſterdam *et ſe trouve* à Paris 1780. IV Voll. in 12 mai. *Theotiſce*, Lipſ. 1782. 8 mai. T. I (cui ineſt

neſt interpretatio ſatis vitioſa voluminis primi ac ſecundi archetypi). — Opus diffuſum, magno ſane doctrinae ac ſubſidiorum apparatu ſuſceptum, cuius continuatio hucusque fruſtra exſpectata fuit, cuique abſolvendo vix viginti volumina ſufficient. Primo praefixa eſt notitia ſcriptorum de expeditionibus cruciatis ſatis critica, quam paſſim non ſine fructu conſuluimus atque cum obſervationibus noſtris contulimus. Sequitur index chronologicus imperatorum, regum, aliorumque principum, qui tempore primae expeditionis cruciatae in Aſia, Africa et Europa regnarunt. Quae poſtea in volumine primo integroque ſecundo ſequuntur, introductionis inſtar habenda ſunt. Status enim Aſiae et Europae civilis, religioſus atque domeſticus ante primam expeditionem, nimis paene dixerim copioſe ſeu potius diffuſe, deſcribitur. Inſunt tamen obſervationes egregiae, quae et alibi uſui eſſe poſſunt. Volumine tertio hiſtoria ipſa tandem inchoatur, quartoque deducitur usque ad annum 1100. Sanum iudicium auctor, ſuperſtitionum inimicus, in expoſitione rerum geſtarum ubique fere adhibet: paſſim tamen veritatis limites, vel negligentia abreptus, vel partium ſtudio occaecatus, tranſilire videtur. Teſtes narrationis in margine laudati, more Francogallorum i. e. negligentiſſime notati ſunt.

M. IOHANN CHRISTOPH MAIERS (educatoris in domo quadam Germanica mercatoria Venetiis) *Verſuch einer Geſchichte der Kreuzzüge und ihrer Folgen.* Berlin und Stettin 1780. II Voll. in 8. *Belgice*, Amſtelod. 1783. 8. — Compilatio minime e fontibus, ſed ex libris quibusdam recentioribus notiſſimisque corraſa, mendisque typographicis innumeris contaminata. Maier.

Cf. MEUSELS *hiſtor. Litteratur* 1781. T. I. p. 167 ſqq.

SECTIO III.

Scriptores de expeditionibus cruciatis recentiores ſpeciales.

Molanus. IOANNIS MOLANI (*D. et Profeſſoris theologiae Lovanienſis* † 1585) Militia ſacra Ducum et Principum Brabantiae; adiectae ſunt ad huius hiſtoriae illuſtrationem annotationes M. Petri Louvvii, Sylvae ducenſis. *Antverp.* 1592. 8. — Editor libri eſt *Henricus Cuykius*, D. Petri Lovanii Decanus et univerſitatis Cancellarius; qui in dedicatione ad Senatum Regis Brabantinum docet, ſe poſthumum hunc laborem ob praeſtantiam ſuam edidiſſe. Integer tractatus capitibus LXXI abſolvitur. Altius repetit ex hiſtoria gentium variarum, quae ab eius principibus religionis cauſſa geſta fuerint bella. Ampliſſimum vero argumentum praebent expeditiones cruciatae Godofredi Bullionii, Balduini, comitum aliquot Flandriae, Henrici comitis Limburgenſis, Godofredi de Lovanio, huiusque filiorum, Godofredi III et aliorum. Inde quoque ſacram militiam Waltheri Berthouls, Domini Mechlinienſis, Henrici bellicoſi, Iohannis I, II, III, Wenceslai, Ioannis IV aliorumque Ducum Brabantiae perſequitur. Inter bella ſacra Caroli V, Imp. et Ducis Brabantiae, etiam bellum Smalcaldicum refert. Concludit tandem cum bellis Philippi II, Hiſpaniarum regis, in quorum numerum etiam bellum Belgicum retulit. Acceſſerunt in fine notae Petri Louvvii, quibus ſe Molanum ex Molani reliquis ſcilicet eiusdem ſcriptis explicaſſe dicit. In iisdem ad praefationem monet, quis ſtatus antiquior fuerit Brabantiae ante Pipinum, primum Ducem. Reliquae notae plerumque ſunt breviores, ad illud potiſſimum directae, ut in quibusdam vel ſuppleant vel illuſtrent Molanum.

Cf. (B. G. STRUVII) Bibl. antiqua a. 1705. p. 214 ſqq.

HENRICI MEIBOMII (*nepotis*) de Ducum Brunſvicenſium et Lyneburgenſium contra Infideles, Saracenos et Turcos a ſexcentis amplius annis, expeditionibus cruciatis narratio. *Helmſt.* 1686. 4. Meibom.

M. IOH. FRIDERICI SCHMID Diſſertatio de Henrici Leonis, Ducis Bavariae et Saxoniae, itinere Hieroſolymitano a. 1172 ſuſcepto cum comitatu hominum 2000; ad Arnoldi Lubecenſis Lib. II. cap. 3 ſqq. *Helmſt.* 1701. 4. — Commentarius eſt ſatis amplus in locum Arnoldi laudatum. Commoratur auctor praecipue in illuſtranda geographia locorum, quae Henricus Leo in itinere tetigit. Reliqua ſunt hiſtorica et genealogica, innumeris teſtimoniis confirmata. Schmid.

Cf. *Hamburg. Bibl. hiſt.* Cent. III. p. 266 ſqq.

ADAMI WILHELMI HENICHII de itineribus religioſis quorundam Principum Guelphicorum in Palaeſtinam. *Eiusdem* de quorundam Principum Guelphicorum in Palaeſtinam itinere armato et curioſo. *Helmſt.* 1724. 4. Cf. Annales Acad. Iuliae Semeſtri VIII. p. 199 ſqq. et Semeſtri IX. p. 22 ſqq. Henich.

* * *

Les droits, autorités et prérogatives, que prétendent au Royaume de Jeruſalem les princes et ſeigneurs ſpirituels et temporels de l'Europe. à Paris 1686. 4. Les droits etc.

* * *

IOHANNIS DANIELIS SCHOEPFLINI Commentatio hiſtorica de ſacris Galliae regum in Orientem expeditionibus. *Argent.* 1724. 4; et inter *eiusd.* Commentt. hiſt. et crit. (*Baſil.* 1741. 4.) p. 321-366. — Quatuor capitibus totum opuſcu- Schoepflin.

 lum

ſum abſolvitur, quorum *primo*, praemiſſa cauſſa expeditionum cruciatarum, Godofredi Bullionii res geſtas auctor perſequitur; *altero* Ludovici VII, Galliae regis, expeditionem ad tuendum novum regnum Hieroſolymitanum ſuſceptam deſcribit; *tertio* Philippi Auguſti regis facta in Oriente et fata exponit; *quarto* Ludovici Sancti hiſtoriae eam partem, quae huc pertinet, exhibet. Singula, quae narrat, in uno cuiusque paginae margine affirmat praecipuorum ſcriptorum teſtimoniis. Inter alia indicat, Latinos ſcriptores in deſcribendo Imp. Alexio affectui ſuo indulgere; non eſſe quidem eum prorſus abſolvendum a perfidiae crimine, ſed nec reticenda eſſe, quae Alexium vehementer irritarint, cruciatorum militum flagitia. Primus, quantum ſcimus, refellit eorum errorem, qui Godofredum Bullionium perhibent praefuiſſe toti cruciatorum exercitui et ſummum geſſiſſe imperium. Saladinum putat maximorum heroum numero accenſendum eſſe; et quae ſunt reliqua.

* * *

Lafiteau. *Hiſtoire de Jean de Brienne, Roi de Jeruſalem et Empereur de Conſtantinople.* à Paris 1727. 12 mai. — LAFITEAU, Ieſuita, imperium resque geſtas Iohannis iſtius, e comite Campaniae rex et imperator facti, iucunde magis, quam vere exponit.

* * *

Myrinus. ERICI MYRINI Diſſertatio de iniuſtitia Chriſtianorum in Paſſagiis. *Upſal.* 1722. 8.

Boehmer. IUSTI HENNINGII BOEHMERI Diſſ. de iurium varia innovatione per expeditionem crueeſignatorum. *Halae* 1740. 4.

Cramer. JOH. ANDREAS CRAMER (nunc Cancellarius acad. Kilonienſis) *von dem Einfluſſe der Kreuzzüge*

in die Veränderungen der Staaten; in eiusdem continuatione introductionis Boſſuetianae in hiſtoriam univerſalem (*Lipſ.* 1753. 8.) T. III. p. 708-720. — Breviter, ut vel ex paginarum numero exiguo apparet, diſerte tamen, Cramerus mutationes rerum civilium, in Germania et Itala potiſſimum expeditionibus cruciatis ortas, perſtringit.

DE GUIGNES *Mémoire dans lequel on examine, quel fut l'état du commerce des François dans le Levant, c'eſt-à-dire en Egypte et en Syrie, avant les Croiſades, s'il influa ſur ces Croiſades, et quelle a été l'influence de celles-ci ſur notre commerce et celui des Européens en général;* in *Mémoires de l'Acad. des Inſcriptt.* (praelecta a. 1768, typis expreſſa a. 1774) T. XXXVII. p. 467—527. Epitome exſtat in *Journal de l'agriculture, du commerce et des finances* 1768. *Octobre* p. 87—98; quam *Theotiſce* reddidit *I. N. Eyring* in *Gattereri allgem. hiſt. Bibl.* T. X. p. 21—28. — Praeclare doctiſſimeque auctor commerciorum conditionem ante expeditiones cruciatas illuſtrat, docetque, peregrinationes religioſas ad loca ſacra ſemper fere ſimul ad commerciorum rectius inſtituendorum rationem ſpectaſſe; Francogallos inde a tempore expeditionis cruciatae, cui eorum rex Philippus Auguſtus intererat, plures ſedes mercatorias in Syria habuiſſe; Sultanos Aegyptiacos commercia verſus Indiam orientalem ſibi reſervaſſe; Venetos tamen et Genuenſes iisdem divitias ingentes ſibi paraſſe; eademque ortum dediſſe potentiae reipublicae Piſanae; ultimas expeditiones cruciatas, licet bellorum ſacrorum nomine inſignitae fuerint, eo tamen ſolummodo fine ſuſceptas fuiſſe, ut commercia iſta reſtituerentur; multa inde antea ignota Europaeis innotuiſſe; v. c. calamum ſaccharinum hoc modo in Siciliam perveniſſe, inde in Granadam, Maderam de Guignes

ac Braſiliam; poſt amiſſas in Oriente ſedes Europaeos nihilo minus mercaturae orientali ſedulo ſtuduiſſe; exinde quoque ortam eſſe neceſſitatem, linguas orientales diſcendi, eaque religionem aeque ac mercaturam promotam fuiſſe.

Rambach. IOHANN IACOB RAMBACH (olim Gymnaſii Quedlinburgenſis Rectoris, nunc antiſtitis ſacrorum Hamburgenſis) *von dem Einfluſs der Kreuzzüge auf die Beförderung der Künſte und Wiſſenſchaften.* Quedlinb. 1770. 4; et in eiusdem *vermiſchten Abhandlungen aus der Geſchichte und Litteratur* (Halle 1771. 8.) p. 145-172. — Demonſtratur, cum artes, quas nuncupamus, mechanicas, tum liberales, poëſin potiſſimum, ut et diſciplinas varias, v. c. geographiam, expeditionibus iſtis praeclare auctas ornatasque fuiſſe.

Meerheim. GODOFREDI AUGUSTI MEERHEMII (*Magiſtri ac Profeſſoris philoſophiae Vitembergenſis*) de utilitate expeditionum cruciatarum commentatio hiſtorica. *Vitebergae* 1776. 4. — Salutarem expeditionum illarum vim expoſiturus, auctor ſuccinctam primo loco ponit eorum temporum, de quibus agit, deſcriptionem praeſertim in iis regionibus, quae maxime motibus illis fuerunt obnoxiae. Poſtea ex iisdem dictis colligit et ſubducit commoda inde redundantia, v. c. liberationem Europae a ſentina reipublicae, leges poenasque eccleſiaſticas ad pacandam Europam latas, fraenum creſcenti Turcarum licentiae iniectum, protractam imperii Orientis ruinam, Orientis notitiam Europae patefactam, linguarum orientalium neceſſitatem, manſuetiores mores, navigationis et commerciorum incrementa, Italicarum civitatum potentiam, antiquatam fere ſervitutem, auctam maieſtatem regiam, natales ordinum equeſtrium.

Poſtre-

'oſtremo, collatis inter ſe bonis malisque, plus amni quam commodi, bellis iſtis Europae illatum ſſe, exiſtimat.

IOH. GEORG HUTTEN (Rectoris ſcholae Spi-enſis) *erſter Verſuch einer Beantwortung der Frage: Hat die teutſche Nation an dem erſten Kreuzzug ſo wenig Antheil genommen als gewöhnlich behauptet wird?* in *Meuſelii hiſtoriſch-litterariſchen Magazin* *Bayreuth und Leipz.* 1786. 8.) T. III. p. 91-108. — Maius utique ſtudium in promovenda prima ex-peditione cruciata nationem Germanicam adhi-buiſſe, quam vulgo creditur, auctor contendit, dque in poſterum firmius probare teſtibus fide lignis pollicetur. Hutten.

CAPVT XXIII.

SCRIPTORES DE AFRICA IN GENERE.

Hanno. Ex veteribus hic primum nominandus eſt HANNO. Quis autem iſte fuerit, quandove vixerit, non ſatis conſtat. Veroſimile tantum eſt, e pluribus Karthaginienſibus huius nominis fuiſſe eundem, qui Hamilcaris filius, neposque Magonis, illuſtrium imperatorum Karthaginienſium, audit, ac de quo *Plinius* in Hiſt. nat. L. II. cap. 67 ſequentia ſcripſit: *Et Hanno, Karthaginis potentia florente, circumvectus a Gadibus ad finem Arabiae navigationem eam prodidit ſcripto: ſicut ad extera Europae noſcenda miſſus eodem tempore Himilco.* Cf. L. V. cap. 1. Himilco autem Hannonis frater fuit. Hunc igitur Hannonem alii poſt annum mundi 3538, alii ante hoc tempus vixiſſe, contendunt; poſteriores quidem vero ſimilius. Alii putant, Hannonem iſtum fuiſſe eundem, quem Karthaginienſes adverſus Agathoclem, teſte *Iuſtino* L. XXII. cap. 6 et 7, miſerunt; hunc igitur vixiſſe circa annum mundi 3695. Quicquid tandem ſit, certum eſt, Hannonem quendam Karthaginienſem *olim* Punice ſcripſiſſe Periplum, quo perſecutus eſt Africae ambitum et terras in Atlantico Oceano a ſe inventas. Nunc vero alia oritur quaeſtio, numne navigationis illius deſcriptio, quae hodie ſupereſt, verſio Graeca archetypi Punici ſit, vel an potius cum *Henrico Dodwello* credendum, periplum, qui ſub Hannonis nomine Graece circumfertur, eſſe ſcriptum ſuppoſititium Graeci cuiusdam Siculi, diu poſt Hannonis tempora viventis; quid? quod ne hoc quidem figmentum ſupereſſe, ſed deſcriptionem longe recentiorem, eamque plane diverſam? At nos quidem, Dodwellum, ut in multis aliis rebus,

'ebus, ſic etiam in hac nimium dubitaſſe putamus. pſe nec nomen aut conditionem Pſeudo-Hanno-ıis ſui, nec tempus, quo Periplum cuderit, pro-lere potuit. Argumenta Angli caeterum doctiſſimi *Hagerus* et *Bougainvillius*, mox commemorandi, :onſutarunt. Hoc certe manet, reliquias iſtas ve-:uſtas multis doctis egregiisque geographiae Afri-:ae veteris illuſtrationibus anſam dediſſe. Inſcriptio ?eripli ſic ſe habet: ἍΝΝΩΝΟΣ, Καρχηδονίων βασιλέως, Περίπλȣς τῶν ὑπὲρ τὰς Ἡρακλέȣς ςή-λας Λιβυκῶν τῆς γῆς μερῶν, ὃν καὶ ἀνέθηκεν ἐν τῷ τȣ̃ Κρόνȣ τεμένει. Relatio admodum brevis eſt. Hanno non ſolum nominat ſuccincteque deſcribit regiones gentesque ſibi obvias, ſed etiam colonias, inde a freto Gaditano usque ad inſulam Cerne, a ſe conditas; minime enim feſtinavit cum claſſe, ſed paſſim diu haeſit. Victus inopia illum impediit, quo minus ultra inſulam Cerne progreſſus ſit. Cerne vero Hannonis videtur Arguin eſſe circa XXI gradum latitudinis borealis. Minime igitur omnem Africam circumnavigavit, ſed parvam admodum littorum partem. Peripli editiones et verſiones exſtant ſequentes:

Sigismundus Gelenius primus contextum Graecum produxit, atque cum Periplis Arriani, Plutarcho de fluviis et montibus, atque Epitome Strabonis, ſine verſione Latina, edidit, *Baſil.* apud Ioh. Frobenium, 1533. 4. Quae quidem editio rariſſime obvia. Latina verſio primum prodiit hac epigraphe:

Hannonis, Carthaginienſium regis, Periplus, cum Scholiis *Conradi Geſneri;* cui accedunt Ioannis Leonis libri IX deſcriptionis Africae. *Tiguri* 1559. 8. Nec haec verſio hodie frequenter occurrit. Secuta eſt verſio Itala:

Han-

Hannone navigatione de' Cartagineſe; in *Ramuſi Raccolte delle navigatione* etc. T. I. n. 3. (1588 et 1613). Poſtea prodiit editio ſequens:

Hannonis Carthaginienſis Periplus; Graece et Latine, ſub auſpiciis *Ioan. Henrici Boeckleri*, cum verſione et animadverſionibus *Ioan. Iac. Mulleri.* Argent. 1661. 4; et in *Boeckleri* Diſſertt. acadd. (*Argent.* 1710. 4.) T. II. p. 1220 ſqq.

Abrahamus Berkelius quoque Hannonis Periplum edidit cum Stephani Byzantini fragmentis de urbibus et populis. *Lugd. Bat.* 1674. 8. Contextus Graecus ex editione Geleniana deſumtus, addita Geſneri verſione eiusdemque animadverſionibus extemporaneis ſ. ſcholiis. Acceſſere *Sam. Bocharti* obſervationes transſcriptae ex eius geographiae ſacrae parte ſecunda.

Iohannes Hudſon inter *Geographiae veteris ſcriptores Graecos minores* (Oxoniae 1698. Voll. II in 8.) primum conſtituit locum Hannonis Periplo. Ipſe nihil fere ad illuſtrandum libellum contulit. Notulae enim contextui ſubiectae a Geſnero mutuatae, annotationes in calce voluminis primi additae maximam etiam partem Geſneri ſunt atque Bocharti; et ne omnes quidem Geſneri notae apparent. Subiuncta quoque diſſertatio *Henrici Dodwelli* de aetate Peripli Hannonis.

Verſionem Francogallicam cum obſervationibus debemus *Bougainvillio*, adiunctam diſſertationi priori mox recenſendae (1754), exhibitam quoque cum verſione eiusdem diſſertationis Theotiſca.

Nec deeſt verſio Hiſpana praeclara, adornata a *Petro Roderico Campomanes*, quo ornamento Hiſpania adhuc exſultat. Titulus eſt: *Antiguedad maritima de la Republica di Cartago, con el Periplo de ſu General Hannon, traducido del Griego e illuſtrado por D.* Pedro Rodriguez Campomanes, *Avocado*

de

te los Conſejos Aſſeſſor general de los Correos y poſtas de España. Madrid 1756. 8. Cum duabus tabulis geographicis. Ineſt contextus Peripli Graecus et verſio Hiſpana, adiectis notis uberioribus grammaticis, geographicis et criticis.

Contextum Graecum cum verſione Theotiſca exhibuit *Conradus Arnoldus Schmid*, Conſil. Conſiſtorii et Prof. Brunovicenſis, poſt verſionem Theotiſcam Indicorum Arriani. Cf. huius bibl. Vol. II. P. I. p. 338. Notulae adſperſae ſunt.

Verſionem Theotiſcam recentiſſimam, ſummoque ſtudio elaboratam, notisque doctiſſimis inſtructam tradidit *Joannes Georgius Hager*, Rector olim ſcholae Chemnicenſis, in *Geographiſchen Bücherſaal* (Chemnitii 1764 — 1778. III Voll. in 8.) T. I. p. 640—652.

Praeter editores et interpretes huius Peripli ſequentes viri docti ad eiusdem illuſtrationem contulerunt.

BARTHOLDI NIHUSII Epiſtola de Hannonis navigatione. *Francof.* 1622. 1630. 4.

CONRADI RITTERSHUSII Oratio de Hannonis Periplo. *Altorf.* 1638. 4.

GERARDUS VOSSIUS de Hiſtor. Graecis L. IV. p. 513 ſq.

ISAACUS VOSSIUS in praefatione ad Scylacem. *Amſt.* 1639. 4. et in *eiusd.* Variis obſervationibus (*Lond.* 1685. 4.) p. 52; et in *eiusd.* Not. ad Melam (*Hag. Com.* 1658. 4.) L. III. c. 9.

PETRUS BAYLE in Diction. ſ. v. *Hannon.*

DE BOUGAINVILLE *Mémoire ſur les découvertes et les établiſſements faits le long des côtes d'Afrique par Hannon, Amiral de Carthage;* in *Mémoires de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XXVI. p. 10 — 45. *Theotiſce* a *Conr. Arnoldo Schmid* loco modo laudato. Sectio prima ſiſtit narrationem de itinere Han-

Hannonis, ſecunda, verſionem Francogallicam Peripli Hannonis, notis quibusdam illuſtratam. Continuatio huius diſſertationis, Theotiſce non reddita, legitur l. c. T. XXVIII. p. 260 — 317. Ineſt ſectio tertia, qua tempus, quo Hanno iter inſtituerit, examinatur; et quarta, ubi auctor de commerciis Karthaginienſium in ſpecie, ac de commerciis veterum in genere, diſſerit.

IOANNIS GEORGII HAGERI Progr. de Hannone, geographo antiquiſſimo illiusque Periplo. *Chemnitii* 1764. 4; et eiusdem praefatio ad verſionem Peripli Theotiſcam modo memoratam *l. c.* p. 408 — 449.

❖ ❖ ❖

Plinius. CAIUS PLINIUS SECUNDUS de geographia Africae agit in Hiſtoria naturali L. V. cap. 1 — 8.

Geographus Nubienſis. De *Geographo Nubienſi* ſupra relatum Vol. II. P. I. p. 166 ſqq.

Cadamoſto. ALOYSO DA CADAMOSTO *Libro de la prima Navigazione per Oceano a le terre de Nigri de la ba[illegible] Aethiopia per commandamento del illuſtre Signor Infante Don Henrico de Portogallo.* In Vincenza 1507. 4. et in *Ramuſii* collectione T. I. *Latine* ab *Arcangelo Madrignano* in *Grynaei* ſeu potius *Huttichii* Novo orbe regionum ac inſularum veteribus incognitarum. *Baſil.* 1532. fol. et in aliis huius collectionis editionibus et verſionibus, in quibus omnibus Cadamuſti relatio primum locum occupat. Auctor, nobilis Venetus, natus a. 1483, anno 1504 Luſitaniam petiit et cum navibus, ab Henrico Navigatore verſus Africam occidentalem ad novas terrae regiones viſendas miſſis, itinera ſuſcepit. Primus, quantum ſcimus, qui de Luſitanorum navigationibus, tunc temporis in Africam inſtitutis, litteris quaedam mandavit. Luſitani enim

enim ipſi, invidia adverſus alias gentes ducti, diu de repertis ſuis tacuerunt. Cadamoſti opuſculum capitibus LXXXIII diſtributum eſt.

IOHANNES LEO, AFRICANUS, proprie Granatenſis Hiſpanus, primum Muhamedanus, tum Chriſtianus, poſtea iterum Muhamedanus, Medicorum et Philoſophorum Arabum biographus, partim ſponte, partim principum nomine ſaepius legationis munere functus, cum bonam partem Europae, et minorem Aſiam, tum omnem prope Africam luſtravit; huiusque ſitum, intervalla, loci et incolarum naturam, ab occidente ſive a regno Fes usque ad orientem ſive Aegyptum, obſervavit, et Arabice conſcripſit. *) Cum vero Romae, ubi Chriſtianus factus, linguam didiciſſet Italicam, deſcriptionem Africae Italice vertit: ſed anno demum 1526, ut ipſe extremo opere ſcribit. *Haec*, inquit, *ſunt, quae memoranda et cognitione digna ego Ioannes Leo in Africa tum vidi, tum obſervavi, quam penitus omni ex parte circumdedi: et quidquid in ea memoratu dignum obtigit, ut vidi, ita diligenter inſcripta retuli, et quae non vidi, a viris fide digniſſimis, qui ea conſpexerant, mihi ad plenum declaranda percuravi, ac deinde occaſionem nactus has meas vigilias in unum volumen redegi.* Subiicit deinde: *Romae MDXXVI, V Idus Martii.* Eam autem deſcriptionem poſtea Latine transtulit *Ioannes Florianus*, atque hoc titulo typis mandavit: *I. Leonis Africani* totius Africae deſcriptio libris XII; primum Arabice ſcripta, inde (*ſ. potius ex Leonis verſione Itala*) Latine verſa per *Ioan. Florianum. Antverp.* 1556. 8. ibid. 1558. *Lugd. Bat.* ap. Elzvir. 1632. II Voll. in 24. Cum Hannonis navigatione, inter-

Leo Afr.

*) *Voſſius* in Tract. de Hiſtoricis Latinis L. III. p. m. 675 affirmat, operis αὐτογραφον fuiſſe apud Ioannem Vincentium Pinellum.

interprete *Conrado Geſnero.* Tiguri 1559. 8. *Francogallice*, cum aliis itinerariis, hac epigraphe: *Deſcription de l'Afrique, eſcrite premierement en langue Arabeſque, puis en Toſcane, et à preſent miſe en François, avec cinq navigations au païs des Noirs.* à Lyon 1556. II Voll. in fol. *Italice* e verſione Latina, in *Ramuſii* Collectione T. I. p. 1 ſqq. *Anglice* in *Purchaſii* Collectione T. II. p. 1 ſqq. *Belgice*, Rotterd. 1665. 4. Cum figg. aen.

Cf. G. I. VOSSII Tractatus de Hiſtoricis Latinis L. III. p. 675 ſq.
Hamburg. Bibl. hiſt. Cent. IX. p. 226 ſq.

del Marmol. LUYS DEL MARMOL CARAVAJAL *Primera Parte de la Deſcription general de Affrica, con todos los ſucceſſos de guerras, que a avido entre los infieles, y el pueblo Chriſtiano, y entre ellos meſmos deſde que Mahoma invento ſu ſecta, haſta el año del ſeñor mil y quinientos y ſetenta y uno* (1571). *En Granada, en Caſa de Rene Rabut* (non *Babut*, ut Vogt et Engel, nec *Benaut*, ut Nic. Antonio) 1573. — *Libro tercero y ſegundo volumen de la primera Parte de la deſcripcion general de Affrica etc. ibid. eod.* — *Segunda Parte y Libro ſeptimo de la deſcripcion general de Affrica, donde ſe contiene las provincias de Numidia, Libia, la tierra de los Negros, la baxa y alta Etiopia, y Egipto, cõ todas las coſas memorables della. Impreſſa en la Ciudad de Malaga a coſta del Autor en la emprenta* de Juan Rene 1599. fol. *Francogallice* hac epigraphe: *L'Afrique de* MARMOL, *de la Traduction* de Nicolas Perrot Sieur d'Ablancourt, *diviſée en trois Volumes, et enrichie des Cartes de M.* Sanſon. *Avec l'hiſtoire des Cherifs, traduite de l'Eſpagnol de* DIEGO DE TORRES, *par le* Duc d'Angouleſme le Pere; *revuë et retouchée par* P. R. (Pierre Richelet, *Avocat*). à Paris 1667. III Voll. in 4. Excerpta nonnulla exhibet *Ant.*

Matthaei

Matthaei in Analectis veteris aevi T. III. — Auctor, Granatae natus, inde ab a. 1535 militiam, duce Carolo V Imp. in Africa egit, ubi XXII annos vixit, et ex his VII et quod excurrit, in captivitate Maroccana. Servus Scherifi Muhamed cum hoc usque ad Guineam iter fecit. Vidit et omnem Africam ſeptentrionalem cum Aegypto. Per omne id tempus collegit, quae operi poſtea a ſe edito inſervire potuerint. Liber I ſiſtit deſcriptionem Africae generalem; II isque multo ſpiſſior, hiſtoriam ſectae Muhamedicae ab a. 613 usque ad a. 1572. Volumini ſecundo inſunt liber III de regno Marocco, IV de Fes, V de Tremeſſen, VI de regno Tunetano. Volumen tertium complectitur libros VII usque ad XI, in quibus de Numidia, Libya, Nigritia, Aethiopia inferiore et ſuperiore, atque de Aegypto agitur. Auctor quidem in praefatione duodecimum quoque librum, in quo de omnibus inſulis Africae obiacentibus referre voluit, promiſerat: ſed fruſtra illum quaeres. Primus fere Marmolius fuit, qui veteribus Africam magis cognitam fuiſſe, quam vulgo credatur, contendit. Archetypum Hiſpanum rarum eſt, in primis volumen tertium, quia auctor illud ſuis ſumtibus typis exprimi iuſſit.

Cf. NICERON T. VI. p. 337 ſqq.
FREYTAGII Analecta litt. p. 571 ſq.
DENIS *Merkwürdigkeiten der Garelliſchen Bibl.* p. 560 ſqq.

M. LIVIO SANUTO *Geographia dell' Africa diſtincta in XII libri, ne' i quali ſi dichiarano le provincie, i popoli, citta, etc. dell' Africa, con XII tavole, aggiontivi trè judicii, da* GIOV. CARLO SARACENI. In Venetia 1588. fol. — Opus, teſte Lengleto, nitore quidem typographico ſuperbiens, hodie vero, poſt Dapperi librum, haud magni aeſtimatum. Sanuto.

van Linſchoten. JAN HUYGEN VAN LINSCHOTEN in itinerario ſupra Vol. II. P. I. p. 341 ſq. indicato, tradit quoque deſcriptionem totius Guineae, Congi, Angolae et Monomotapae, inſularumque St. Thomae, St. Helenae, Aſcenſionis, nec non inſulae Madagaſcar.

Aldrete. *Doctor* BERNARDO ALDRETE, *Canonigo en la ſancta Igleſia de Cordoua*, *Varias Antiguedades de España*, *Africa*, *y otras Provincias*, *en IV Libros; con una Tabla de las coſas notables en eſte libro contenidas*. En Amberes 1614. 4. — Opus rariſſimum ſimulque doctiſſimum, dignum, quod aliis quoque linguis donetur. Libri IV, quos comprehendit, CXXXII capitibus diſtincti ſunt. Libri quidem *primus* et *ſecundus*, de antiquitatibus Hiſpanicis agentes, nihil nunc ad nos: *tertius* vero et *quartus*, qui ad Africam ſpectant, ubi de variis antiquis et novis populis ibi habitantibus atque de eorum linguis, moribus et hiſtoriis diſſeritur. Sic capite II et III libri tertii auctor agit de vocabulo Africa, atque docet, olim et terram et nomen Europae et Aſiae incolis haud ſatis trita fuiſſe. Cap. IV de Afrorum numero; cap. VI de Libyae nomine; cap. VII de vocabulo Phut ſecundum ſcripturam ſacram; cap. IX de Getulia; cap. XVI de Troglodytis; cap. XVII de Numidia, etc. Ubique fere geographiae hiſtoria iuncta.

Cf. (GOETZII) *Merkwürdigkeiten der königl. Bibl. zu Dresden* T. I. p. 403 ſq.
(BAUMGARTEN) *Nachrichten von einer Hall. B...* T. V. p. 186 ſq.
CLEMENT T. I. p. 159 ſq.
DENIS l. c. p. 327 ſq.

Grammaye. IOH. BAPTISTAE GRAMMAYE (*de quo vide ſupra Vol. I. P. II.* p. 11 ſq.) Africae illuſtratae Libri X, in quibus Barbaria genteſque eius, ut

olim

olim et nunc, deſcribuntur. *Tornaci Nerviorum* 1622. 4. — Auctor, in itinere ſuo Africano a barbaris captus, pleraſque oras luſtravit.

ALEXANDRI GERALDINI itinerarium ad regiones, ſub aequinoxiali plaga conſtitutas, anno 1520, complectens antiquitates, ritus, mores et religiones populorum Aethiopiae, Africae, Atlantici oceani et Indicarum regionum. Edente ONUPHRIO GERALDINO, eius abnepote. *Romae* 1631. 8. — Geraldinus, Ameria in Umbria oriundus, ab a. 1496 usque ad a. 1515 epiſcopus Vulturariae, poſtea primus epiſcopus in inſula St. Dominici conſtitutus, mortuus eſt a. 1524. De itinerario eius ſatis raro nil nobis, niſi titulus, innotuit. Geraldinus.

JEAN ARMAND *dit* MUSTAPHA, *Turc de Nation, Voyages d'Afrique, faits par le commandement du Roy, ou les Navigations des François en* 1629 *et* 1630, *ſous la conduite du Commandeur de Razilli.* à Paris 1633. 8. Armand dit Muſtapha.

VINCENT LE BLANC *Voyages aux quatre parties du monde* etc. Opus, alibi recenſendum, multas de variis Africae regionibus narrationes continet. le Blanc.

GIOVANNI BATTISTA BIRAGO *Hiſtoria Africana della diviſione dell' Imperio de gli Arabi, dell' origine et dei progreſſi della Monarchia de Mahometani diſteſa par l'Africa e per le Spagne dell' anno* 570 *fin al* 1007. Venet. 1650. 4. Birago.

CHARLES CHAULMER *Tableau de l'Afrique, où ſont repreſentez Royaumes, Republiques, Principautez de cette ſeconde partie du monde.* à Paris 1654. 12. Chaulmer.

OLIFERT DAPPER *Naukeurige Beſchryvinge der Afrikaenſche Geweſten van Egypten, Barbaryen, Libyen, Biledulgerid, Negrosland, Guinea, Ethiopien, Abyſſinie etc.* Amſterd. 1668. fol. Cum tabulis geogr. Dapper.

geogr. et figg. aen. *ibid. eod.* 1670. fol. Cum tabb. geogr. et figg. aen. *Theotiſce* Amſterd. 1670. fol. Cum tabb. geogr. et figg. aen. *Anglice* a *Ioh. Ogilby*, qui Dapperi nomen reticuit, *Lond.* 1670. fol. Cum figg. aen. *Francogallice*, Amſterd. 1686. fol. Cum figg. aen.

Eiusd. *Beſchryving der Afrikaenſche Eylanden, als Madagaſcar of St. Laurens, St. Thomée, van Kanarien, Kaep de Verd, Malta.* Amſterd. 1668. fol. Cum figg. aen. *Theotiſce* ibid. 1671. fol. Cum figg. aen. Interpretes Anglus et Francogallicus ſuis verſionibus operis praecedentis quoque verſionem huius adiecerunt. — Dapperus, cuius aliquoties meminimus, more ſuo i. e. ſine diſcrimine compilavit ſcriptores de Africa fide dignos et indignos. Attamen excerpta exhibuit incorrupta. Uſus eſt paſſim ſcriptoribus hodie rariſſimis, plane adeo incognitis, talibusque, quos de Africa quicquam retuliſſe vix credideris. Multi, qui poſt Dapperum de rebus Africanis ſcripſere, eum, tanquam ducem tutiſſimum, ſine examine critico, ſecuti ſunt.

Recueil de divers voyages etc. *Recueil de divers voyages, faits en Afrique et en Amerique, qui n'ont point encore été publiez etc. Avec des Traitez curieux, touchant la Haute Ethiopie, le debordement du Nil, le Mer rouge et le Prêtre Jean.* à Paris 1674. 4. ibid. 1684. 4. Cum figg. aen. et tabulis geographicis.

Afric. Reiſegeſchichte etc. *Africaniſche Reiſegeſchichte eines Engliſchen Kaufmanns, nebſt einer Beſchreibung des Königreichs Argier. Aus der Engliſchen in die Teutſche Sprache überſetzt;* in *Aſiatiſchen und Africaniſchen Denkwürdigkeiten* (Nürnberg 1676. 4.) p. 323—405.

de la Croix. DE LA CROIX *Relation univerſelle de l'Afrique ancienne et moderne, où l'on voit ce qu'il y a de remarquable, tant dans la Terre ferme que dans les Isles, avec ce que le Roy a fait de memorable contre*

les

les Corſaires de Barbarie. à Lyon 1688. IV Voll. in 12. *ibid.* 1713. IV Voll. in 8. — Haec Africae deſcriptio non aequaliter in partes et tomos diſtributa eſt, ſed partium diviſio materiem ſequitur, tomorum diſpenſatio commoditatem voluminum, adeo ut pars prima in tomum ſecundum, et pars ſecunda in tomum tertium excurrat; in cuius medietate incipit pars tertia, quae in quartum etiam tomum protrahitur, ita ut quarta pars non integrum comprehendat tomum quartum. Partes rurſus in libros, libri in capita, haec in ſectiones diſpeſcuntur. Pars prima de regione alborum Africanorum; ſecunda de Nigritarum terra; tertia de Aethiopia utraque, ſuperiore et inferiore; quarta de inſulis circa Africam agit. Praemittitur generalis theoria terreſtris globi ſecundum circulos, zonas, climata, umbrarum differentias; nec non quatuor maiorum partium, Europae, Aſiae, Africae, Americae, ſecundum limites, ſitum, tempeſtates, etiam incolarum mores ac ingenia, quantum de illis in univerſum iudicare licet. Primae partis liber primus *Aegyptum* deſcribit, et inferiorem quidem, ſive ad mare vergentem, a finibus Barcani regni per Nili oſtia progrediendo, ubi Alexandria cum veteri Pharo et bibliotheca; Bochiris ſ. Buſiris; Roſetta cum herba Loto; et Foa, ac aliae urbes illuſtrantur. Praecipue urbem ampliſſimam Cairo auctor deſcribit. Interiecta Balſami, arboris odoriferae, et Pyramidum deſcriptione, Mumias, et qua condiuntur, pollincturae materiam examinat. Varia tandem, quae reſtant, commiſcet, v. c. de lingua antiqua gentis, quae Coptica dicatur. Hinc ad imperandi formam progreſſus, et vetuſtiſſimum ſtatum, et qui ſub Ptolemaeis fuit, et ſub Romanis, ac ſub Caliphis et Sultanis, breviter exponit. De religione varia ibi

 floren-

florente; de lacubus et Nilo etc. Eiusdem primae partis libro ſecundo auctor *Barbariam* ſic dictam percurrit, et, quantum primus adhuc tomus capit, regnum Maroccenſe cum Feſſano perluſtrat. Tomus ſecundus continuat Barbariae regnorum enumerationem, hoc eſt Algeriani, Tunetani, Tripolitani. Sub Algeriano etiam Telenſinum cenſetur, cuius metropolis Tremeſen ſ. Telenſin, Arabibus Telimiſen, laudatur. Hiſtoriam auctor ſubnectit bellorum contra Algerienſes ſub Carolo V infeliciter geſtorum. Fatis regni Tripolitani ſubiuncta eſt deſcriptio pyrobolicae obſidionis, qua Galli ante hos centum annos Tripolim, et revertentes inde Genuam afflixerunt. Liber tertius partis primae de *Biledulgerid* ſ. interiore Numidia et vicinis regionibus agit. Eodem ſecundo tomo pars ſecunda de *Nigritis* initium ſumit, et primo quidem libro de iis agit, qui circa flumen Nigrum late ab utraque ripa habitant, ut in Guinea mediterranea, regnis Tombut, Guber, Agader, Cano, et, quae regio notior eſt, Nubia, a Nilo rigata. Secundo partis ſecundae libro littorales Nigritae recenſentur, ut Zeloſes inter Nigri brachia, quorum regi minores reges circa viride promontorium ſubiecti ſunt. Obſcura inde regna narrantur usque ad Sierra Lionis, qui altiſſimus mons et regioni nomen dat, in qua Batavi, Angli, Dani negotiantes loca quaedam poſſident. Sed clarior in hiſce littoralis Guinea, et in ea poſt Quojae regnum littus aureum in primis celebre, quod itidem auctor in regna diviſit. Capite V huius libri animalia, fructus, metalla huius regionis explicantur. Tertia pars tomo tertio fere medio incipit, et in quartum tomum narrationem profert. Prior eius partis liber *Aethiopiam* ſuperiorem ſ. Abeſſiniam, poſterior inferiorem explanat. Abeſſinorum impe-

imperium, quondam ampliſſimum, in IX vel X regna ab auctore dividitur, quibus totidem ferme provincias adiungit, quae regni nomine careant. Auctor ſimul in tempus inquirit, quo primum Romana eccleſia eiusque Pontifex Abeſſinis innotuerit. De Niliaca inſula Meroë ad Gallas, Abeſſinorum hoſtes, progreſſus, originem illorum ex Iudaeis et a Salmanaſſaris temporibus ducit, ſilens, qua id fide aſſeveretur. Claudit librum diſſertatione de animalibus, plantis, fructibus, tempeſtate regionis; item de moribus gentis, de lingua, de religione, quam Chriſtianam et probam eſſe tuetur, non obſtante circumciſione, quae liber ritus in hac gente ſit, non Iudaicum ſacramentum. Libro ſecundo partis tertiae Aethiopia inferior ſ. reliquum Africae exhibetur; et primo quidem, quae in latere occidentali ſuperſunt regna, Loango, Congo, Angola etc. Tomo quarto haec tela pertexitur, et regiones in Auſtrum magis vergentes recenſentur, ut ſunt Benguela, Mataman, Caferia ſ. Hotentotorum patria, in cuius ora et extremo Africae angulo celeberrimum promontorium bonae ſpei eſt. Supra Cafres in mediterraneis imperium Monomotapa eſt, cuius regio deſcribitur, cum aliis locis, ad quae acceſſus Ieſuitis patuiſſe traditur. Ab auſtro in ſeptentrionem adſurgens auctor, in orientali latere enarrat regna Europaeis commerciis in littore frequentata, Sofala, Zanguebar, Moſambique, Quiloa, Mombaſa, Melinde. Hinc ad propiora Arabico ſinui tranſitur, quae pleraque Muhammedanis principibus parent, ut Magadoxo, Adel, Zeila etc. Ubique mores incolarum explicantur; etiam quae terra ferat ſingularia. Quarta pars inſulas circa Africam, remotiores a continente, habet; proximae enim antea in regnis et provinciis declaratae. Initium

ſit a Malta, ſ. Melite, rectius hodie a Geographis Europae adnumerata. Auctor noſter omnem inſulae hiſtoriam exponit; indicem adeo Magiſtrorum Ordinis, qui hodie inſulam poſſidet, appoſuit. Sequuntur inſulae Madagaſcar, ſ. St. Laurentii, Bourbon, Mauritii, Roderigo et aliae. Inter Africam et Americam inſulae St. Helenae, S. Matthaei, Adſcenſionis, et iuxta Aequatorem Anni Boni et S. Thomae. Inſulae quoque ad promontorium viride ſitae enumerantur, conditione illarum et fortuna perſcripta; nec minus, quae Canariae vocantur. Haec omnia ita traduntur, ut regiones chartis geographicis, principales urbes et caſtella, etiam ritus quidam, elegantibus figuris illuſtrentur. Dapperi opus huic Francogallico fundamento fuit, ita tamen, ut auctor maiore cura memorabilia deligeret, aptiorem ordinem ſequeretur, recentioraque nonnulla adiiceret.

Cf. Acta Erud. Suppl. T. I. p. 531 — 538.

Skyner. THOMAS SKYNER'S, *eines Engliſchen Kaufmanns, ſeltſame Begebenheiten; welcher von den Algieriſchen Seeräubern zum Sclaven gemacht, und in das inwendige Land von Africa geführt worden, ſammt einer Beſchreibung von Africa; von ihm ſelbſt aufgeſetzt, und herausgegeben von* A. Robert. *Aus dem Engliſchen.* In *Aſiatiſchen und Africaniſchen Merkwürdigkeiten dieſer Zeit.* Nürnberg 1676. 4. et adiunctum verſioni Theotiſcae hiſtoriae Sevarambium fictae. *Sulzbach* 1689. 4. Archetypum Anglicum nos latet.

Froger. *Relation d'un Voyage fait en* 1695, 1696 *et* 1697 *aux côtes d'Afrique, Détroit de Magellan, Breſil, Cayenne et isles Antilles, par une Eſcadre des Vaiſſeaux du Roi (de France), commandée par M. de Gennes. Faite par le Sieur* (F.) FROGER, *Ingenieur Volon-*

Volontaire ſur le Vaiſſeau le Faucon Anglois. Enrichie de grand nombre de figures deſſinées ſur les lieux. à Paris 1698. 12 mai. à Amſterd. 1699. 12. ibid. 1702. 12. Et hoc titulo: *Relation d'un voyage dans la mer du Sud, Détroit de Magellan etc.* à Amſterd. 1715. 12 mai. Cum figg. aen. Et in collectione itiner. Prevotiana T. XII. *Anglice* ab *Osborne* .... Deſcribitur potiſſimum inſula *Gorée* et flumen *Gambia*, cum regionibus adiacentibus, hominibus, animalibus, fructibus; breviter quidem, ſed accurate. Figurae aeneae ſunt elegantes illuſtrationique narrationis bene inſerviunt.

Abbé PARIS *Que les anciens ont fait le tour de l'Afrique, et qu'ils en connoiſſoient les côtes méridionales;* in *Hiſt. de l'Acad. des Inſcr.* T. VII. p. 79 ſqq. — Obſervationes inſunt haud vulgares, quae tamen argumentis aliis confirmari poſſent. Voſſii ſententia de nimia Peripli Hannonis aetate impugnatur. Paris.

Journal d'un voyage ſur les côtes d'Afrique et aux Indes d'Eſpagne. à Paris 1737. 8. Journal d'un voyage.

FRANCIS MOORE *Travels into the inland parts of Africa, containing a deſcription of the ſeveral nations, for the ſpace of 600 miles up the river Gambia* etc. Lond. 1738. 8. Et in collectione ita inſcripta: *Travels into the inland parts of Africa.* ibid. 1742. 4. Cum figg. aen. Etiam in collectione itiner. Prevotiana T. III. — *Moore* ſcribae munere functus a. 1730 caſtellum S. Iacobi, ab Anglis poſſeſſum petiit, ubi rei mercatoriae procurator conſtitutus, itinera in partes Africae interiores ſuſcepit, annoque 1735 in Angliam rediit. Obſervatorem rebus memorabilibus acriter intentum egit eiusque narrationes ab Anglis fide digniſſimae iudicantur. Multa refert de moribus rationeque vivendi, religione et regiminis forma Aethiopum, Moore.

utramque Gambiae ripam, ſeptentrionalem potiſſimum, inhabitantium. Plura habet, ab aliis haud viſa et ignorata. Ineſt etiam narratio ſingularis cuiusdam IOB BEN SALOMO, *Africani* dicti, qui a. 1733 Londini fuit. Editioni poſteriori p. 175—223 adiecta ſunt ſequentia: BARTHOLOMAEI STIBBS, navarchae, diarium ſat ſterile, in itinere a. 1723 et 1724 flumine Gambia inſtituto compoſitum. Nihil, quod antea incognitum fuerit, detexit. Porro: JOHN LEACH tabula geographica, Nili curſum repraeſentans; ipſe in hoc fluvio navigavit. — LEONIS AFRICANI aliorumque relationes de Nilo. — Vocabularium verborum Anglicorum et Mundingicorum, quibus Aethiopi uti ſolent. — Varia ſcripta, commercia Anglorum in Africa illuſtrantia.

Stibbs.

Gaudentio di Lucca. *Mémoires de* GAUDENTIO DI LUCCA; *où il rend compte aux Peres de l'Inquiſition de Bologne qui l'ont fait arrêter, de tout ce qui lui eſt arrivé de plus remarquable dans ſa vie; et où il les inſtruit d'un pays inconnu, ſitué au milieu des vaſtes déſerts de l'Afrique, dont les habitants ſont auſſi anciens, auſſi nombreux et auſſi civiliſés que les Chinois. Avec l'hiſtoire de leur origine, de leur religion, de leurs coutumes, leur police etc. Traduits de l'Italien, ſur une Copie du Manuſcrit original de la Bibliotheque de S. Marc à Veniſe. Avec des Notes critiques et hiſtoriques du ſçavant M.* RHEDI. *Le tout précédé d'une Lettre du Secretaire de l'Inquiſition à M. Rhedi, dans laquelle il lui rapporte les motifs qui ont engagé ce Tribunal à faire arrêter l'accuſé.* ſ. l. 1746. II Voll. in 12. Anglice, Lond. 1748. 8. *Theotiſce* a *Ioh. Bernhard Nack*, Francof. et Lipſ. 1751. II Voll. in 8. — Mera figmenta inſunt, minime hiſtoria vera. Editor ſeu potius auctor in praefatione impudenter mentitur, dum veram hiſtoriam ſe tra-

der:

dere iactat. Si modo in ipſa narratione veroſimilia protuliſſet, non adeo indignaremur: ſed incredibilia ac mirabilia effutit, ut indignatio vehemens inde exoriatur neceſſe ſit. Non viris, ſed mulierculis credulis atque pueris narraſſe videtur.

HARK OLUF, *aus der Inſel Amröm im Stift Ripen in Jütland gebürtig, ſonderbare Avanturen, ſo ſich mit ihm inſonderheit zu Conſtantine und an andern Orten in Africa zugetragen; ihrer Merkwürdigkeit wegen in Däniſcher Sprache zum Druck befördert, ietzt aber ins Teutſche überſetzt.* Flensburg 1751. 8. — Libellus cum argumento tum forma exiguus. Oluf.

D'ANVILLE *Mémoire concernant les rivières de l'interieur de l'Afrique, ſur les notions tirées des Anciens et des Modernes* (1752); in *Mém. de l'Acad. des Inſcr.* T. XXVI. p. 64—81. T. XLIII. p.... In priore diſſertatione — poſteriorem nondum vidimus — auctor doctrina rara, qua polluit, Ptolemaeum, Geographum Nubienſem, Leonem Africanum aliosque inter ſe confert de fluviis in Africae partibus interioribus, praecipue de fluviis Gir, Niger, Senega, Bogradas ſ. Mejerda, caet. Quae idem de Nilo acutiſſime diſſeruit, alibi exponentur. d'Anville.

Storia dei Mauri, del Sgr. GUIDOTTI, *Dottore medico.* Firenze 1775. 8. — FRANCISCUS DE ST. JEAN DE PORTO, monachus ordinis Franciſcanorum, diu miſſionarii munere in Africa functus, multiplici occaſione uſus eſt, Maurorum ſive Aethiopum mores, inſtituta ac religionem pernoſcendi, quaeque obſervaverat, lingua Hiſpana litteris mandavit; ex quo opus quorundam voluminum enatum, typis nondum exſcriptum. *Guidottus* vero eo tempore, quo Hiſpani expeditionem in Afros ſeptentrionales tentarent, memorabilia ex eodem excerpſit linguaque Itala publici iuris fecit. Franc. de St. Jean de Porto et Guidotti.

Simul

Simul hiſtoriam usque ad tempora recentiora continuavit.

Anecd. Afr. *Anecdotes Africaines dépuis la decouverte de l'Afrique jusqu' à nos jours.* à Paris 1776. 8. Cf. huius bibliothecae Vol. I. P. I. p. 302 ſq.

Baumann. LUDWIG ADOLPH BAUMANN (Conrectoris Lycei, quod Brandenburgi floret) *Abriſs der Staatsverfaſſung der vornehmſten Länder in Africa; nebſt einem Anhange von den Südländern.* Brandenburg 1778. 8. — Auctor, pro ratione ac numero ſubſidiorum ſat bene rem geſſit. Plura praeſtitiſſet, niſi fontibus variis deſtitutus fuiſſet. Paſſim quoque negligentiae accuſandus in epitome hacce conficienda.

Mutationes recentiores variarum Africae regionum peti poſſunt ex operibus RAYNALII (cf. ſupra p. 45 ſqq.) et MAC-INTOSCHII (cf. Vol. II. P. I. p. 384 ſq.).

Raynal. Mac-Intoſh.

CAPVT

CAPVT XXIV.

SCRIPTORES DE REBUS AEGYPTIACIS.

SECTIO I.

Scriptores de hiſtoria Aegyptiaca antiqua generales.

Praeter libros hiſtoricos Veteris Teſtamenti, potiſſimum Moſaicos, vetuſtiſſima aeque ac fide dignifſima hiſtoriae Aegyptiacae monimenta, eorumque interpretes, notandi ſunt ſequentes. *)

HERODOTUS, de quo Vol. I. P. I. p. 52 ſqq. legimus, Libro II in primis: nonnulla etiam occurrunt libris III. IV. VI. VII. VIII et IX. Cf. CHRISTOPH. MEINERS in *Verſuch über die Religionsgeſchichte der älteſten Völker, beſonders der Egyptier* Goetting. 1775. 8.) p. 81 ſqq. Herodotus.

MANETHOS ſive MANETHON ſive MANETHO, Sebennyta Dioſpolitanus, ſacerdos ſupremus Heliopolitanus et archivi ſacri praefectus, vixit circa annum mundi 3724 ſ. anno 260 ante Chr. natum, rege Aegyptio Ptolemaeo Philadelpho. Hic, teſte Euſebio, omnem hiſtoriam Aegyptiacam, potiſſimum vero quae ad Theologiam huius Manetho.

*) Plures ſcriptores veteres de rebus Aegyptiacis perierunt, v. c. ante Herodotum HECATAEUS *Mileſius* et HIPPYS *Rheginus*; poſt Herodotum PHILISTUS *Syracuſanus*, THEOPOMPUS, et Periplorum ſcriptores. Ptolemaeorum tempore HECATAEUS *Abderita*, LYNCEUS *Samius*, ALEXANDER *Polyhiſtor*, APIO *Grammaticus* caet. Cf. de his *Heyne* loco mox commemorando.

huius gentis pertinent, fuſe in Graecam tranſtulit linguam, cum in ſacro opere, quod ſcripſit, tum in aliis commentariis. Per ſacrum vero librum intelligi debet hiſtoria, quam poſtulante Ptolemaeo Philadelpho ab antiquiſſimis ac fabuloſis temporibus exorſus, perduxit paene usque ad tempora Darii Codomanni, quem Alexander M. devicit. Hiſtoriam hanc tribus diſtinxerat tomis. Primo complectebatur Deorum et ſemideorum dynaſtias ſ. imperia ac principatus, quae numero fuere undecim. Altero comprehendebat dynaſtias octo; tertio duodenas. Euſebius narrat, Manethonem hoc opus eruiſſe ex columnis in Seriadica terra poſitis, quibus ſacra dialecto ſacrae eſſent notae inſculptae a Thaaut, primo Mercurio: eas vero poſt diluvium ex ſacra lingua in Graecam notis ibidem ſacris verſas fuiſſe; interque libros in adyta Aegyptiaca relatas ab Agathodaemone, altero Mercurio, patre Tat; haec Manethonem Philadelpho, ſecundo e Ptolemaeis, dicaſſe. Poſt iſta ſubiungit Euſebius epiſtolam Manethonis ad Philadelphum, in quo dicit, ſecutum ſe eſſe libros ſcriptos ab avo Mercurio Triſmegiſti. Quamquam vero optandum eſſet, ut ſcriptor hic integer ad nos perveniſſet; tamen bene ſaltem eſt, quod luculenta quaedam fragmenta conſervavit nobis Flavius Ioſephus libro I. contra Apionem; in quibus diſtinguit ea, quae Manetho ex libris ſacris, quaeque ex vulgi hauſerat fabellis; poſterioraque haec ibidem refellit. Bene etiam eſt, quod Sexti Iulii Africani beneficio epitomen totius Manethonis habemus. Quae Africanus et Euſebius Pamphili in Chronicis ſuis maximam partem deperditis et depravatis, ex Manethone excerpſerunt, ſervavit Georgius Syncellus in chronographia, circa annum poſt Chr. nat. DCCC confecta, typis expreſſa

reſſa a. 1652 per Iacobum Goar. Quum igitur
Ianethonis opus ipſum non ſuperſit, ſed modo
agmenta per manum ſecundam et tertiam nobis
adita; opera eorum, quam in eruenda ex iſto
eritate poſuerunt, inanis fere eſt atque male lo-
ata. Dynaſtiae illae Manethonis decantatae ſemper
ıanebunt crux hiſtoricorum et chronologorum.
)uo etiam factum, ut omnes fere, qui in ſtadio
to deſudarunt, ſibi contradicant. Quisque alium
iverſumque dynaſtiarum ordinem ſtatuerunt. Alii
Ianethonem, tanquam teſtem fide digniſſimum,
xtollere: alii eundem, ut impoſtorem, contem-
.ere ſolent. Sequentes potiſſimum tenebras Ma-
ıethonicas diſpellere conati ſunt. IOH. SCALI-
ER, qui in opere de emendatione temporum
Ianethonis fragmenta quaedam cum notis edidit;
IARSHAM in Canone chronico; PERIZONIUS
oſtea commemorandus; DES VIGNOLES in
*Chronologie de l'hiſtoire ſainte et des hiſtoires etran-
geres qui la concernent*, et in diſſertatione de an-
ıis Aegyptiacis, inſerta Miſcellaneis Berolinenſi-
ıus . . . .; BENGELIUS in Ordine temporum;
OH. JACKSON in *Chronological Antiquities*, opus
ı *C. E. de Windheim* Theotiſce redditum, paſſim,
ıraecipue Vol. II. p. 256 ſqq. aut p. 417 ſqq. ſecun-
lum hanc verſionem. Anglus doctiſſimus opus
Manethonis magni aeſtimat operamque in eo illu-
ſtrando pertinacem quidem poſuit: at tamen no-
lum haud ſolvit, ſed diſcidit. Nec ſilentio prae-
ereundus eſt FERD. GUIL. BEER in *Abhandlungen
zur Erläuterung der alten Zeitrechnung und Ge-
ſchichte*, licet eius hypotheſis a recentioribus ex-
ploſa fuerit; I. C. BEYER et SEMLER, poſtea no-
ninandi; IOH. CHRISTOPH. GATTERER, qui
n *Einleitung in die ſynchroniſtiſche Univerſalhiſtorie*
(Goetting. 1771. 8.) P. II. p. 293—319 doctiſſime
aeque

aeque ac ingenioſiſſime hoc argumentum perſcrutatus eſt. Ope nimirum aliorum ſcriptorum veterum, Herodoti praecipue et Diodori, ordinem dynaſtiarum Manethonicarum ſine tranſpoſitione vel mutatione numerorum ac nominum eruere ſtuduit. Eo iudice Africanus et Euſebius in apographis ſuis valde quidem inter ſe diſcrepant, differentia haec tamen dynaſtiarum formam et ordinem non turbavit, ſed ſpectat ſolummodo ad ſingulos numeros ac nomina, ad quorum explicationem ſubſidia non prorſus deſint. Contra Gattereri collega CHRISTOPH. MEINERS in libello paullo ante laudato p. 105—128, Manethonem impudentiſſimae fraudis et compilationis ex fontibus admodum turbidis accuſat. Eundem adeo religionis Aegyptiacae inſcium fuiſſe eumque ſtudio mutilaſſe, contendit. HEYNIUS contra, itidem Meinerſii collega, mox laudandus, minus probat, hunc ex ſpuria praefatione et ex locis truncatis et interpolatis ab iis, qui cauſſae conſiliove ſuo inſervientia inde eruere volebant, necdum ad ſaniorem criticam exactis, apud Syncellum, Manethonem nimis cupide damnaſſe et mendacis ſcriptoris notam inuſſiſſe.

Ioh. Annius Viterbienſis librum de regibus Aegyptiorum Latine ſcripſit, eumque Manethoni ſuppoſuit, in *antiquitatum variarum voluminibus*, de quibus v. huius bibl. Vol. I. P. II. p. 16 ſq.

Cf. G. I. VOSSII Tract. de hiſtor. Graecis L. I. p. 89 ſqq.

Diodorus. DIODORUS SICULUS, de quo v. huius bibliothecae Vol. I. P. I. p. 54 ſqq. Libro I potiſſimum, III quoque, V, XI, XV, XVI, XVIII, XIX, XX, et in fragmentis.

Heyne. C. G. HEYNE acutiſſime, ut ſolet, diſputavit *de fontibus et auctoribus hiſtoriarum Diodori et de eius auctoritate ex auctorum, quos ſequutus*

fide aeſtimanda; in *Commentatt. Soc. reg. ſcient. Gotting. per* a. 1782. Vol. V. et quidem in Commentt. hiſt. p. 89 ſqq. ubi interpoſuit *iudicium* maximi aeſtimandum *de omni hiſtoria Aegyptiaca*, *eius fontibus et cauſſis*, *et de modo ac ratione eam interpretandi*. Leguntur ibi p. 104 ſqq. inter alia haec: „Aegre utique ferendum eſt, Diodorum non monuiſſe, quem potiſſimum auctorem in Aegyptiacis ſecutus ſit, ne illud quidem, unumve an plures. Nam ut ipſum a ſacerdotibus, quibuscum congreſſus ſit, ea accepiſſe, quae narravit, ſtatuamus, vetant plura; primo quidem, quod ipſe ſcriptor, quantum invenire potui, nusquam hoc profitetur: contra vero ſe ab Aegyptiis narrata repetere, ſexcenties monet; repetit autem ſic, ut ſatis appareat, eum ex maiore rerum copia utiliora delibaſſe. — Ex ipſis libris ſacris repetere ſua non potuit, quos nec legere nec interpretari potuiſſet, quosque tum ſuperſtites non fuiſſe vel ex hoc colligas, quod tanquam de re praeteriti temporis loquitur, ubi de iis agit. — Eſt etiam in toto libro (primo) perpetuus reſpectus philoſophiae et mythologiae Graecae, maiorque eius ſcientia quam ſuperſtitionis Aegyptiacae. Fit quoque parum probabile, illa aetate, qua Aegyptum adiit, ullum ſuperfuiſſe ſacerdotem Aegyptium ſatis doctum et patriae et Graecae religionis. Etſi nolim negare, manſiſſe etiam in mediocri illa ſacrorum Aegyptiorum conditione ſacerdotum collegia et in iis nonnullos, qui de religionibus et hiſtoriis commentarentur. — Poterant vero etiam ſcriptores ex libris ſacris repetita dicere ea, quae ex ſcriptoribus hauſerant, qui ſacros libros ſequi ſe dixerant. Neque in his mentiendi libidinem ſtatuere neceſſe eſt. Hecataeum Abderitam Diodoro eſſe inſpectum, ſupra docui; potuit eum in religionibus quoque ſequi,

quas ille ex ſacerdotum fide expoſuerat. — Ad antiquiores ſcriptores aliquo loco provocat (c. 6[illegible]), et alio loco *ſe Herodotum et nonnullos ſcriptores* narrationum portenta tradentes deſerere velle ai[t] (c. 69). Quicquid eſt, eum ſcriptores Graecos ſecutum eſſe, qui ad Graecas religiones Aegyptiaca deflexerant, manifeſtum fit." Quod antequam diſertius exponit, praemittit diſſertatiunculam de fabularum Aegyptiarum origine et cauſſis, et de earum interpretatione. Qua in re etiam modeſte contradicit *Meinerſio*, qui ſuum quoque iudicium de Diodori narratione, de rebus Aegyptiorum ſacris praecipue, expoſuit l. c. p. 128 — 153.

Strabo. STRABO libro XVII operis geographici Aegypti geographiam non ſolum accurrate deſcripſit, verum etiam more ſuo quum urbes enumeravit, quae in unaquaque regione clarae fuerunt, commemorat etiam alias res ſcitu dignas. Ex antiquioribus Eratoſthenem, cuius geographica praeter fragmenta perierunt et qui ducentos fere annos ante Strabonem Alexandriae in Aegypto vixit, potiſſimum ſecutus eſt, in nonnullis tamen illi contra dicens, in plurimis ea, quae ipſe in Aegypto obſervavit, referens.

* * *

Excerpta de legibus etc. Ex his aliisque ſcriptoribus antiquis anonymus exhibuit *Excerpta de legibus et inſtitutis Perſicis et Aegyptiacis ex diverſis auctoribus, Graece et Latine*, quae acceſſere Herodoto edit. Pariſ. ap. Henr. Stephan. 1570. fol. a Thom. Gale, Lond. 1679. fol. a Iac. Gronovio, Lugd. Bat. 1715. fol.

Stroth. FRIDERICUS ANDREAS STROTHIUS, Gymnaſii Gothani Rector, ex omnibus veterum ſcriptorum libris delegit, quae hiſtoriae Aegypti veteri cognoſcendae inſervire poſſint, eaque in lucem

edere

edere coepit hac epigraphe: *Aegyptiaca ſeu veterum ſcriptorum de rebus Aegypti commentarii et fragmenta. Pars I*, cui inſunt Herodoti liber II cum parte libri III, et reliquorum librorum fragmentis. *Gothae* 1782. Pars II, complectens Diodori librum I, cum reliquorum librorum fragmentis. *ibid.* 1784. 8. Contextus Graecus ſine verſione exhibetur, cum ſingulorum ſegmentorum argumentis aliorumque ſcriptorum veterum de iisdem rebus relationibus vel teſtimoniis in margine indicatis. Notulae quoque adſperſae, in quibus rationem reddit, ubi ab aliis Herodoti et Diodori editoribus diſſentit. Item in aliis difficilioribus locis, maxime iis, ubi non ſatis auxilii ex aliis capi poſſet, pauca quaedam ad iuvandam lectionem curſim inſtituendam adiecit. Tertia parte Strabonis librum decimum ſeptimum, quarta Plutarchi libellum de Iſide et Oſiride, reliquis fragmenta caeterorum ſcriptorum, Jamblichi, Ariſtidis, Euſebii, Arriani, Geographorum minorum etc. comprehendere, immo etiam LXX virorum verſionis et Flavii Ioſephi excerpta dare voluit: at morte praeventus (a. 1785) telam coeptam pertexere nequivit; quod ut alius quisquam vir doctus peragere velit, vehementer optamus.

IOH. DIETERICI WINCKLERI Diſquiſitio philologica de vero Aegypti etymo, eruditorumque circa illud ſententiis; in eiusd. Diſquiſitionibus philol. (*Hamb.* 1741. 8.) p. 1—14. Winckler.

COELII CALCAGNINI Commentarius de rebus Aegyptiacis; in eiusd. operibus (*Baſil.* 1544. fol.) p. 229—252. Hodie hac compilatione facile carere poſſumus. Poetae laude magis, quam Calcagnini.

 hiſto-

hiſtorici, floruit auctor, Canonicus Ferrarienſis, mortuus a. 1540.

Caſalius. IOH. BAPT. CASALIUS, Romanus, (*ſaeculi ſuperioris*) de veteribus Aegyptiorum ritibus. Romae ex typographia Andreae Phaei 1644. 4. Eadem ratione idem a. 1644 exhibuit Romanorum et a. 1645 Chriſtianorum ritus veteres. Quorum trium libellorum certum exemplorum numerum cum ſibi comparaſſet *Simeon Piget*, librarius Pariſinus, omnibus praefixit hunc titulum: *Sacrae profanaeque religionis vetuſtiora monumenta. Hoc eſt: Symbolicus et hieroglyphicus Aegyptiorum cultus. Sacra ab antiquioribus Diis colendis ſuperſtitioſe adinventa. Et veriores ſacratioresque primorum Chriſtianorum ritus. Opus intentatum hactenus, in tres libros diſtributum, et triplici indice, plurimisque figuris aeneis locupletatum. Auctore* Ioanne Baptiſta Caſalio, *Romano.* Romae, et veneunt Pariſiis apud Simeonem Piget 1646. 4. Tres porro libelli iunctim editi hac inſcriptione: *I. B.* CASALII *de profanis et ſacris veteribus ritibus Opus tripartitum*, cuius Prima Pars *agit de profanis Aegyptiorum ritibus veluti Deorum cultu, ſuperſtitione et idololatria, obeliſcis, funeribus, lingua, characterum varietate, ſymbolis et hieroglyphicis, Iſide etc.* Secunda Pars agit *de profanis Romanorum ritibus* — Tertia Pars agit *de ſacris Chriſtianorum ritibus* — *Editio poſt Romanam, omnium prima, quae in Germania prodiit, quae plurimis aeneis tabulis ornata. Accedunt indices capitum, rerum item et verborum copioſiſſimi et accuratiſſimi.* Francof. et Hannoverae, ſumptibus *Thomae Henrici Hauenſteinii*, Bibliop. Hannov. 1681. 4. Editio raro obvia. Adiecta ſunt eidem epiſtolae Caſalii nonnullae aliaque, quibus editio Romana caret.

Cf. CLEMENT *Bibliotheque curieuſe hiſtorique* T. VI p. 339 ſqq.

NICO

NICOLAI ABRAMI Aegyptius, ſive de Pharaone liber; in *eiusd.* Pharo Veter. Teſt. L. VIII. p. 198—217. Cf. huius bibl. Vol. I. P. I. p. 365 ſq. Abram.

ATHANASII KIRCHERI Oedipus Aegyptiacus; hoc eſt, univerſalis Hieroglyphicorum veterum doctrinae, temporis iniuria, abolitae inſtauratio. Opus ex omni Orientalium doctrina et ſapientia conditum, nec non viginti diverſarum linguarum auctoritate ſtabilitum. *Romae* 1652. 1653. 1654. Tomi III f. Vol. IV. in fol. — Operis rari argumentum hoc eſt: *Tomus I* dicitur *Templum Iſiacum*, et continet chorographiam Aegypti, dynaſtias, politiam, theogoniam, originem idololatriae Aegyptiacae eiusdemque in univerſum mundum, praeſertim ad Graecos, Ebraeos, Romanos, Indos aliosque populos propagationem. *Propylaeum*, quo totius operis ſcopus, cauſſa et occaſio explicatur, hieroglyphicae inſtaurationis rationes, impugnantium argumenta, aliquot capitibus confutantur. *Syntagma I*, Delta Niloticum. Continet chorographiam totius Aegypti in XXX Nomos diſtributae; deſcriptionem deorum, in ſingulis nomis coli ſolitorum, et nomina exhibet; cauſſas incrementi et decrementi Nili, uti et originem eiusdem fluminis, hucusque forſan incognitam, tandem, ſi Diis placet, certo et fideli teſtimonio detegit; dynaſtias regum Aegypti ex multis Orientalium teſtimoniis demonſtrat; ubi et de regibus, ante et poſt diluvium Moſaicum, eorumque geſtis, ex mente Arabum, ample tractatur. *Syntagma II*, Politia Aegyptiorum. Agitur de regum vita, moribus atque in regno adminiſtrando ratione; item de legibus, inſtitutis et variis ſubditorum claſſibus. *Syntagma III*, Theogonia ſeu Architectura Deorum. In eo agitur de origine ſuperſtitionis Aegyptiacae et propagatione eiusdem, ad Graecos Kircher.

et Romanos facta; item de Oſiride, Iſide, Apide, Serapide, Canopo, caeteriſque numinibus Aegyptiacis; de caerimoniis denique et ritibus, in eorum honorem inſtitutis, brutorumque cultu, varie et fuſe agitur. Simul oſtenditur, Graecorum Romanorumque idololatriam prima fundamenta ab Aegyptiis ſuſcepiſſe. *Syntagma IV*, Pantheon Hebraeorum. In eo de variis Hebraeorum, Syrorum, Chaldaeorum, Perſarum, Samaritanorum, aliarumque Aegypto vicinarum gentium idolis, lucis, aris, ſacrificiis, agitur; atque adeo comparatione quadam inſtituta, omnem harum gentium idololatriam ritusque ab Aegyptiis primum promanaſſe, demonſtrare auctor conatur. *Syntagma V*, *Simia Aegyptiaca.* Ubi agitur de Indorum, Sinenſium, Iaponum, Tatarorum, Mongorum, et novi orbis idololatria eiusque ad Aegyptiacam affinitate. *Tomus II* dicitur *Gymnaſium* ſ. *Phrontiſterium hieroglyphicum*, in XII claſſes diſtributum; in quibus encyclopaedia Aegyptiorum, Graecorum caeterorumque Orientalium, recondita ſapientia, per artificioſum ſacrarum ſculpturarum contextum, demonſtrata, inſtauratur. Et ſic *Tomi II. Partis I Claſſis I* eſt ſymbolica, qua univerſa ſymbolicae Inſtitutionis ratio in genere et in ſpecie explicatur. *Claſſis II* grammatica. Primaeva characterum litterarumque inſtitutio, uti et artium ſcientiarumque prima fundamenta pertractantur. Inter alia et de numis, a regibus Iſraël cuſis, agitur. *Claſſis III* Sphynx Myſtagoga. Myſtica Zoroaſtris, Orphei, Triſmegiſti, Pythagorae, Phoenicum quoque, Chaldaeorum Graecorumque philoſophorum et poëtarum abſtruſa pronunciata, ad mentem Aegyptiorum, explicantur; atque adeo omnia ex hieroglyphicis ad iſtos profluxiſſe demonſtratur. *Claſſis IV* Cabalica. Univerſa Hebraeorum Cabala per-

ertractatur, eiusque cum hieroglyphicorum do-
trina affinitas demonſtratur. *Claſſis V* Cabala Sa-
acenica, cuius affinitas cum Hebraica exponitur.
Claſſis VI ſyſtematica mundorum. Quadruplicis,
nundi archetypi, angelici, ſiderei et elementaris
rigo et diſpoſitio, ex mente Chaldaeorum, Sy-
orum, Arabum et Aegyptiorum, explicatur. *To-
ni II Partis II Claſſis VII* mathematica hierogly-
hica. Complectitur quadrivium mathematicam
. e. Arithmeticam, Geometriam, Muſicam. et
Aſtrologiam. *Claſſis VIII* mechanica ſ. architecto-
ica. Inveſtigatur prodigioſarum, Aegyptiis uſita-
arum, machinarum conſtructio. *Claſſis IX* iatrica,
. Medicina hieroglyphica. Aegyptiorum in me-
lendo ratio et methodus declaratur; ut et de her-
is, lapidibus, animalibus, amuletis medicativis et
xorciſmis, multa curioſa — et inepta — ex hie-
oglyphica doctrina eruuntur. *Claſſis X* chymica.
Alchymia hieroglyphica eiusque myſteria, hiero-
lyphice exhibita, pertractantur. *Claſſis XI* ma-
ica ſ. magica hieroglyphica. Originem oraculo-
um et divinationum, Aegyptiis uſitatarum ſpecies,
culpturas magicas, amuleta, phylacteria et pe-
iapta, Gnoſticorum praeterea teleſmata et Camaea
uſe, una cum ſuperſtitionum occurrentium con-
utatione, ad hieroglyphicorum intelligentiam,
aec claſſis exponit. *Claſſis XII* Theoſophia me-
aphyſica ſ. Theologia hieroglyphica. In hac ve-
erum, Zoroaſtris, Hermetis, Orphei, Pythagorae,
Platonis, theologia, cum Aegyptiaca comparata,
ontes hieroglyphicae doctrinae aperit. Plura fere
bſona hic occurrunt, quam antea; v. c. SS. Tria-
is myſterium iam tum ab Aegyptiis, a primis
nundi Patriarchis, ſucceſſiva traditione, acceptum,
ario hieroglyphicorum ordine, exponitur; ange-
orum et daemonum natura atque in ſingulas

 mun-

mundanarum rerum claſſes praeſidium eorundemque deſcenſus attractusque, cum variis caerimoniis ritibusque, in ſacrificiis, per ſuffumigia, odoramenta, herbas, lapides peragi ſolitis, deſcribitur. *Tomus III Theatrum hieroglyphicum* h. e. nova et hucusque intentata obeliſcorum caeterorumque hieroglyphicorum monimentorum, quae tum Romae tum in Aegypto ac celebrioribus Europae muſeis adhuc ſuperſunt, interpretatio. Atque in eo occurrunt Diatribe praeluſoria I. II. III et IV. *Syntagma I*. Menſae Iſiacae ſ. Tabulae Bembicae interpretatio. *II*. Obeliſcus Rameſſaeus ſ. Lateranenſis. *III*. Obeliſcus Flaminius, olim Sennesertaeus. *IV*. Obeliſcus Salluſtius ſ. Ludoviſius. *V*. Obeliſcus Veranus ſ. Barberinus. *VI*. Obeliſcus Conſtantinopolitanus, a Theodoſio Imp. in Hippodromo Byzantino olim erectus. *VII*. Obeliſci minores, ut ſunt Monticoelius, Mediceus et Mahuleus. *VIII*. Obeliſcus Heliopolitanus. *IX*. Obeliſcus Alexandrinus eiusque interpretatio. *X*. Obeliſcus Florentinus eiusque interpretatio. *XI*. Obeliſci raſi, ut ſunt Exquilinus et Vaticanus. *XII*. De fragmentis variorum Obeliſcorum, quae in orbe hodie ſuperſunt. *XIII*. De Mumiis earumque conditoriis et hieroglyphicorum, quibus inſcribuntur, ſignificatione. *XIV*. De Canopis hieroglyphicis eorumque interpretatione. *XV*. De Sphyngibus Niloticis, earumque vera ſignificatione. *XVI*. De Penatibus, Laribus et Serapibus Aegyptiorum. *XVII*. De magnae efficaciae idolis ſ. de Diis Averruncis primi ordinis. *XVIII*. De ſtatuis Aegyptiacis polycharacteriſticis i. e. toto corpore hieroglyphicorum contextu conſpicuis. *XIX*. De Amuletis et Periaptis caeterisque portatilibus icunculis, quibus Aegyptii utebantur. *XX*. De lucernis veterum Aegyptiorum.

Cf.

Cf. SERPILII *Nachrichten von raren Büchern* p. 186 – 237.

Eiusdem Obeliſcus Pamphilius, *) hoc eſt, interpretatio nova et hucusque intentata Obeliſci hieroglyphici, quem non ita pridem ex veteri hippodromo Antonini Caracallae Caeſaris in agonale forum tranſtulit, integritati reſtituit, et in urbis aeternum monimentum erexit Innocentius X, Pont. Max. In quo poſt varia Aegyptiacae, Chaldaicae, Hebraicae, Graecanicae antiquitatis doctrinaeque, qua ſacrae, qua profanae monumenta, veterum tandem Theologia hieroglyphicis involuta ſymbolis detecta, e tenebris in lucem aſſeritur. Romae 1650. fol.

Eiusdem Obeliſci Aegyptiaci, praeterito anno inter rudera templi Minervae effoſſi, interpretatio hieroglyphica, nova methodo tradita. ibid. 1666. fol. — Omnibus operibus Kircherianis, in primis hisce, caute utendum probeque attendendum, utrum, quod dicit, probet aliunde argumentis idoneis. Credi enim huic homini ventoſo ſimpliciter non poteſt, quia fingit plurima. Recte etiam *Morhofius* in Polyhiſt. T. II. L. II. P. I. cap. IV. §. 1 de his voluminibus, in quibus antiquitates Aegyptiacas tractat, iudicat. „Praeter illa, inquit, quae ex veterum monumentis in omnium manibus ſunt, nihil magnopere adfert, niſi quod tamen diligenter ex omnibus auctoribus collegerit, quae ad rem Aegyptiacam ſpectant. Ingenio tamen ipſe ſuo quin indulgeat in hieroglyphicorum explicatione, nullus dubito. Facile enim ex analogia et combinatione rerum et perpetua ſchematiſmorum comparatione per coniecturam quaedam explicari

*) In honorem Innocentii X, qui antea vocabatur *Io. Baptiſta Pamphilius*.

poſſunt; qui an re vera ſenſus Aegyptiorum fuerint, non equidem temere dixerim. Ingenium tamen eius ςοχαςικὸν in figurarum illarum compoſitione et diiudicatione laudem ſuam meretur. Digreſſiones quoque plurimae eius ſunt, quibus molem libri auget; ſed quae ad rem litterariam Aegyptiorum non niſi ex accidenti, aut aliqua ſimilitudine, reductae videntur. Caeterum in ſingulis ſcientiis, ſecundum quas partitus eſt libros ſuos, Aegyptios excelluiſſe oſtendit locis non paucis, quae plena manu ferit."

Marsham. Brevior, ſed et accuratior et doctior eſt in veteribus ritibus ac conſuetudinibus Aegyptiis exponendis IOANNES MARSHAM, Anglus Eques auratus, in cuius *Canone chronico Aegyptiaco, Ebraico, Graeco*, (de quo ſupra Vol. I. P. II. p. 23) multa Aegyptiarum antiquitatum capita docte illuſtrantur. Viſus tamen eſt in eo peccare, quod longe iunioribus teſtibus pro rebus tam antiquis depugnans, Ebraeos ritus pleroſque omnes ex Aegyptiorum inſtitutis derivat. Ex iis, qui contra eum calamum moverunt, praeter Perizonium, ſtatim excitandum, et Witſium, ſectione huius capitis tertia recenſendum, huc pertinet:

Tournemine. RENÉ JOSEPH TOURNEMINE in *Diſſertation ſur le ſyſteme des Dynaſties d'Egypte du Chevalier Marsham;* in *Mémoires de Trevoux*, Sept. 1702. p. 172—183. ed. Amſt. — Ibid. Novemb. 1703. p. 379—383 exſtat: *Defenſe du ſyſteme de Marsham ſur les Dynaſties d'Egypte.*

Conring. HERMANNI CONRINGII de Aſiae et Aegypti antiquiſſimis Dynaſtiis adverſaria chronologica; in *I. G. Graevii* Collect. diſſ. rar. (*Traj. Bat.* 1716. 4.) p. 139 ſqq. et in Conringii Opp. (*Brunſv.* 1730. fol.) T. V. p. 106 ſqq.

IACOBI

IACOBI PERIZONII Aegyptiarum originum et temporum antiquiſſimorum inveſtigatio in qua Marshami Chronologia funditus evertitur, tum illae Uſſerii, Cappelli, Pezronii aliorumque examinantur et confutantur; exſtat cum *eiusdem* Originibus Babylonicis. *Lugd. Bat.* 1711. 8. *ibid.* curante *Car. Andr. Dukero* 1736. 8. *) — Capite I commemorata Aegyptiae gentis et regni antiquitate, Perizonius in Aegypti nomen inquirit. Cap. II diſſerit de immenſa et abſona antiquitate, ab Aegyptiis iactata, et a rerum Aegyptiacarum ſcriptoribus immenſum in modum aucta, obſervatque, ex Aegyptiorum chronologia nihil certi poſſe conſtitui, et miratur, viros doctos non modo continuam regum ſeriem ex illis Aegyptiorum dynaſtiis et chronicis confeciſſe, ſed et ad certa tempora ſingulos retuliſſe, quaſi in media rerum clariſſimarum ac notiſſimi temporis luce verſarentur. Cap. III docet, chronologiam ex ſolis regum nominibus et annorum numeris confectam eſſe incertiſſimam, quia numeri, unica olim littera notati, facile potuerint excidere, aut turbari: at longe certiorem eſſe illam, quae ex ſynchroniſmo rerum hiſtoricarum conſtituatur. Hoc ipſum Cap. IV oſtendit ſigillatim Aegyptiorum chronologiam, in qua maxima varietas, diſcrepantia et confuſio reperitur. Quod ut manifeſtum fiat, confert ipſas dynaſtias veteris chronici, quod memorat Georgius Syncellus, et Manethonis, unde ſua habent Iulius Africanus et Euſebius, ſicuti ex his porro Syncellus. Cap. V Manethonis dynaſtias, quas Scaliger tantopere extollit, longe ſupra initium mundi, immo plus ſaeculis XIII, adſcendere docet, reiicitque Eratoſthenis catalogum regum Thebanorum, quem Marshamus laudat, quia nihil ille iuvet Perizonius.

*) Cf. ſupra Vol. I. P. II. p. 25 ſq.

iuvet in chronologia et hiſtoria Aegyptiorum ordinanda. Cap. VI pergit auctor in refellendo Marshamo, qui perperam nectat quaſi proximos ſucceſſores regibus Thebanis Eratoſthenis reges Dioſpolitanos dynaſtiae duodevigeſimae Manethonis, ut hypotheſin ſuam tueatur, qua ex Mene facit Chamum, et ex Seſoſtri Seſacum. Probat vero Perizonius, Dioſpolitanos reges Manethonis tempore, et ipſo regno diverſos fuiſſe ab urbis Thebanae regibus. Cap. VII contra eundem Marshamum evincit, complures Manethonis Dynaſtias in unum tempus ſimul conferri non poſſe. Cap. VIII agit de celeberrimo illo Herodoti Seſoſtri. Cap. IX provocat ad ſuffragia Graecorum ac ipſius Manethonis Aegyptii, qui Seſoſtrim uno conſenſu antiquiorem faciunt bello Troiano. Cap. X examinat et refellit Pezronii ſententiam, qua, ſe dynaſtias Manethonis ita ordinaſſe, iactat, ut nihil opponi poſſet. Tandem cum Conringius, Stillingfleetus, aliique reiiciant Manethonis dynaſtias, tanquam incertas et fabuloſas, et Herodoti chronologiam praeferant, Cap. XI oſtendit, neque ex hac Herodoti, neque ex Diodori narratione certi quidquam hauriri poſſe, ad chronologiam Aegyptiorum ante Pſammetichum per ſuos annos recte ordinandam. Miratur igitur Cap. XII, viros doctiſſimos, Iacobum Cappellum et Uſſerium, atque, qui his praeivit, Euſebium, certos annos ſingulis antiquiſſimorum regum adſcripſiſſe, et de paucorum annorum diſcrepantia alios aliquando refutaſſe, vel correxiſſe, cum pariter nullis idoneis principiis niterentur. Refutatis ita aliorum ſententiis, Cap. XIII qualemcunque rerum Aegyptiacarum ſeriem ex ſynchroniſmis hiſtoricis tantum conficiendam, et facta factis potius conferenda eſſe cenſet, quam annos annis, quod inter τὰ ἀδύνατα refert.

Caete-

Caeterum in conſtituendis rebus et ſynchroniſmis Aegyptiorum initium ducit, non ex primis regibus, in quibus nullum omnino habet idoneum probandi quidquam documentum, ſed ab ultimis, qui iam liquida et certa ratione ex ſacra, immo et Graeca hiſtoria probari poſſunt. Arripit ergo Pharaonem Nechonem, qui ultimis annis Ioſiae, Iudaeorum regis, vixit; alios inde reges Aegyptiacos proſequitur capitibus XIV et XV. Cap. XVI de Seſoſtride ex profeſſo agit, multisque probat argumentis, eius aetatem nec ad tempora Rehabeami deiiciendam, nec ad tempora ſupra Moſen, ſed ad tempora iudicum Hebraeorum, vel ad illud intervallum, quod inter exitum Iſraëlitarum ex Aegypto ad bellum Troianum interceſſit, referendam eſſe. Cap. XVII Seſoſtridis filium incertum eſſe ait, ſuſpicaturque, imperium eius neutiquam fuiſſe diuturnum, ſed cum eo deſiiſſe. Nec dubitat auctor, quin Ninus aliquamdiu poſt Seſoſtridis demum mortem Aſſyriae ſuae nomen extulerit in celebritatem et magnam partem Aſiae ſibi ſubiecerit. Hinc progreditur Cap. XVIII ad exitum Moſis et Iſraëlitarum ex Aegypto. Vix definire audet, ſub quo proprie Aegyptiorum rege Iſraëlitae ſeu Paſtores exierint ex Aegypto. Cumque hos Paſtores, quorum dynaſtias Manetho refert, ab Iſraëlitis diverſos fuiſſe, plerique cenſeant eruditi, Perizonius cum Ioſepho plane eosdem putat, eamque ſententiam multis argumentis Cap. XIX confirmat. Cap. XX diſcrepantiam quorundam momentorum, a Marshamo oppoſitam, removet, dubiumque a miſera Iſraëlitarum ſervitute, et Paſtorum imperio in Aegyptios exercito ſumtum, ita diluit, ut nullum fuiſſe Paſtorum regnum credat, et illud aeque ac eorum nomina et ſucceſſionem a Manethone videri confectum. Cap. XXI docetur,

tur, e primis XIV vel XV Manethonis dynaſtiis ante adventum Paſtorum, nihil certi erui poſſe ad hiſtoriam aut chronologiam cum aliarum gentium hiſtoriis comparandam, immo confictas eas videri, ad antiquitatem gentis Aegyptiae extollendam. Tandem cum poſt Pharaonem Nechonem, unde auctor initium cepit, et ad ſuperiora Aegyptiacae hiſtoriae tempora recte ordinanda progreſſus eſt, exigua tantum ſuperſit veteris Aegyptiorum regni lacinia, multis difficultatibus implicita, illam etiam Cap. XXIII et XXIV diligenter excutit, de eaque ſcriptores ſacros atque profanos in qualemcunque concordiam redigere ſtudet. Vel ex hac brevi tabella intelligitur, quantum haec hiſtoriarum pars debeat acumini et doctrinae Perizonii, eamque potiſſimum hac ex cauſa exhibuimus, ut cognoſcatur, recentiores paſſim Perizoniana pro ſuis vendidiſſe.

Cf. Acta Erud. a. 1712. p. 537—543.

Jameſon. GUILIELMI JAMESON, Praelectoris Hiſtoriarum in Univerſitate Glasgovienſi († 1720) Spicilegia antiquitatum Aegypti atque ei vicinarum gentium. *Glasguae* 1720. 8. — Auctor alium plane ordinem tenet, quam Perizonius; alius quoque illi finis. In nonnullis ab hoc diſſentit. Praeter antiquitates Aegyptiacas fuſe etiam agitur de Aſſyriacis, Babylonicis, Medicis, Perſicis, Scythicis, Syriacis, Hebraicis. Dictio admodum inaequalis, plenusque liber mendarum typographicarum.

Banier. *Lettres à M. H*** ſur les premiers Dieux ou Rois d'Egypte (par l'Abbé* BANIER) à Paris 1733. 8.

Fourmont. Huc quoque ſpectant STEPHANI FOURMONT *Reflexions critiques ſur les hiſtoires des anciens peuples Chal-*

haldéens, Hebreux, Phéniciens, Egyptiens, Grecs etc. ſqu' au tems de Cyrus. Cf. ſupra Vol. I. P. II. p. 26.

Deſcription de l'Egypte, contenant pluſieurs Re-arques curieuſes ſur la Geographie ancienne et mo-erne de ce païs, ſur ſes Monumens anciens, ſur les Moeurs, les Coutumes, et la Religion des Habitans, ur le Gouvernement et le Commerce, ſur les Animaux, Arbres, les Plantes etc. Composée ſur les Mémoi-s de M. (BENOIT) DE MAILLET, *ancien Conſul France au Caire, par M. l'Abbé* LE MASCRIER. *uvrage enrichi de Cartes et de Figures.* à Paris 735. 4. à la Haye 1740. II Voll. in 8. — Et hic ber inter praeſtantiores ſuper Aegypto referendus uiusque notitia paullo plenior exhibenda eſt. Au-tor, *Benedictus de Maillet*, anno poſt C. n. 1692, etatis ſuae trigeſimo tertio, a rege Galliarum in Aegyptum miſſus eſt, ut ibi rebus Francogallo-um, mercatoriis in primis, proſpiceret (*au Con-ulat général de l'Egypte*). Quod cum per annos edecim dexterrime egiſſet, rex eum legati munere rnatum in Abyſſiniam ire iuſſit. Poſtea ſex an-os Liburni commoratus eſt, eodem munere, quo Aegypto, functus. Tandem commerciorum auſſa miſſus eſt in urbes mercatura florentes Afri-ae ſeptentrionalis et Orientis. Poſt reditum la-orum ſtipendia lauta ferens, mortuus eſt neſcio uo anno. Eum tamen adhuc vixiſſe, cum *le Maſcrier* ex eius ſchedis deſcriptionem, quam in-icamus, condiderit, ex huius praefatione intelli-itur. Per omne igitur tempus iſtud Mailletus ulta Aegyptiaca memorabilia, quae ipſe obſer-averat diligenterque ſcrutatus erat, litteris man-avit. Studio veterum ſcriptorum iunxerat linguae rabicae peritiam, qua ſuffultus non ſolum cum colis felicius verſari, ſed etiam hiſtoricos Ara-um, quorum multi in manus eius venerant, legere

de Maillet et le Maſcrier.

legere poterat. Acceſſere epiſtolarum commerci
cum Chriſtianis Aegyptiacis, cum Patriarchis Grae-
corum et Coptorum, cum Abbate montis Sin.
et cum miſſionariis diverſis, qui Chriſtianos t.
dictos ſchiſmaticos cum eccleſia Romano-Catho-
lica coniungere ſtudent. Editor omnia, quae a.-
ctor chartae mandaverat, epiſtolis XIV complex.
eſt; quarum *prima* de Aegypto in genere ag.
potiſſimum de eius ambitu et finibus, indole na-
turali, ſolo, aqua, urbibus et oppidis, incolis.
Comparatur ſimul Aegyptus antiqua et nova. Ep.-
ſtola *ſecunda* Nili memorabilia ſiſtit, v. c. origine.
huius fluvii, ſuper qua re ſententiae adſunt dive-
ſiſſimae, fertilitatem, cataractas, aquaeductus ſtu-
pendae artis et antiquitatis, quibus Nili aqua in
deſerta Libyae arida deducebatur, peregrinationes
religioſas, olim uſitatas, navigationesque in N.
hodie adhuc ſolennes. Epiſtola *tertia* exhibet Ae-
gypti diviſionem in ſuperiorem et inferiorem atque
deſcriptionem Deltae, urbium Damietae et Ro-
ſettae, lacus Sirbonis, aliorumque locorum me-
moratu dignorum. *Quarta* deſcriptionem Alexan-
driae veteris ac novae; *quinta*, Cahirae; *ſexta*
Pyramidum, maximae potiſſimum. *Richardus Po-
coke*, qui eandem vidit et examinavit, deſcriptio-
nem aeque ac delineationem ita accuratam iudi-
cavit, ut hanc operi ſuo immortali adiiceret, illam
lectoribus ſuis commendaret. Haud minore ſtudio
auctor in epiſtola *ſeptima* de Mumiis differit. Nihil,
quod non ipſe viderit, exponit. Memorabilia quo-
que ſunt, quae de veteri urbe Memphide praefixit.
In epiſtola *octava* progreditur ad deſcriptionem Ae-
gypti ſuperioris, monimentorum antiquorum ibi
repertorum, locorum deſertorum, monaſterii S.
Antonii celeberrimi etc. Reliquae epiſtolae alte-
ram quaſi operis partem, novis paginis ſignatam,
con-

conſtituunt. *Nona* igitur brevem continet Aegypti hiſtoriam naturalem, non quidem tanti aeſtimandam, quanti reliquae operis partes: haud tamen prorſus ſpernendam; certe auctoris coniecturae de Loto, Papyro, Ibide et Ichnevmone conſideratione non ſunt indignae. Maioris momenti ſunt, quae in epiſtola *decima* de religione Aegyptiorum veterum et recentiorum, partim ex ſcriptoribus antiquis, partim ex libris hiſtoricorum Arabicorum, traduntur. Iucunda ſunt, quae in *ep. XI* de moribus Aegyptiorum, praecipue hodiernorum, traduntur. *Duodecima* exhibet Aegypti formam civilem et militarem recentiorem. *Decima tertia* ſtatum recentiorem artium et commerciorum, cum auctoris conſilio, quo modo Europae et Aſiae commercia ope maris rubri coniungi poſſint. *Epiſtola XIV* et ultima agit de ratione in Aegypto peregrinandi, cum plures homines ad iter perficiendum ſe conſociant (*Caravanen*), praecipue Meccam viſendi gratia, ubi ſimul de hac urbe et de Medina, de Muhammedis ſepulcro etc. diſſeritur. — Studium editoris, relationes boni Mailleti ornandi et amplificandi, veritati haud raro offeciſſe videtur. — Libro praefixa eſt deſcriptio machinarum pnevmaticarum et experimentorum, a Muſſchenbroekio cum iisdem inſtitutorum, quae quo modo hunc locum invenerint, divinare nequimus.

M. L. L. M. (i. e. JEAN BAPTIST LE MASCRIER † 1760) *Idée du gouvernement ancien et moderne de l'Egypte, avec la deſcription d'une nouvelle pyramide, et de nouvelles remarques ſur les moeurs et les uſages des habitans de ce pays.* à Paris 1743. II Partes in 12 mai. — Appendicis quaſi loco operi praecedenti hic liber aeſtimandus. Auctor vero in hiſtoria antiqua nec Herodotum nec Diodorum eſt ſecutus, ſed dynaſtias Manethonis, vel potius M. L. L. M. ſ. le Maſcrier.

potius conie&ctuml;turas Pauli Pezronii. Diſſertatio, prooemii loco poſita, in eo maxime eſt, ut demonſtretur, hiſtoriam recentiorem antiquae longe eſſe praeferendam. Auctor vero tantum abeſt, ut iudicis competentis perſonam in hac lite dirimenda egerit, ut potius invidia erga ſcriptores quosdam celebriores et ignorantia critices ductus, paſſim miſere titubaverit. In ipſa deinceps priore commentatione regionem ante omnia Aegyptiacam laudat, ubi artes et litterarum ſtudia ſint inventa, undeque caeteris cum gentibus communicata. Quae poſtea de hiſtoria Aegypti antiqua diſputantur, ob cauſſam iam allatam vix ullius uſus ſunt. Memoratu digniora, quae ad ſtatum Aegypti hodiernum cum civilem tum religioſum pertinent.

Cf. Nova Acta Erud. a. 1748. p. 273 ſqq.

Koch. IACOBI KOCH (antiſtitis eccleſiae S. Nicolai Lemgovienſis † 1772) *Pharos, das iſt, unverhofft aufblickendes Licht in den dickeſten Finſterniſſen der älteſten Aegyptiſchen Hiſtorie, zur ſichern Beſtätigung und klaren Erörterung vieler Moſaiſch-bibliſchen Erzählungen, ſonſt auch zum nützlichen und nöthigen Supplement verſchiedener von Aegyptiſchen Sachen handlender gelehrten Werke, ſonderlich der beliebten Prideaux- und Shukfordiſchen Harmonie der heiligen und Profanſcribenten, auch der Chronologie des ohnlängſt entſiegelten Daniels.* Lemgo 1741. 4. — Libri ſcopum, titulo indicatum, auctor maximam partem aſſecutus videtur: varia tamen inſunt, quibus alii, v. c. *Baumgarten* in notis ad T. I. hiſtoriae univerſalis ex ſermone Anglico in Theotiſcum verſae, contra dixerunt.

Bouhier. IOH. BOUHIER in *Recherches et Diſſertations ſur Herodote* (à Dijon 1746. 4mai.) ſupra Vol. I. P. I.

P. L. p. 53 a nobis laudatus, capite huius operis VII Chronologiam regum Aegypti Herodoteam examinat. Aegyptiis unice id curae cordique fuiſſe contendit, ut origines gentis ſuae ſuper omnem modum proferrent, eumque in finem hiſtoriam vetuſtiorem fabulis ineptis vehementer corrumperent. Prudenter igitur Herodotum, praetermiſſa longa illa regum fabuloſorum ſerie, hiſtoriam auſpicatum eſſe a Seſoſtri, gentium paene omnium annalibus celebrato. Herodotum in hiſtoria Aegyptiorum ducem eſſe longe tutiſſimum, et cui cum paginis ſacris omnium optime conveniat.

CHRISTOPH WILHELM BEYERS, Inſpectoris et Paſtoris Wolmirſtedto - Magdeburgici, *Grundſätze der Aegyptiſchen Zeitrechnung;* in *Sammlung von Erläuterungsſchriften und Zuſätzen zur allgemeinen Welthiſtorie* (Hal. 1747. 4.) T. I. p. 1 - 114. — Poſt cenſuram ſcriptorum veterum de Aegypto, quorum unicuique pretium quoddam tribuit, auctor principia chronologiae Aegyptiacae exhibet, ſecundum quae Manethonis potiſſimum dynaſtiae ordinandae et diiudicandae ſint. Ex his etiam ſeriem regum Aegypti vetuſtiorum magno cum eruditionis et ingenii apparatu ſtruere ſtudet. Adnexa eſt tabula regum chronologica. In multis, praecipue in Manethonis dynaſtiis ordinandis, aliter ſentit atque acumen haud vulgare in examinanda chronologia Aegyptiaca exſerit. Beyer.

IOH. SALOMO SEMLER in *Anmerkungen zur Aegyptiſchen Geſchichte im erſten Theil der allgemeinen Welthiſtorie;* ibid. p. 403 — 442. Semler.

DOMINICUS JAUNA, cuius *Hiſtoire générale de royaumes de Chypre, de Jeruſalem, d'Armenie et d'Egypte* etc. (à *Leide* 1747. 4.), ſupra Vol. II. P. I. Jauna.

p. 99 ſqq. meminimus, vel titulo monente, quoque de Aegypti hiſtoria diſſeruit. Quae de hiſtoria antiqua et de hieroglyphicis figuris litteris conſignavit, rectius abeſſe poterant: eo gratius eſt diſſertatio, in qua recentiorem Aegypti ſtatum delineavit. Ipſe enim a. 1702 terram iſtam viſit. Aërem, ſitum, Nilum, animalia, urbes, homines, domosque, maxime vero formam gubernationis atque commercia, cura haud vulgari deſcripſit. Oſtendere ſtudet ſingulari diſſertatione rationem, qua Aegyptus et Cyprus poſſint redigi in Chriſtianorum poteſtatem.

d'Artigny. D'ARTIGNY *Obſervations ſur les Antiquitez des Egyptiens et des Chaldéens;* in eiusdem *Nouv. Mémoires d'Hiſt. de Crit. et de Litterat.* (Pariſ. 1749) T. I. p. 10—22.

Jakſon. IOH. JAKSON in opere doctiſſimo: *Chronological Antiquities* etc. (*Lond.* 1752. 4.), de quo alibi agemus, permulta quoque ex eruditionis et ingenii ſui theſauro expromſit ad illuſtrandas Aegypti antiquitates, maxime ad chronologiam explanandam. In dynaſtiis Manethonicis rectius collocandis et explicandis multum deſudavit. V. verſio libri Theotiſca p. 416—635.

d'Origny. (PIERRE) D'ORIGNY, *Chevalier de l'Ordre Royal et Militaire de S. Louis, ci-devant Capitaine des Grenadiers au Regiment de Champagne* († . . . .) *l'Egypte ancienne, ou Mémoires hiſtoriques et critiques ſur les objets les plus importans de l'hiſtoire du grand Empire des Egyptiens.* à Paris 1762. II Partes in 12 mai. — Idem ſcriptor antea ediderat: *Diſſertations où l'on examine quelques queſtions appartenantes à l'hiſtoire des Egyptiens;* atque: *Chronologie des Rois du grand Empire des Egyptiens;* poſtea vero: *Chro-*

Chronologie du grand Empire des Egyptiens (Paris 1765. II Voll. in 12,); libros, de quibus nil niſi inſcriptiones nobis innoteſcunt. Quod vero ad hiſtoriam eius Aegypti antiquam attinet, ſequentia referre poſſumus. Vetuſtiſſimam Aegypti hiſtoriam illuſtrare auctor ſtudet; nam *magnum Aegyptiorum imperium* illi eſt tempus, quo Aegyptus per XVII ſaecula reges indigenas habuiſſe dicitur. Contra Herodotum probare conatur, Aegyptum inferiorem olim minime fuiſſe ſinum maritimum. De finibus et ambitu Aegypti veteris docte diſſerit; ſic etiam de fertilitate terrae miranda, de geographia veteris Aegypti, de ſcriptura Aegyptiorum, cuius duo tantum genera ſtatuit, vulgarem et characteres hieroglyphicas. Pars altera fere omnis verſatur in illuſtranda idololatria, mythologia, univerſaque religione veterum Aegyptiorum. Quo in negotio coniecturas *Pluchii* (in *Hiſtoire du Ciel*) diluere nititur: num vero quas loco earum ponit, vero ſimiliores ſint, alii videant. Cognationem mythologiae Aegyptiacae atque Graecae maxime diſquirit. Quibus in rebus facile ſuperatur a Jablonskio noſtro, cuius Pantheon Aegyptiacum Francogallum doctum latuit. In fine operis agitur de Obeliſcis.

D'ANVILLE *Mémoires ſur l'Egypte ancienne et moderne, ſuivis d'une deſcription du Golfe Arabique ou de la Mere rouge.* à Paris 1766. 4 mai. Cum tabulis geographicis aliisque figg. aen. — Argumentum operis doctiſſimi duplex eſt. Maior eius pars usque ad p. 218 agit de Aegypto, minor de mari rubro. Primo loco ſubſidiorum, quibus in libro condendo uſus eſt, rationem reddit. Praeter alia notat atro carbone tabulas geographicas XXIX, Nili curſum repraeſentantes, adiectas Nordeni itinera- d'Anville.

 nera-

nerario. Latitudine Aegypti conſtituta, de eiusdem ambitu in littore maris mediterranei diſſerit; poſtea, de finibus ſpatiove vallis, quam Nilus rigat et percurrit; de quantitate terrae ſ. ſoli, agriculturae apti; de diviſione Aegypti in provincias, aevo antiquo ac recente uſitata; de Nili brachiis et oſtiis; de Alexandria et Pharo, cum ichnographia veteris ac novae urbis Alexandriae meliore, quam antehac exſtiterat; de vicinia huius urbis, ac de parte Aegypti inferioris, ſiniſtro lateri brachii Nili Canopici obiacente, ut et de memorabilibus deſerti Nitrici; de Delta inter oſtium Canopaeum et Damiaticum, itaque de urbe Roſetta, Sebennyto, aliisque; de Delta inter oſtium Damiaticum et Peluſiacum et de littore maris usque ad Aegypti fines, de Damiata igitur, Dioſpoli et aliis; de Aegypto inferiore in regione Nili orientali, ubi de Athribi, Leontopoli, Bubaſto etc. de canale, a Cahira vetere usque in mare rubrum ducto, de ſitu Heroopoleos potiſſimum; de urbe Cahira, in qua deſcribenda nota tritave ſilentio praeterit, potiusque minus vulgaria exhibet; de Memphide ac Pyramidibus; de lacu Moeride et Labyrinthis (deſcriptiones horum monimentorum minus exhibentur, quippe quarum plures exſtant, quam ſitus locorum, ubi fuerint vel adhuc ſint, conſtituuntur); de Aegypto media ſ. Heptanomide; de Thebaide usque ad Thebas et ad Nili cataractas. — In deſcriptione geographica maris rubri ſ. Erythraei (p. 219 — 277) auctor primum luſtrat et examinat littus Pricanum usque ad promontorium Calmes; deinde littus Arabicum usque ad promontorium Badea prope Meccam; porro a promontorio Ras-Bad usque ad Bab-el-Mandeb; denique reliquum littus Africanum maris rubri.

Cſ.

Cf. GATTERERI *hiſtor. Bibl.* T. XI. p. 27 — 130 ubi editor ipſe amplam operis epitomen, adſperſis animadverſionibus criticis, tradidit.

JACOBUS BRYANT in *Obſervations and Inquiries relating to various Parts of ancient Hiſtory* Lond. 1767. 4.) quoque res Aegyptiorum veterum ſtupendis eruditionis opibus acumineque ſublimi excuſſit. Quam telam Bochartus, Marshamus, Hydius et Pocokius coepere, continuare ſtuduit, osque haud raro erraſſe demonſtravit: attamen, modeſtia ductus, ſine horum nominum mentione. Ipſe tamen alias paſſim coniecturas, ingenioſiſſimas quidem, exhibet, contra quas dubitationes haud leves moveri poſſint. Tertiam quaſi operis partem occupant auctoris obſervationes in hiſtoriam Aegyptiacam. Et primum quidem inquirit in ſitum terrae Goſen, ſeu potius aliorum de hac re ſententias ſub examen vocat. Poſtea magnam geographiae Aegypti, inferioris praecipue, partem perluſtrat, ſaepiusque a tabulis geographicis vulgaribus optimisque recedit. Situm in primis Phacuſae, Bubaſti et Heliopoleos, trium nomorum maxime memorabilium, expiſcari ac figere molitur. Reliquae diſſertationes huc pertinentes agunt de templo Oniae, Heliopolis dicto; de regibus paſtoritiis terraque Goſen, ubi demum auctor ſuam ſententiam edicit; de monimentis quibusdam, illuſtrantibus ante narrata; de Aegypti ſtatu poſt reditum regum paſtoritiorum Arabicorum; de Arabibus, qui in Aegypto vixerunt, plura; de diſceſſu paſtorum primorum ex Aegypto, et de Amalechitis; de Edomitis et Phoeniciis etc. In appendice etiam nonnulla huc ſpectantia occurrunt, v. c. de Babylone Aegyptiaca et de quibusdam aliis urbibus, quarum ſitus accurate definiri nequit. Danvillius et Bryantus quorum opera eodem fere tem- Bryant.

pore in lucem prodierunt, multis in locis et argumentis inter ſe differunt. In colluſtranda geographia veteri Anglus Francogallo palmam praeripuiſſe videtur.

Cf. GATTERERI *hiſtor. Bibl.* T. XIV. p. 37—53. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1768. p. 473—487.

de Pauw. *Recherches philoſophiques ſur les Egyptiens et les Chinois. Par M. de P**** (DE PAUW). De quo opere ſupra p. 166 ſqq. retulimus. Dum Auctor Deguigneſii opinionem, Aegyptios et Sinenſes unius originis eſſe, impugnat, hasque gentes potius diverſiſſimas fuiſſe demonſtrat, multa veteris hiſtoriae Aegyptiacae momenta felicius partim, partim minus, ingenii acumine diſcutit. Haud raro omnibus commentatoribus recentioribus, v. c. Orignio et Anvillio, contra dicit. Maxime placent, quae de Aegyptiorum veterum re medicinali ſive diaetetica, de artium, architecturae potiſſimum, cultura, et de religione diſputantur.

Forſter. IOANNIS REINOLDI FORSTERI Epiſtolae ad Ioannem Davidem Michaelis, huius ſpicilegium geographiae Hebraeorum exterae iam confirmantes iam caſtigantes. *Goetting.* 1773. 4. — Obſervationes XXVI inſunt, in quibus auctor mira eruditionis copia ſuffultus varia momenta hiſtoriae, praeſertim vero geographiae Aegyptiacae, e lingua Coptica explicare ſtudet.

Laughton. GEORGE LAUGHTON'S *DD. of Richmond in Surry, Hiſtory of ancient Egypt, as extant in the Greek Hiſtorians, Poets and others, together with the ſtate etc.* London 1774. 8 mai. — Hiſtoria Aegypti vetus inde a Mizraimo ante Chr. nat. 2188 usque ad Cambyſis dominationem ita deſcribitur, ut ſtatim appareat, auctorem lectorum vulgo, minime vero parti doctiori, ſcripſiſſe. Grata nempe

ad

ac facilis eſt dictio, cura autem, vera a falſis diſcernendi dubiaque examinandi, paene nulla. Pluribus haec probavit MEINERSIUS in *Philolog. Bibl.* (Goetting. 1775) T. III. p. 474—478, et in *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1775. p. 25—28.

Viri docti haud pauci doluerunt, SICARDI, Ieſuitae, opus de Aegypto antiqua et nova lucem nunquam vidiſſe, cuius oeconomia tradita in *Nouveaux Mémoires des Miſſions de la Comp. de Jeſus dans le Levant* (Pariſ. 1725. 12.) p. 204; et in *Fabricii* ſalutari luce Evangelii p. 741—752.

Errata

Errata nonnulla typographica, in novem prioribus plagulis huius partis notata.

P. 1. lin. 12 poſt *Mogolis* omiſſum eſt vocabulum *notitiam*.

P. 8. lin. ult. et p. 9. lin. 1 verba: *Author and divers other Engliſhmen* non maiuſculis, ſed minuſculis typis ponenda fuiſſent.

P. 11. lin. 28 lege: *Multus* eſt. ibid. lin. 35 poſt vocabulum *anonymus* poni poteſt: (*Bieſter*, Berolinenſis).

P. 32. lin. 14 l. effigie herois.

P. 39. lin. ult. l. Aurengzibi.

P. 41. lin. 10 l. referenda.

P. 42. lin. 8 l. lectu.

P. 45. lin. 34 poſt *attinet* comma ponendum.

P. 51. lin. 2 poſt *omnia* comma adſcribendum. Ibid. lin. 16 l. Adſperſa.

P. 58. lin. 24 l. auctoris.

P. 66. lin. 10 deleatur vocabulum *anonymus*.

P. 72. lin. 11 l. egregie.

P. 80. lin. 25 l. geographicum.

P. 91. lin. 31 l. Javae.

P. 110. lin. antepenult. l. parvum.

P. 111. lin. 10 deleatur punctum poſt vocabulum *Meng*.

P. 123. lin. 4 l. Memorabilia.